This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

MARSHALL MONTGOMERY
COLLECTION

Montgomery 5 6 7

M. Montgomery,
Taylor Inst., Oxford
Oct. 5, 1920.

~~John J. Dean~~
~~E Trinity College~~
~~Dublin~~

MARSHALL MONTGOMERY
COLLECTION

Montgomery 5 6 7

M. Montgomery,
Taylor Inst., Oxf
Oct. 5, 19

~~John I. Hearn~~
~~E Trinity College~~
~~Dublin~~

TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
OF
OXFORD
LIBRARY

COMMENTATIO

DE

EMPEDOCLIS

VITA ET PHILOSOPHIA

PRAEEVNTIBVS

SCRIPTORIBVS ANTIQVIS

LECTORI S.

Quicunque non igṅarus est historiae literariae, is recentioribus temporibus viros doctos non paucos cum alia multa de Empedocle scripsisse, tum carminum eius reliquias ex antiquis varii generis scriptoribus colligere atque edere voluisse, neque tamen edidisse, exploratum habeat necesse est. Qui mihi quidem innotuissent, eos hic, *Fabricio* et Ill. *Harlesio* magnam partem indicantibus, commemorasse non superfluum videbatur. Scilicet *Iosephus Barberius* [1]) promiserat Empedoclem restitutum, et *Iohannes Caramuel* [2]) Empedocleam philosophiam, quam Louanii se iam ante multos annos scripsisse ait. *Theodorus Canterus*

1) de miseria poetarum; in *Gronouii* thes. antiquitt. Graec. T. X. p. 822. sq. siue in *Menckenii* analectis de calamitate literatorum (Lips. 1707. 12.) p. 516.

2) in critica philosoph. diss. V. metaph. nr. 815. p. 358.

collegerat fragmenta omnia, quaecunque potuit reperire, in his Empedoclis, breui edituras [3]). *Iohannes Albertus Fabricius* [4]) scripsit, se multo plura quam *Henricum Stephanum* [5]) congessisse et illustrasse in syntagmate singulari de vita, philosophia ac scriptis Empedoclis, quod in lucem dare animus esset. Vir doctissimus *van Goens* [6]) narrat, se ex *Scaligeri* aduersariis, in bibliotheca Leidensi seruatis, tum e scholiastis et philosophis MSS. inprimis e commentariis in Platonem ineditis, et aliis editis libris apparatum fragmentorum Empedocleorum forte trecentorum et amplius collegisse, et plura conquirere ad syntagma Empedocleum aliquando publicandum. Etiam *Ernestus Godofredus Lilie*, qui Platonis sententiam de natura animi docte exposuit peculiari libello [7]), cogitauerat de colligendis edendisque fragmentis Empedoclis. Et Celeberrimus *Augustus Matthiae* constituerat nouam poeseos

3) v. *Suffridi Petri* de scriptoribus et illustribus Frisiae viris (Colon. Agr. 1593. 8.) Decad. 15, 17.

4) biblioth. Graec. Vol. I. p. 466. (p. 813. ed. *Harles.*)

5) in poesi philosophica (1573. 8.) p. 17. sqq.

6) ad *Porphyr.* de antro Nympharum (Trai. ad Rhen. 1765. 4.) p. 96.

7) Goettingae 1790. 8. edito.

philosophicae Stephanianae editionem parare, in qua et ipsa sperari poterat noua ac docta reliquiarum Empedoclis tractatio atque illustratio. Similia *Georgius Gustauus Fülleborn*, si quidem recte memini, ante annos aliquot pollicitus erat.

Iam his tot viris eruditis idem fuisse propositum, nemo facile mirabitur, qui praestantiam philosophiae Empedocleae, quam *Thomas Campanella* quoque et *Emanuel Maignanus* et alii instaurare conati sunt [8]), vel leuiter degustauerit atque cognitam habuerit. Quae non exigua videtur esse operae meae commendatio. Cur vero non illi persequerentur, quod sequi coeperant, haud dubie non eadem fuit omnibus causa. Nonnulli enim, quo minus quae collegerant ederent, morte impediti sunt. Aliis apparatus in itinere periit, vt *Lilio* Italiam peragranti. Alii per multas illas et magnas, quibus tale opus laborat, difficulta-

8) Scilicet *Campanella* scripsit nobile opus de sensu rerum et magia etc. vbi demonstratur, mundum esse Dei viuam statuam, beneque cognoscentem, omnesque illius partes, partiumque particulas sensu donatas esse, etc. Frcf. 1620. 4. et iterum Paris. 1636. 4. Sed *Maignan* philosophiam Empedoclis instaurare instituit in Cursu philosophico, Tolosae 1652. 8. quatuor voll. et Lugduni 1673. fol.

tes deterriti videntur, quod mihi quoque parum abfuit quin accideret. Sed de *Fabricii* et *Goensii* fide, nisi aliunde constaret, posset dubitari. Quamuis enim *Moshemius* [9]) se a Fabricio accepisse praedicet complura Empedoclis fragmenta: tamen non solum *Reimarus* [10]) negat admodum copiosa fuisse, quae is mortuus reliquisset, sed etiam in bibliotheca Hafniensi, in quam collectanea Fabriciana migrasse scimus, nihil quod huc spectaret repertum fuit, nisi pauculae quaedam notulae, Stephani poesi philosophicae adscriptae, quas Ill. *Heynii* opera nactus sum. Continent illae tantummodo locos veterum scriptorum, e quibus Stephanus, quae ad Empedoclem pertinerent, hauserat, diligentius notatos additis paginis editionum et capitibus, cum Stephanus libros modo indicasset. Quae quidem aduersariorum Fabricii paucitas explicari facile potest. Vt enim mittam, quod complures viri docti et amici per literas mihi significarunt, furto illa sublata fuisse, perpendendum est, eum fuisse viro summo morem, vt libris qui-

9) ad *Cudworthi* systema intellect. 1, 13. p. 19. ed. Ien. 1733. fol.

10) de vita et scriptis I. A. Fabricii (Hamb. 1737. 8.) p. 210. sq.

busdam, quibus quotidie vteretur, ea insereret, quae in aliis ad idem argumentum pertinentia et notatu digna reperisset, et paucissimis quidem verbis, ita vt, vbi occasio ferret, non solum illa, quae adscripsisset, facile reperiret, sed etiam, per diuinam, qua pollebat, memoriam, multa alia recordaretur, quae tum, cum notam scriberet, forte cogitasset. Quae autem *van Goens* dicit se ex *Scaligeri* chirographo descripsisse, ea quo peruenissent prorsus ignorabam. Certe *Goensius* ille, bis per literas rogatus, vt, si non amplius placeret Empedoclem edere, quae e MSS. collecta haberet, beneuole in vsus publicos mihi mitteret, ne semel quidem rescripsit. Et in bibliotheca Lugduno - Batava, in cuius catalogo [11]) memoratur sylloge illa *Scaligeri*, qui reliquias Empedoclis vltra centum congesserat et passim emendauerat, hodie nihil tale comparere docuit me *Christophorus Saxius*, popularis meus celeberrimus ac doctissimus.

Non plus auxilii fuit mihi ab opusculo quodam *Gerardi Nicolai Heerkens* [12]), quod inscriptum quidem est *Empedocles siue physico-*

11) p. 340. Cod. XXV.
12) Groningae edito 1783. 8.

rum *epigrammatum libri quinque*, sed nihil tamen de Empedocle continet, nisi initio libri tertii [13]), vbi simul causam indicat, cur hunc potissimum titulum operi posuerit, nempe vt vetustatis consuetudinem, simulque vt in memoriam reuocaret maximi nominis virum, qui non modo versibus, sed et versiculis, iisque ab omni antiquitate laudatissimis, physicas res celebrauerat. Ipsum *Heerkensii* epigramma, quod ibi reperitur, hic legisse non poenitebit:

Non meus, Empedocles, frustra liber esse vocatus
Dicitur, Empedocles cui bene notus erit.
Vir Siculus, doctis clarisque parentibus ortus,
Christum ante in viuis saecula quinque fuit.
Natus agro fuerat, vixitque libentius agro,
Vrbs Acragas oculos vt tamen ante foret.
Qua docuit ratione, hominum sibi facta placere,
Cordi naturae res tamen esse magis.
Cuius et in studiis sic est versatus, vt acri
Parta animo, vulgi crederet esse bonum.
Veribus exposuit, quae vidit; et edita priscis
Temporibus, versu condita semper erant.
Sed sic de Physica scripsit numerosus, vt omnes
Vicerit asseclas, quique fuere prius.
Conseruata diu scripta, et mille amplius annis,
Perdidit ex oculis gens rudis orta suis.

13) p. 58. sq.

Gens rudis, et Christi quae non didicisse ministris
Debuerat, veterum condere dona patrum.
Vnum illud scitur, senis optima quaeque reperta
Non nisi versiculo dicta fuisse breui.

Multo minus in animum induxi quaerere de colloquio illo Empedoclis Agrigentini cum Magone, nauigatore Punico, quod Graece scriptum se possidere ait Comes Venetus *Corniani*, in libro, quem sub ficto *Nicarni Fefilii* nomine edidit sic inscriptum: *Saggio sopra Luciano, osia Quadro d'antichi e di moderni Costumi* [14]). Dubitari enim vix potest, quin iocose dialogum illum finxerit *Cornianius*, et idem de codice isto MSto statuendum sit, quod statuendum esse scimus de aliis similibus multis [15]). Quia tamen liber ille *Cornianii* non admodum frequens est in his terris, placuit verba eius,

14) Bassani (vel potius Venetiis) 1789. 8.

15) Quo pertinent v. c. *Le auventure di Saffo, poetessa di Mitilene, traduzione dal Greco originale nuovamente scoperto*, in Padoua 1782. 8. item fragmentum aliquod *Xenophontis*, quod in Palmyrae ruderibus inuentum asseruari fertur Londini in Museo Britannico, et quod Franco-Gallice editum est Paris. 1783. 8. et liber, qui inscribitur *Eudoxus, oder über die Aufnahme zum Pythagoräer. Ein Alterthumsstück, der Verwüstung und Vergessenheit entrissen durch* Philadelph. *Aus dem Griechischen.* s. l. 1797. 8. cuius auctor se interpretem fingit Codicis MS. nuper in agro Crotoniensi reperti. Et quae talia figmenta sunt alia.

rum 'epigrammatum' libri quinque, sed nihil tamen de Empedocle continet, nisi initio libri tertii [13]), vbi simul causam indicat, cur hunc potissimum titulum operi posuerit, nempe vt vetustatis consuetudinem, simulque vt in memoriam reuocaret maximi nominis virum, qui non modo versibus, sed et versiculis, iisque ab omni antiquitate laudatissimis, physicas res celebrauerat. Ipsum *Heerkensii* epigramma, quod ibi reperitur, hic legisse non poenitebit:

Non mens, Empedocles, frustra liber esse vocatus
Dicitur, Empedocles cui bene notus erit.
Vir Siculus, doctis clarisque parentibus ortus,
Christum ante in viuis saecula quinque fuit.
Natus agro fuerat, vixitque libentius agro,
Vrbs Acragas oculos vt tamen ante foret.
Qua docuit ratione, hominum sibi facta placere,
Cordi naturae res tamen esse magis.
Cuius et in studiis sic est versatus, vt acri
Parta animo, vulgi crederet esse bonum.
Veribus exposuit, quae vidit; et edita priscis
Temporibus, versu condita semper erant.
Sed sic de Physica scripsit numerosus, vt omnes
Vicerit asseclas, quique fuere prius.
Conseruata diu scripta, et mille amplius annis,
Perdidit ex oculis gens rudis orta suis.

13) p. 58 sq.

Gens rudis, et Christi quae non didicisse ministris
Debuerat, veterum condere dona patrum.
Vnum illud scitur, senis optima quaeque reperta
Non nisi versiculo dicta fuisse breui.

Multo minus in animum induxi quaerere de colloquio illo Empedoclis Agrigentini cum Magone, nauigatore Punico, quod Graece scriptum se possidere ait Comes Venetus *Corniani*, in libro, quem sub ficto *Nicarni Fefilii* nomine edidit sic inscriptum: *Saggio sopra Luciano, osia Quadro d'antichi e di moderni Costumi* [14]). Dubitari enim vix potest, quin iocose dialogum illum finxerit *Cornianius*, et idem de codice isto MSto statuendum sit, quod statuendum esse scimus de aliis similibus multis [15]). Quia tamen liber ille *Cornianii* non admodum frequens est in his terris, placuit verba eius,

14) Bassani (vel potius Venetiis) 1789. 8.

15) Quo pertinent v. c. *Le auventure di Saffo, poetessa di Mitilene, traduzione dal Greco originale nuovamente scoperto*, in Padoua 1782. 8. item fragmentum aliquod *Xenophontis*, quod in Palmyrae ruderibus inuentum asseruari fertur Londini in Museo Britannico, et quod Franco-Gallice editum est Paris. 1783. 8. et liber, qui inscribitur *Eudoxus, oder über die Aufnahme zum Pythagoräer. Ein Alterthumsstück, der Verwüstung und Vergessenheit entrissen durch* Philadelph. *Aus dem Griechischen.* s. l. 1797. 8. cuius auctor se interpretem fingit Codicis MS. nuper in agro Crotoniensi reperti. Et quae talia figmenta sunt alia.

vel, vt ipse quidem nos credere vult, versionem antiquissimi Codicis Graeci, huc adscribere [16]): „In Agrigento nobilissima città di „Sicilia viveva già Empedocle, il quale ascoltò „Pitagora, e divenne e filosofo, e medico, „e poeta, e oratore chiarissimo. Gli Agrigen„tini, che sapevano conoscere, ed onorare il „merito eziandio tra i nazionali, offerirono „al loro illustre concittadino i sandali, la „porpora, e la corona reale. Ma Empedocle „ricusò la sovranità, e acconsentì solo di „essere il capo, e l' ordinatore della patria „repubblica. Scorgeva egli negli Agrigentini „intelletto vivace, e cuore attivo, e perciò „temeva, ch' essi non divenissero soverchia„mente proclivi ai piaceri del lusso, il quale „lacera il seno delle città colla rapacità, coll' „invidia, colla discordia civile. Per allon„tanarli da un tale pericolo Empedocle portò „per prima sua legge lo stabilimento di una „esatta eguaglianza tra i cittadini. Semplici, „e conformi furono le private abitazioni, e „grandiose, e magnifiche quelle che si con„sacrarono agli usi pubblici, e religiosi. „I lavori delle belle arti, che adornavano

16) ex appendice epistolae VII. p. 123 — 126.

„queste ultime, servivano ad appagare l'eru-
„dita loro curiosità, e il delicato lor gusto.
„In simili circostanze un celebre navigatore
„Cartaginese nomato Magone per le foci del
„fiume Agragante si condusse ad Agrigento
„con un suo vascello tutto carico di eleganti
„manifatture, di merci squisitamente frivole,
„di monili, di smaniglie, di vezzi, di gra-
„ziosità d'ogni genere sconosciute sino allora
„agli Agrigentini. Appena Empedocle ebbe
„notizia del giungere di Magone col descritto
„convoglio, che fece a lui inibire di esporre
„in vendita la sua mercatanzia. Magone af-
„flitto, e commosso da tale ordinazione pre-
„sentossi ad Empedocle, e così prese a ragio-
„nare:

„MAGONE: Io non so combinare il
„tuo procedere verso di me colle lodi, che
„altamente si danno alla tua sapienza, e alla
„tua giustizia. Il tuo divieto certamente non
„mi sembra nè saggio, nè giusto.

„EMPEDOCLE: Non è mai ingiusto
„cio che tende alla salute della repubblica.

„MAGONE: Alla salute? Dì anzi alla
„barbarie, alla rovina. Niun mercatante ver-
„rà più ad apportarti i prodotti de' climi lon-

„tani, e a concambiarli colle ridondanti mes-
„si di questa ubertosa contrada.

„EMPEDOCLE: Tanto meglio. Così
„non s' introdurranno gli stranieri costumi
„a contaminare i nostri.

„MAGONE: Ma rimarrete anche privi
„dell' oro, che il commercio a larga mano
„diffonde.

„EMPEDOCLE: E che faremo noi
„del vostr' oro?

„MAGONE: Stravaganza! E chi non
„sa che l' oro è il sangue, e la vita degli
„Stati?

„EMPEDOCLE: Ma noi viviamo tut-
„tavia senza questo sangue.

„MAGONE: Non siete però sicuri.
„Avete de' vicini inquieti. Colla forza, che
„l' oro infonde, vi rendereste lor formidabili.

„EMPEDOCLE: Sì; noi potremmo
„assoldare delle truppe prezzolate, siccome
„fanno tutte le vostre città commercianti;
„noi potremmo aver queste truppe, le quali
„ci venderebbero a chi offerisce loro miglior
„condizione.

„MAGONE: E altramente come vi
„potrete difendere?

„EMPEDOCLE: La Città non manca „di difensori. Ogni Cittadino è soldato. „Esso combatte non già per difendere il pro- „prio stipendio, ma per difendere i proprj „Numi, le proprie leggi, i vecchi padri, le „mogli, i figli ec.

„MAGONE: Sia; ma tu non mi potrai „negare, che questa tua severità non defraudi „i tuoi concittadini di un gran numero de' „più dolci, e de' più dilicati piaceri.

„EMPEDOCLE: Tu vorresti dire de' „piaceri falsi, e di mera apparenza.

„MAGONE: Anzi di que' piaceri, che „distinguono la gentilezza delle colte nazioni „dalla rusticità de' popoli barbari.

„EMPEDOCLE: Ló so che voi altri „Negoziatori non valutate altri piaceri, fuori „chè quelli, che nascono dall' oro, e si ali- „mentano coll' oro: piaceri corruttori d' ogni „buon seme. Con essi non combinano le „qualità sociali: non pace, non generosità, „non carità di patria. Noi conosciamo de' „piaceri più solidi.

„MAGONE: E quali?

„EMPEDOCLE: La bella natura, le „belle arti, la filosofia, l' amicizia, l' amor

„conjugale, la conversazione domestica ec.. „E poi rendi gli uomini amanti della virtù, „ed ogni dovere diverrà per essi un piacere.

„Magone rimase confuso, nè ebbe ardire „di proseguire più oltre l'infruttuoso dia„logo col saggio Empedocle. Ma Empedocle „non visse sempre. Gli Agrigentini dopo „la di lui morte si lasciarono sedurre dalle „lusinghe del lusso. I Cartaginesi pensarono „prima a corromperli con introdurvi l'amor „del superfluo, e poi a soggiogarli. Così „avvenne. I miseri avanzi della repubblica „Agrigentina aggravarono il peso delle loro „catene col rimorso di avere avuto per legisla„tore Empedocle, e di aver trascurati i suoi „salutari istituti."

Neque magis opus est vt demonstretur, non nisi fictum ingeniose esse *somnium Empedoclis*, quod edidit Cel. *Manso*: Traum des Empedocles über die Erkennbarkeit der Natur [17]).

17) Extat in *Mercier* Erscheinungen und Träume, übersetzt und herausgegeben von *G. Schatz*, Vol. II. Lips. 1791. 8. et in *Guil. Aloysii Schreiberi* deutsch. Beyspielsammlung für Schulen zur Bildung und Veredlung des Geschmacks, Offenbach 1796. 8. denique in auctoris doctissimi *Vermischte Schriften* T. I. Lips. 1801. 8.

Ex his iam satis apparet, nihil mihi profuisse labores eorum, qui Codices veteres MSS. adhuc ignotos conferendi occasionem habuisse videri possent, sed me desertum ab omnibus oportuisse fere solis libris editis contentum esse, et summa cum cura nec sine magna molestia ex iis congerere, quae ad Empedoclem vllo modo spectarent. Quae enim e Parisinae et Italicarum bibliothecarum Codicibus MSS. per *Villoisoni* et *Morellii* et *Bóssii* [18]), Virorum praestantissimorum, egregiam humanitatem nactus sum, ea valde quidem grata, sed pauciora erant, quam quibus multum iuuarer. Nam continent fere nil nisi quae dudum typis erant descripta, cum perexigua varietate lectionis. Eiusdem notae erant, quae per b. *Denisium* [19]) accepi e bibliotheca Caesarea Pala-

18) Quae *Villoisono* debeam, exponet ipsius epistola, huic meae praefationi subiecta, vbi etiam Cel. *Coraei* in bonas literas merita pro merito laudantur. *Aloysio Bossio*, Canonico ecclesiae Mediolanensis eruditissimo, acceptam refero collationem Sphaerae Empedocleae cum duobus codicibus MSS. *Morellii* denique in me beneficia recensere nimis longum foret.

19) Hic vir praeclarus *Diogenis Laertii* narrationem de vita Empedoclis ex editione Meibomiana conferri mihi iussit a doctissimo *I. B. Bolla*, nuper d. 8. Maii 1802. vita defuncto, de cuius insigni literarum Graecarum amore v. *Neue Allg. deutsche Biblioth.* Vol. XXI. p. 171., in Codice

tina Vindobonensi, per *Müllerum* et *Siebelisium* VV. DD. ex episcopali Cizensi, per Cel. *Daſsdorfium* ex Electorali Dresdensi. Pergrata, inquam, erant haec omnia, quanquam insatiabili meae nouorum fragmentorum Empedoclis cupiditati ac fami non omnino satisfacientia. Gratissimum etiam accidit, quod editos veterum libros, in quibus de Empedocle agi verisimile esset, conferre omnes, ni fallor, potui. Quos enim ipse non possidebam, eorum plerosque suppeditauit Bibliotheca Senatoria Lipsiensis [20]), alios Goettingensis, Illustris *Heynii* beneficio, alios Vimariensis, Cel. *Boettigero* procurante, alios *Beckii* V. C. humanitas. Et sane in hoc loco, si in alio vllo, quam maxime opus erat multis et insignibus librorum antiquorum adminiculis atque praesidiis. Plurimis enim et grauissimis difficultatibus premitur Empedocleae historiae ac philosophiae tractatio, e quibus vt solius vi ingenii te expedias, nec fieri potest facile, nec

MS. bibliothecae Palatinae Vindobonensis, inter Historicos Graecos nr. LIX. olim XVII.

20) Ad hanc, pene tanquam ad meam, patebat mihi aditus, dum b. *Thiemius* viueret, de cuius in me meritis alio loco exposui. Sed *Lunzii* quoque, viri doctissimi et amicissimi, liberalitas et humanitas laudanda est.

consultum videtur. Quod vt statim quasi in limine pateat lectori, vel hoc vnum monere liceat, multa de vita Empedoclis ficta et fabulae quam historiae similiora putari posse a lectore attento. Ex his figmentorum telis et inuolucris quomodo monumentis antiquis destitutus te extrices, difficile dictu est. In *Diogenis Laertii* vita Empedoclis laudantur viginti fere scriptores veteres, quorum omnium libri nobis perierunt. Quis iam praestabit ac spondebit, *Diogenem* hos libros omnes cum summa diligentia inspexisse et inter se contulisse, relationes non temere miscuisse et confudisse, vera a falsis satis distinguere et voluisse et potuisse? Nobis quidem hodie nil nisi hoc superest, vt vel ex rei narratae natura, quia veritas ipsa se prodit, vel ex aliorum veterum testimoniis, quae videantur esse a partium studio aliena, de fide scriptorum, e quibus tanquam e fontibus sua hausit *Diogenes*, vtcunque iudicare conemur. Quae iudicii ratio cum maximam vim habere intelligatur ad cognoscendam narrationis meae indolem: placet momenta quaedam perpendere, quae ad aestimandam scriptorum fidem conferre aliquid videantur. Percensebimus autem singu-

los ducibus literis, a quibus nomina eorum incipiunt.

1) *Alcidamas* ἐν τῷ φυσικῷ (apud *Diog. Laert.* 8, 56.) refert, Empedoclem fuisse Parmenidis auditorem. Fuit Alcidamas Gorgiae in arte dicendi discipulus, atque adeo Isocratis oratoris aequalis. (v. *Suid.*) Per temporum igitur rationem possit vera narrasse de Empedocle putari. Neque ipsa eius narratio in se habet quod repugnet. Video tamen, eius fidem suspectam videri nonnullis ideo posse, quia Gorgiam habuit magistrum. De eius libro nequit iudicari, quia vix ab alio vllo scriptore vetere commemoratus reperitur. Codex Vindobonensis LIX. habet Ἀλκίδας, sed in margine Ἀλκιδάμας.

2) *Apollodorus*, Atheniensis, grammaticus. Vixit circa Olymp. CLX. et scripsit, praeter alia, Χρονικὰ siue χρονικὴν σύνταξιν versibus comicis s. iambicis, in quo opere virorum clarorum aetates passim designauerat, adscriptas fere memorabili alicui euento. v. Ill. *Heyn.* not. in Apollodori fragmenta (T. III. notarum ad *Apollodori* bibliothecam p. 1088.), qui etiam (p. 1093.) metri vestigia

detexit in iis, quae *Diogenes L.* 8, 52. ex opere isto narrat de Empedoclis patre Metone et ad Thurios itinere, et de ignorantia eorum, qui Empedoclem dicebant ad Syracusanos iuisse exulem et cum iis aduersus Athenienses pugnasse. Ex eodem opere *Diogenes* §. 58. tradit aetatem Gorgiae Leontini. Et videtur *Apollodorus* fide satis dignus.

3) *Aristippus* laudatur 8, 60. vt fides augeatur narrationi *Satyri*, qui Pausaniam medicum vocauerat Empedoclis amasium. Cum vero non appareat, Socraticusne Aristippus intelligendus sit, an Platonicus, an Tarentinus, quem *Iamblichus* [21]) inter Pythagoreos recenset, an alius; cumque liber, e quo testimonium illud petitum esset, non commemoratus reperiatur a *Diogene*: de huius Aristippi fide nihil certi afferri posse nemini mirum videbitur. Putem tamen, intelligi *Aristippum Socraticum*, qui talia narrasse potuit in libro περὶ ἡδονῆς, quem *Diogenes* 10, 4. laudat. Ex hac autem ratione existet fide dignissimus. Fuit enim non admodum ab Empedoclis aetate remotus.

4) *Aristoteles* testis citatur 8, 51. auum

21) de vita Pythagorae cap. vlt.

Empedocli, Metonis patrem, vicisse Olymp. LXXI. §. 52. et 74. Empedoclem philosophum diem obiisse annos sexaginta natum. §. 63. eundem fuisse ab omni imperio alienum. In his quatuor locis omisit *Laertius* libri Aristotelici, e quo sua hauserit, nomen. Sed fortassis intelligendum est opus περὶ ποιητῶν, e quo *Diogenes* §. 57. affert Aristotelis de Empedoclis facultate poetica iudicium. *Vossius* [22]) putabat illud scriptum fuisse post ποιητικήν. Ibidem *Diogenes* ex Aristotelis σοφιστῇ refert, Empedoclem artem oratoriam inuenisse.

5) *Democritus Troezenius* 8, 74. dicitur in libro κατὰ σοφιστῶν tradidisse, Empedoclem gulam sibi fregisse laqueo. Sed de huius Democriti et aetate et libro tam parum constat, vt multi viri docti pro Δημόκριτος apud *Diogenem* reponi iubeant Δημήτριος. [23]) An igitur fide dignus putandus sit, definiri nullo modo potest. Quodsi sequaris emendationem Δημήτριος, quam omnino sequendam arbitror, colligi saltem potest, eum Augusti

22) de artis poeticae natura 5, 5. Cf. *Diog.* 5, 22. et *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 400. ed. *Harles.*

23) v. *Menag.* ad l. l. et 9, 49. et *Fabric.* l. l. Vol. II. p. 643.

Imperatoris temporibus vel paulo post vixisse, v. *Athenae.* 4, 7. p. 139. C.

6) *Diodorus Ephesius* scripsit librum de Anaximandro, e quo *Diogenes* 8, 70. refert, Empedoclem imitatum esse Anaximandri mores. Nec de Diodori huius aetate aut fide constituere aliquid poteram.

7) *Eratosthenes* legitur 8, 51. *ἐν Ὀλυμπιονίκαις Aristotelem* secutus exposuisse de Empedoclis auo. Fuit ille inde a Ptolemaei Euergetae temporibus bibliothecae Alexandrinae praefectus, atque adeo optimis quibusque eruditionis copiis praesidiisque instructus, e quo facile potest de eius fide iudicari. Olympionicae eius laudantur etiam ab *Athenaeo* 4, p. 154. A.

8) *Glaucus*, patria *Rheginus*, Democrito atque adeo Empedocli fere aequalis [24]), dicitur 8, 52. narrasse de Empedoclis itinere Thurios suscepto. In quo libro id probabiliter narrauerit, dixi §. 2. not. 13. p. 6. *Diogenem* vero non ipsum inspexisse librum, sed ex *Apollodori* chronicis repetiisse, quae retulit, ostendit *Heynius* l. l. p. 1093. De Glauci fide,

24) v. *Diog. Laert.* 9, 38.

quod ad Empedoclem attinet, non est cur dubitetur.

9) *Gorgias Leontinus*, aequalis ac discipulus Empedoclis, omnium maxime mihi foret fide dignus, nisi eum constaret valde vaniloquum fuisse. (v. quae §. 5. p. 36. dixi.) Quo referendum videtur, quod *Laertius* 8, 59. ex *Satyro* prodit, dixisse Gorgiam, se adfuisse Empedocli *χοηγεύοντι*. Quod vtrum coram dixerit et ore tantum, an forte in libro *περὶ φύσεως* s. *περὶ τοῦ μὴ ὄντος* [25]), et vtrum *Satyrus* ex hoc alioue Gorgiae libro, an ex alius scriptoris, *Alcidamantis* forsitan, opere sua petierit, nullum apparet vestigium.

10) *Heraclides*, cognomine *Lembus*, Serapionis filius, floruit circa Olymp. CL. Scripserat de successionibus philosophorum libros sex [26]), ex *Sotionis* opere excerptos [27]). Etiam *Satyri* vitas philosophorum in compendium redegerat [28]). Haec *Satyri βίων ἐπιτομὴ* intelligenda est 8, 53. vbi Exaenetus, Empedoclis aui filius, Olympia vicisse dicitur cursu.

25) v. *Fabric.* l. l. Vol. II. p. 808. ed. *Harles.*
26) v. *Diog.* 5, 94.
27) v. *Diog.* 5, 79.
28) v. *Diog.* 8, 40.

Ex eadem epitoma videtur petitum esse, quod 8, 58. narratur, Empedoclem philosophum non esse tragoediarum auctorem. Quodsi satis accurate *Satyri* opus excerpsit, videntur non spernenda esse, quae *Diogenes* ex eo tradidit. Cf. *Ionsius* de scriptorib. historiae philosoph. 2, 11, 3.

11) *Heraclides Ponticus*, Platonis, Aristotelis, et Pythagoreorum quoque auditor, scripserat praeter alia περὶ βίων libros duo, et περὶ Πυθαγορείων [29]). Ex alterutro opere hausta videantur, quae 8, 67. et 71. de Empedoclis morte leguntur. Sed magis placet, vt haec narrata putentur in opere περὶ νόσων, cuius pars fuisse videtur liber περὶ τῆς ἄπνου, quae coniectura non parum confirmatur iis, quae §. 60. leguntur. Cf. §. 61. vbi Ἡράκλειτος (Cod. Vindob. LIX. Ἡράκλητος) sine vlla controuersia mutandum est in Ἡρακλείδης. (v. quae §. 5. p. 59 — 64. disputaui.) it. §. 52. extr. non Ἡράκλειτον cum Codice Vindobonensi, qui corrupte iterum dat Ἡράκλητον, et *Menagio*, nec Ἡράκλειτος cum

29) v. *Diog.* 5, 87. et 88.

Stephano legendum, sed Ἡρακλείδης. E libro περὶ νόσων narrantur etiam quaedam §. 51. Verum fide vix dignus est iste Heraclides. *Timaeus* enim [30]) dicit: ἀλλὰ διὰ παντός ἐστιν Ἡρακλείδης τοιοῦτος παραδοξολόγος, καὶ ἐκ τῆς σελήνης πεπτωκέναι ἄνθρωπον λέγων. Et *Cicero* [31]): „Heraclides Ponticus puerilibus fabulis refersit libros." quod tamen iudicium pertinet maxime ad sententias philosophicas. *Plutarchus* [32]) vocat eundem Heraclidem μυθώδη καὶ πλασματίαν. Cf. *Ionsius* l. l. 1, 17, 1. qui etiam §. 2. ducibus auctoribus antiquis plagii eum accusat.

12) *Hermippus Smyrnaeus* vixit circa Ptolemaei Euergetae tempora, celeberrimus opere illo, quod inscriptum erat βίοι [33]). Ex hoc opere, quamuis non nominato, haud dubie tradit *Diogenes*, quae 8, 51. habet de maioribus Empedoclis. §. 56. de Xenophane Empedoclis magistro. §. 69. de victimis ob sanatam Pantheam mactatis. Credi Hermippo, quamuis et ipse fuerit de plagio suspectus, plera-

30) ap. *Diog. Laert.* 8, 72.
31) de N. D. 1, 13.
32) in vita Camilli c. 22.
33) v. *Diog.* 1, 33. 2, 13. 5, 2.

que possunt. Saltem *Iosephus* [34]) eum vocat ἄνδρα περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελῆ. Cf. *Ions.* l. l. 2, 9, 3. et *Voss.* de historicis Graecis 1, 16.

13) *Hieronymus*, e quo 8, 57. filia Empedoclis perhibetur quaedam patris poemata combussisse [35]), et e quo §. 58. exponitur de tragoediis Empedoclis, videtur esse *Hieronymus* ille *Rhodius*, qui vixit aetate Ptolemaei Philadelphi, vel paulo ante, et plures libros scripsit περὶ ποιητῶν [36]), etiam ἱστορικὰ ὑπομνήματα [37]). Num semper ille auctores idoneos secutus, atque adeo fide dignus sit, ignoramus.

14) *Hippobotus* satis saepe memoratur a *Diogene*, qui 1, 19. et 2, 88. mentionem facit eius libri περὶ αἱρέσεων, et 1, 42. τῆς τῶν φιλοσόφων ἀναγραφῆς, quae *Ionsio* l. l. p. 257. ed. *Dorn.* non male videtur fuisse pars operis περὶ αἱρέσεων. Ex hoc igitur verisi-

34) contra Apion. 1, 22.

35) Omnia tamen illa verba ap. *Diog.* 8, 57. ἡ θυγάτηρ — Περσικά, desunt in Codice Vindob. LIX.

36) v. *Athenae.* 14, p. 638. B.

37) v. *Athenae.* 13, p. 557. E. Cf. *Diog. Laert.* 1, 26. et 2, 14.

militer desumta sunt, quae 8, 51. narrantur de Empedoclis genere, §. 69. de saltu in Aetnam, et §. 72. de statua ei posita. An Hippobotus fide sit dignus, ego quidem definire non ausim. Certe de aetate eius non constat.

15) *Neanthes Cyzicenus*, circa Ptolemaei Euergetae tempora clarus [38]), scripserat περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν [39]). Cuius operis vtrum pars fuerit, an peculiare opus putandum sit illud περὶ Πυθαγορικῶν, e quo *Diogenes* 8, 72. de Empedoclis studio Agrigentinis aequalitatem ciuilem commendandi quaedam narrat, non ego definiuerim. Ex eodem *Neanthe* refertur §. 55. de Empedoclis λογοκλοπεία, et §. 58. de eiusdem tragoediis [40]), atque ab *Hesychio Milesio* [41]) de eius morte. De *Neanthis* fide raro videtur posse dubitari. Plura de eo dedit *Menagius* [42]).

16) *Phauorinus*, gente Gallus, quem ideo *Fauorinum* scribi alii volunt, vixit Traiani et

38) v. *Athenae.* 15, p. 699. D.

39) v. *Steph. Byz.* in v. Κραστός.

40) Codex Vindob. rursus totam ῥῆσιν istam omisit: Νεάνθης δὲ — ἐντετυχηκέναι.

41) de iis, qui eruditionis fama claruere p. 33. ed. Colon. Allobrog. 1615. 8.

42) ad *Diog. Laert.* 8, 72.

Adriani temporibus, teste *Suida*, a quo vocatur ἀνὴρ πολυμαθὴς κατὰ πᾶσαν παιδείαν; et ad *Plutarchi* exemplum permulta scripsisse dicitur [43]). *Diogenes* 8, 53. laudat eum ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ad narrationem de boue ex melle et farina sacrificato ab Empedocle, sed §. 63. vbi de opere Καθαρμῶν, et §. 73. vbi de diuitiis Empedoclis agitur, ἐν ἀπομνημονεύμασι, quod opus non videtur ab illo priore differre. Continuit quinque saltem libros [44]), et saepissime citatur a *Diogene*. Ego quidem hunc *Phauorinum* putabam auctorem historiae philosophorum non contemnendum fuisse.

17) *Satyrus*, philosophus Peripateticus, Aristarchi grammatici familiaris, ab *Hieronymo* [45]) appellatur doctus vir. Scripserat aliquot libros περὶ βίων, e quibus *Heraclides Lembus* epitomen fecit, vt supra significauimus. Laudatur hoc *Satyri* opus a *Diogene* 8, 53. de Exaeneto, Empedoclis aui patre et filio, et §. 58. de Empedoclis philosophi facultate medica et oratoria. Ex eodem petita apparet,

43) Cf. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 173 — 175. ed. *Harles.*

44) v. *Diog.* 3, 62. et 9, 23.

45) in praefatione libro de scriptorib. eccles. praefixa.

quae §. 59. *Gorgias* narrasse legitur de Empedocle γοητεύοντι, et quae §. 60. de Pausania Empedoclis amasio traduntur.

18) *Telauges*, Pythagorae filius, esset haud dubie fide dignissimus, si epistola ad Philolaum, quae ei tribuitur, et e qua apud *Diogenem* 8, 53. Archinomus vocatur pater Empedoclis, §. 55. Hippasus et Brontinus eiusdem praeceptores, et §. 74. philosophus noster dicitur ob senectutem vacillans in mare delapsus esse, si haec, inquam, epistola non suppositicia esset censenda. Certe *Neanthes* apud *Diog.* 8, 55. dixit, eam μὴ εἶναι ἀξιόπιστον, et §. 43. omnino negatur *Telauges* aliquem librum scripsisse. Cf. quae dicta a me sunt §. 1. not. 23. p. 4.

19) *Theophrastus Eresius*, nobilis discipulus Aristotelis, scripserat librum peculiarem περὶ Ἐμπεδοκλέους. *) Ex eo haud dubie fluxit relatio illa apud *Diogenem* 8, 55. Empedoclem Parmenide vsum esse magistro. Cum vero perquam sit verisimile; *Theophrastum* veri, non fabularum futilium, studiosissimum

*) Fortassis tamen ille putari possit pars operis περὶ βίων, quod tres libros complexum fuit teste *Diogene Laert.* 5, 42.

fuisse, mirari licet, cur *Diogenes* non nisi semel ex hoc fonte hauserit. Scilicet videtur non ipse eius librum ante oculos habuisse.

20) *Timaeus Tauromenites* Siculus vixit circa Olymp. CXVI. et scripsit ἱστοριῶν libros minimum duodeuiginti. *Suida* teste frequenter quidem alios (np. scriptores) reprehendebat, Ἐπιτίμαιος inde dictus, sed etiam πλείστην πρόνοιαν εἶχε τῆς ἀληθείας. [46]) Recte igitur saepe ad eum recurrit *Diogenes*, qui idem 8, 66. diserte dicit, eum saepe mentionem fecisse Empedoclis. Affert ibi e libro 1. et 2. nonnulla de Empedoclis iactantia et philautia, secessuque in Peloponnesum. §. 71. et 72. ex libro 4. de mortis genere, et de Heraclidis (Pontici) studio nouitatis inepto. §. 54. e lib. 9. de λογοκλοπείᾳ. §. 51. e lib. 15. (vbi diserte scriptum extat ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν) de genere Empedoclis. §. 60. e lib. 18. de eius artificio ventos compescendi. Denique §. 64. non addito libri numero, de eiusdem popularitate.

21) *Timon Phliasius*, sillographus, atque adeo scriptor maledicus, caeterum homo vino-

46) v. *Voss.* de historicis Graecis 1, 12. extr.

lentus [47 a]), circa Olymp. CXXVII. vixit, et a *Diogene* 8, 67. citatur tantum illustrationis et ostentandae lectionis causa.

22) *Xanthus*, musicus et poeta Atheniensis, Theophrasti aequalis [47 b]), scripsisse a *Diogene* 8, 63. dicitur περὶ Ἐμπεδοκλέους, et ex eo refertur de Empedoclis studio simplicitatis. Male a *Vossio* [48]) intelligi Xanthum Lydum, ex temporum ratione iam *Ionsius* [49]) demonstrauit. De fide *Xanthi* vt quaeramus, vix opus est. Consentit enim ibi cum *Aristotele* ac *Timaeo*.

Nemo facile in hoc catalogo scriptorum a *Diogene Laertio* in vita Empedoclis commemoratorum desiderabit *Potamillam*, quamuis etiam in Meibomiana *Laertii* editione repertam. Scilicet 8, 65. post versus illos Empedoclis, vbi Agrigentum vocat μέγα ἄστυ, leguntur haec: μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν φησι Ποταμίλλα etc. *Menagius* ad h. l. „ignoratissima mihi omnium feminarum haec femina." Recte. Nam in edit. Steph. et Fro-

47 a) v. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 4, 61.
47 b) v. *Diog. Laert.* 4, 29.
48) l. l. 4, 5.
49) l. l. 1, 19, 2.

ben. etiam in ea, quae cum notis *Is. Casauboni* Coloniae Allobrog. 1615. 8. prodiit, deest hoc nomen, neque ferri vllo modo potest, etiamsi legatur in Codicibus Paris. olim regiis. Immo eiecta *Ποταμίλλα* omnia bene cohaerent, si verbum *φησι* referas ad *Heraclidem Ponticum*, cuius mentio §. 61. fuerat, et e quo §. 62. allati erant versus Empedoclei, vel si cum *Ioachimo Kühnio* nomini *Ποταμίλλα* substituas verba *ὁ Τίμαιος*, quem supra vidimus *Heraclidi* saepe contradixisse: quae tamen ratio minus placet, cum origo Potamillae multo rectius ac simplicius indicari posse videatur. Nimirum quoniam *ὁ Ἀκράγας* alias fluuium, hoc autem loco vrbem significat, potuit aliquis margini alleuisse *Ποταμ. ἀλλ.* h. e. *Ποταμὸν ἄλλοι* vel *Ποταμὸς ἄλλως* [50]), quod scholion deinde fuit a librariis ipsi *Diogenis* orationi illatum. Cum vero aliis videretur verbum *φησὶ* non habere quo referretur, apparet, quomodo fingi potuerit nomen *Ποταμίλλα* tanquam auctoris. [51])

50) Sane Codex Palatinus discrte habet *ποταμὸν ἄλλοι*, et Codex Vindob. LIX. *ποταμόν· ἀλλ'*.

51) Cf. *Ignat. Rossii* commentationes Laertianae (Rom. 1788. 8.) p. 168. sq. et *Allgem. Literatur-Zeitung* 1792. nr. 34.

Alia neque ea minor difficultas est in iudicio de versibus Empedocli tributis ferendo, atque in constituendo, vtrum genuini putandi sint, an supposititi. Manifesta quaedam huius generis exempla in ipso meo libro attuli. Reliqua lector doctus et attentus inueniet ipse. Possit enim de plurium versuum origine genuina dubitari, cum constet, inde a Ptolemaeorum temporibus plurima recentiorum scripta ornata fuisse veterum auctorum nominibus, quo facilius plurisque venderentur: id quod diserte *Galenus* [52]) testatur. Quidni idem fieri potuerit de Empedoclis versibus?

Non minus me torsit solicitumque habuit illud, quod multa mihi repetenda viderem, quae iam alii, et interdum quidem satis bene, docuerant. Effecit enim nominis Empedoclei celebritas, vt plurimi hoc argumentum tractarent. Cum vero consilium mihi esset, et vero etiam, nisi me omnia fallunt, deberet esse, omnia quam posset plenissime tradendi; cumque intellexissem, ab aliis recentioribus historiae philosophicae scriptoribus alia omissa, ab aliis veterum traditiones ex suo ingenii mo-

52) commentar. ad *Hippocrat.* de natura hominis lib. 1. p. 17. et lib. 2. p. 18. T. V. opp. ed. Basil.

dulo relatas, a nemine autem cuncta, quae ad rem pertinerent, narrata fuisse [53]): debui omnium, quae collecta haberem, summam afferre, et vnum quasi corpus componere. Possum saltem, si cui hoc satisfacit, vere affirmare, me non prius quam omnes veterum locos collegissem atque excussissem, ad recentiorum accessisse lectionem, ac tum demum ex his notatu digna attulisse, hoc vno modo ratum fieri posse, vt minus in errores inducerer virorum doctissimorum auctoritate. Omnino enim raro fidem tuto haberi posse recentioribus, etiam doctissimis ac celeberrimis, heu! nimis saepe intellexi. Exempli loco vel paucula afferam. *Michael Neander* igitur, quem omnes consentiunt fuisse virum vtriusque linguae longe peritissimum et in legendis scriptoribus antiquis versatissimum, primo in Gnomologia [54]) Empedocli apud *Cle-*

53) Nemo enim harum rerum peritus mirari satis poterit, quomodo *Füllebornius* in *Beyträge zur Gesch. der Philosophie* Fascic. III. (Züllichau. et Eleutherop. 1793. 8.) p. 3. scribere potuerit haec: „Das Bruckersche Werk allein ist „so reich an Materialien, daſs man nicht selten, wie „Brucker selbst, über das Ordnen derselben in Verlegen„heit geräth." Atqui quam manca sint, quae *Bruckerus* collegit, sciunt omnes, qui historiam philosophiae paulo tractarunt diligentius.

54) Basil. 1557. 8. p. 298.

mentem Alexandrinum [55]) tribui ait hanc sententiam: *οὐχ οὕτως τὶς μέγας ἔσται καὶ καθ' Ἕλληνας ὡς ὑπερέχειν τὴν δίκην, οὐδὲ σμικρὸς ὡς λαθεῖν.* Verum haec verba prorsus non ab Empedocle esse profecta, inspecto loco facile cognoscitur a quouis. Deinde idem in opere aureo, non semel, sed bis [56]), e *Marini* vita Procli haec refert tanquam de Empedocle: *καὶ γὰρ πρόχειρον ἐκεῖνο εἶχεν ἀεὶ καὶ ἔλεγεν ὁ θεοσεβέστατος ἀνὴρ, ὅτι τὸν φιλόσοφον προσήκει οὐ μιᾶς τινος πόλεως, οὐδὲ τῶν παρ' ἐνίοις πατρίων εἶναι θεραπευτὴν, κοινῇ δὲ τοῦ ὅλου κόσμου ἱεροφάντην.* Sane digna haec vox esset philosopho nostro. At si ipsum *Marini* librum consulueris [57]), inuenies totum locum non ad Empedoclem, sed ad Proclum pertinere. Idem *Neander* in eodem opere [58]) hos versus tribuit Empedocli:

ἀλλ' ἀπάνευθε πόνοιο νόου φρενὶ πάντα πραδαίνει.

55) stromm. 5, p. 607. B.

56) p. 360. et 723. ed. Lips. 1577. 4.

57) p. 17. ed. *Aemil. Porti*, qui eum *Procli* sex libris theologiae Platonicae praefixit, Hamb. 1618. fol. sine cap. 19. p. 47. ed. *Ioh. Alb. Fabricii*, Hamb. 1700. 4.

58) p. 524.

Et:

ἄνθρωποι θνητοὶ, καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες,

quorum tamen hic, vt diserte dicit *Clemens Alexandrinus* [59]), desumtus est e carminibus Sibyllinis, ille autem ab ipso *Neandro* legi dicitur apud *Steuchum Eugubinum* [60]). Atqui hic *Parmenidem* facit illius versiculi auctorem [61]), non Empedoclem, et versum eundem ait ad Deum pertinere. Hunc ipsum versum, ἀλλ' — κραδαίνει, *Cudworthius* [62]) tribuit *Xenophani*, et *Moshemius* se eum reperire potuisse negat. — *Scaliger* [63]), vir magni nominis, versum Homericum [64]),

τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης,

pro Empedocleo nobis venditat, inductus fortassis per verba auctoris *Theologumenon arithmeticae* [65]), vtpote qui primo eundem *Homeri* versiculum laudat, et deinceps Empedo-

59) stromm. 5, p. 452. B. C.

60) Locus est de perenni philosophia p. 147. ed. Lugd. 1540. fol.

61) In *Füllebornii* tamen fragmentorum *Parmenidis* collectione frustra quaesiueris.

62) in systemate intellectuali p. 455.

63) in notis ad *Manil.* astron. 1, 206. p. 34. ed. Argent. 1655. 4.

64) Il. 8, 16.

65) Dedi ea §. 9. p. 162. sq.

clis mentionem facit. — *Melanchthon*, vir ille summus, quem recte appellant communem doctorem Germaniae, hunc versum Empedocli tribuit [66]):

φοιτᾷ δὲ βροτολοιγὸς ἔρις κενεὸν λελακυῖα,

cum hac versione:

Vana sonans adfert saevas discordia caedes. [67])

Et tamen eum *Timonis* Sillographi esse constat ex antiquis scriptoribus [68]), et *Timonis* carminibus recte adscripserunt *Stephanus* [69]) atque *Brunckius* [70 a]).

Possem similia recentiorum virorum doctorum peccata permulta proferre. Interim eorum praecipuos suo quemque loco aeque diligenter ac veteres, suum cuique tribuens, laudare non praetermisi. Neque verendum puto, ne cui nimius hoc in genere fuisse videar. Nam veteres, quotquot conferre licuit,

66) in Epigrammatibus, ab *Hilbrando Grathusio* editis Viteb. 1560. 8. plagula M. pag. 1.

67) In alia eorundem epigrammatum editione, tribus libris aucta, et ab *Ioh. Maiore* Witeb. 1575. 8. curata, plag. L. fol. 7. legitur etiam haec versio:

Incedit passim mala, lis et inania garrit.

68) v. c. *Clemente Alexandr.* stromm. 5, p. 550. D. et *Euseb.* praep. euang. 15, 62. p. 855. C.

69) in poesi philosoph. p. 60.

70 *a*) analect. veterum poetar. Graecor. Vol. II. p. 67.

accurate commemorare duxi omnino meum esse. Quare etiam vbi permulti de eadem re idem plane nec noui quid tradidisse reperirentur, tamen omnes laudandos existimaui, vt statim viri docti scirent, quid a quolibet exspectandum esset, et quid cuique deberent. Quam ipsam ob causam, et quia ponere poteram, non omnibus, immo paucissimis, ad manus esse omnes eorum libros, quippe rarissimos inuentu, fere semper ipsa verba exscribenda putaui. Recentiorum autem rarius facta est mentio, quoniam alii non admodum habere videbantur, quod esset operae pretium, aliis ipse vti non potui.

Noua mihi difficultas obiecta fuit, cum aggressus essem versus Empedocleos passim a veteribus allatos componere et ordinare. Rarissime enim addidisse illi reperiuntur librum, e quo desumti sunt. Et tamen ita eos digerendos putabam, vt saltem aliquis appareret nexus. Cui meo consilio, in quo praeeuntem habui *Iosephum Scaligerum* 70 b), cum viderem nulla ratione satisfieri omnino posse, tandem variis modis tentatis eo deueni, vt versus illos, qui de vniuerso ac de elementis

70 b) Coniectan. in *Varron.* p. 113. ed. *H. Steph.* 1573. 8.

et amicitia discordiaque agerent, e libro Physicorum primo petitos censerem; qui de animalibus, inprimisque de hominibus, e secundo; qui de animis humanis, de diis eorumque cultu, e tertio. Saltem *Heracliti* opus περὶ φύσεως διήρηται εἰς τρεῖς λόγους, εἴς τε τὸν περὶ τοῦ παντὸς, καὶ πολιτικὸν, καὶ θεολογικὸν, auctore *Diogene Laertio* 9, 5. Quae argumenti dispositio atque descriptio non admodum diuersa est ab ea, quam modo in carmine Empedocleo proposui. Videtur autem argumentum librorum antiquorum omnium, vel plerorumque, qui περὶ φύσεως essent inscripti, pene idem fuisse [71]), et Empedocles cum Heraclito de multis placitis consensisse reperitur, cuius generis exempla non omnia, sed nec pauca, passim in syntagmate meo per occasionem allata sunt. Praeterea non repugnant loci, qui a veteribus ex Empedocle laudantur numero libri addito. Cur vero tertii libri appendicem fecerim Καθαρμοὺς, intelligere quilibet facile ex iis poterit, quae §. 6. p. 80. sqq. de argumento istius operis verisimiliter statui posse ostendi. Quam

71) Cf. quae §. 6. dixi, p. 71. sq.

meam sententiam cum non parum adiuuare viderentur verba *Hieroclis* [72]), huc ea transtulisse non piguit. Τοῦτο, inquit ille, φιλοσοφίας ὁ τελεώτατος καρπὸς, τοῦτο τῆς ἱερατικῆς καὶ τελεστικῆς ἔργον τέχνης τὸ μέγιστον, οἰκειῶσαι μὲν καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰ ὄντως καλὰ, ἀπολῦσαι δὲ τῶν τῇδε [73]) πόνων, ὡς ἔκ τινος καταγείου σπηλαίου τῆς ἐνύλου ζωῆς, καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰς αἰθερίους αὐγὰς, καὶ ταῖς μακάρων ἐνιδρῦσαι νήσοις, τοὺς διὰ τῶν προειρημένων ὁδεύσαντας. τούτοις γὰρ καὶ τῆς ἀποθεώσεως ἀπόκειται γέρας· ἐπεὶ εἰς γένος θεῶν σὺ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ, ἢ τῷ κτησαμένῳ ἀλήθειαν μὲν καὶ ἀρετὴν ἐν ψυχῇ, ΚΑΘΑΡΟΤΗΤΑ δὲ ἐν τῷ πνευματικῷ αὐτῆς ὀχήματι. οὕτω γὰρ ὑγιής τις καὶ ὁλόκληρος γενόμενος εἰς τὸ τῆς ἀρχαίας ἕξεως εἶδος ἀποκαθίστασθαι, διὰ τῆς πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον ἑνώσεως ἀπολαβὼν ἑαυτὸν, καὶ πάν-

72) ad carmina aurea p. 226. sqq. ed. *Needham.*

73) Τῇδε significat *hic*, *in hoc mundo.* vt in versu Empedocleo 7. τῇ, quod pro τὴν reposui, explicandum est. Cf. §. 15. n. 63. p. 451. et *Needham.* p. 421. 436.

τα τὸν θεῖον κόσμον ἀναγνωρίσας, καὶ τὸ δημιουργὸν τουδὶ τοῦ παντὸς, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ἐξευρών. τοῦτο δὲ γενόμενος (ὀψὲ) μετὰ τὴν ΚΑΘΑΡΣΙΝ, ἣ ἀεί εἰσιν οἱ μὴ εἰς γένεσιν 74 a) πίπτειν πεφυκότες, ταῖς μὲν γνώσεσιν ἑνοῦται τῷ παντὶ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνάγεται τὸν θεόν· σῶμα δὲ συμφυὲς ἔχων, τόπου δεῖται εἰς κατάταξιν ἀστροειδῆ, οἷον θέσιν ζητῶν. πρέποι δ' ἂν τῷ τοιούτῳ σώματι τόπος ὁ ὑπὸ σελήνην προσεχῶς, ὡς ὑπερέχων τῶν μὲν φθαρτῶν σωμάτων, ὑποβεβηκὼς δὲ τῶν οὐρανίων, ὃν ΑΙΘΕΡΑ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ οἱ Πυθαγόρειοι καλοῦσιν· ΑΙΘΕΡΑ μὲν, ὡς ἄϋλον καὶ ἀΐδιον σῶμα· ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ δὲ, ὡς ὑλικῶν παθημάτων καθαρόν. τί οὖν ὁ ἐκεῖσε ἐλθὼν ἔσται, ἢ τοῦτο, ὃ φησιν, ΕΣΣΕΑΙ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ, ὡμοιωμένος τοῖς ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν λεχθεῖσιν ἀθανάτοις θεοῖς, οὐ φύσει ἀθάνατος θεός. πῶς γὰρ τὸ ἀπὸ χρόνου τινὸς προκόψαν καὶ ἐπιδεδωκὸς εἰς ἀρετὴν καὶ ἀποθέωσιν τοῖς

74 a) h. e. *in hunc mundum.* vt ap. *Plutarch.* de sera numinis vind. c. 6.

ἐξ ἀϊδίου τοιοῦτοις εἰς ταὐτὸν ἄν ποτε κατασταίη; δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ προσθήκη· τῷ ἘΣΣΕΑΙ γὰρ ἈΘΆΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ ἐπήγαγεν, ἈΜΒΡΟΤΟΣ, ΟΥ'Κ ἘΤΙ ΘΝΗΤΟΣ, ἵνα κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ θνητοῦ ἡ θεοποιΐα ἡμῶν νοῆται, ἅτε μὴ φύσει, μηδὲ κατ' οὐσίαν ἡμῖν ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ἐκ προκοπῆς καὶ κατ' ἐπίδοσιν ἐπιγενομένη. ὡς ἄλλο γένος εἶναι τοῦτο θεῶν, ἀθανάτων μὲν τῇ ἀνόδῳ, θνητῶν δὲ τῇ καθόδῳ γιγνομένων, οἳ καὶ τῶν ἀγαυῶν ἡρώων ἐξ ἀνάγκης ὑποβεβήκασιν, εἴπερ ἐκεῖνοι μὲν ἀεὶ νοοῦσι τὸν θεὸν, οὗτοι δὲ καὶ εἰς ἄγνοιαν αὐτοῦ ποτε πίπτουσιν. οὐ γὰρ δὴ τὸ τρίτον γένος τελειωθὲν ἢ τοῦ μέσου γένοιτο ἂν κρεῖττον, ἢ τῷ πρώτῳ ἴσον, ἀλλὰ καὶ μένον τρίτον ὁμοιοῦται τῷ πρώτῳ γένει, ὑποτεταγμένον τῷ μέσῳ. ἡ γὰρ κατὰ σχέσιν ἐν ἀνθρώποις ὁρωμένη πρὸς τοὺς οὐρανίους ὁμοιότης ἤδη προϋπάρχει τελεώτερον καὶ προσφυέστερον τοῖς ἡρωϊκοῖς καὶ μέσοις γένεσι. καὶ οὕτω κοινὴ καὶ μία πάντων τῶν λογικῶν γενῶν τελειότης θεωρεῖται ἡ πρὸς

τὸν δημιουργὸν θεὸν ὁμριότης. αὕτη δὲ ἀεὶ μὲν καὶ ὡσαύτως ὑπάρχει τοῖς οὐρανίοις· ἀεὶ δὲ μόνον, καὶ οὐχ ὡσαύτως δὲ, τοῖς μονίμοις αἰθερίοις· οὔτε δὲ ἀεὶ, οὔτε ὡσαύτως τοῖς μεταπίπτουσιν αἰθερίοις, καὶ ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι πεφυκόσι. τὴν δὲ πρώτην καὶ ἀρίστην ὁμοίωσιν πρὸς θεὸν εἴ τις δευτέρας καὶ τρίτης ἀπεικασίας παράδειγμα ποιοῖτο, ἢ τὴν δευτέραν τῆς τρίτης, λέγοι ἂν ὀρθῶς. οὐ γὰρ μόνον σκοπὸς ὁμοιωθῆναι τῷ δημιουργῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ πρὸς κανόνα, τὴν ἀρίστην, ἢ τὴν μέσην ὁμοίωσιν. εἰ δὲ ἀπολειπόμενοι τούτων τυγχάνοιμεν, οἵας δυνάμεθα τυχεῖν, αὐτὸ τοῦτο τὸ κατὰ φύσιν ἔχομεν, καὶ τὸ τέλειον τῆς ἀρετῆς ἐν τούτῳ καρπούμεθα, ἐν τῷ τὸ μέτρον τῆς οὐσίας ἡμῶν μήτε ἀγνοεῖν, μήτε δυσχεραίνειν. ἀκροτάτη δὲ ἀρετὴ, τόΐς τε τῆς δημιουργίας ὅροις ἐμμένειν, οἷς πάντα κατ' εἶδος διακέκριται, καὶ τοῖς τῆς προνοίας ἕπεσθαι νόμοις, δι' οὓς τὰ πάντα, κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν, πρὸς τὸ σύμμετρον ἀγαθὸν οἰκειοῦται.

Denique quod ad ipsum rei tractandae modum attinet, spectaui semper et vbique illud, vt nihil Empedocli tribuerem, nisi quod veteres ei tribuisse reperirentur. Quod meum consilium etsi iam supra tetigeram, tamen hic iterum memorandum duxi, quippe fieri non posse ratus, quin, nisi quam diligentissime suum cuique tribueretur, summa in historia philosophiae exoriretur confusio, qua non raro factum esse scimus, vt vir mediocris ingenii nimis extolleretur, et contra. Malui etiam simpliciter narrare, quae Empedocles philosophatus esse diceretur ab antiquis scriptoribus, quam ipse philosophari, aut narrationem meam immixtis philosophorum recentiorum commentis barbarisque vocabulis sine vlla necessitate 74 b) obscurare. Putaui enim, lectoribus relinquenda esse iudicia de iis quae collegissem, non praecipienda 75), neque Empe-

74 b). Quem enim fructum haberet, si v. c. §. 12. dixissem, Empedoclem videri recte sensisse de vi centripeta? Et sic de reliquis.

75) Certe paucis putabam probari posse, quae *Füllebornius* verbis supra not. 53. a me relatis statim subiecit: „Unserm Zeitalter ist mit solchen Sammlungen" (nempe qualis est *Bruckeri* historia critica philosophiae) „nicht gedient: wir verlangen kein Inuentarium von Stellen, son-

docli obtrudere ausus sum, quae forte nunquam cogitasset ipse. Qualiscunque igitur in his culpa fuerit, veterum erit, non mea. Similiter, si qua Empedoclis placita minus digna viderentur philosopho tantopere omnibus aetatibus celebrato, diligenter mihi cauendum esse intellexi, ne absurda illa, quae forte apparerent, explicando minuerem aut tollerem, neque allegorica interpretatione veram philosophi nostri sententiam corrumperem. Etiamsi enim in dogmate de metempsychosi talem interpretationem tentauerim, non tamen ea nimis audax videbitur illi, qui vim argumentorum, quae me ita statuere pene coegerunt, recte perpenderit.

Haec Te volui, Lector. Vnum hoc addo, vt beneuolo animo accipias, quae Tibi tradere conatus sum. Scripsi Gerae, mense Decembri A. C. CIↃIↃCCCII.

„dern Raisonnement über den Sinn des Ganzen, keine Auf„zählung einzelner Meinungen, sondern allgemeine Resul„tate.“ Nam nondum sat multa collecta sunt.

Restat vt epistolam a *Villoisono*, cuius immaturo interitu (d. 26. April. 1805.) literis Graecis et Latinis vulnus inflictum dolemus, ad me datam, huic meae praefationi adiiciendam curem. Continet illa non solum *Coraei*, viri egregie docti, vitam et laudes, sed etiam multa insignia praeclarae illius, qua auctor elegantissimus valebat, doctrinae specimina, quibus humanissimi quique delectentur necesse est. Quia tamen eidem epistolae insunt nonnulla, quae, si recte iudico, nimis in me amice dicta videri possint: dubitassem, eam cum lectoribus communicare, nisi plus semel id postulasset auctor eruditissimus. Absit igitur inuidia.

FRIDERICO GVLIELMO STVRZ

S. P. D.

IOHANNES BAPTISTA CASPAR D'ANSSE DE VILLOISON.

Mitto tibi, vir praestantissime, Pseudo-Empedoclis [76]) cum regiis codicibus collati varias lectiones, quas in tuum vsum diligentissime excerpsit Diamantes Coray, Smyrnensis, in Monspeliensi Vniuersitate Medicinae Doctor, eiusdem vrbis Academiae Sodalis, et mox inter sagacissimos Criticos atque ingenii et doctrinae principes recensendus. Is ex insula Chio oriundus, et Smyrnae, vbi illi affines, omnes, vt etiam nunc Graeci vocant, ἄρχοντας et πρωτογέροντας noui, nobili genere natus, ab ineunte adolescentia patriam reliquit, et in Batauiam, tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus, aliquamdiu Amstelodami

76) Intelligit *Villoisonus* Sphaeram Empedocli male adscriptam.

sedem fixit, ibique non tam Mercurio quam Musis operam dedit. Deinde a socio quicum negotiabatur, delusus, et fortunam aduersam expertus, Monspelium petiuit, et animum appulit ad medicinam, cuius Doctor summo applausu declaratus fuit, cum prius egregium suae peritiae specimen edidisset, scilicet *Pyretologiae synopsin*, Monspelii 1786. 4. Deinde ibidem Cl. Christiani Gottliebi Selle *Medicinam clinicam* e Germanica lingua in Gallicam conuertit, et duobus voluminibus in 12 anno 1787 publici iuris fecit. Denique in vrbem Lutetiam sese contulit, et Cl. Bernardo, acutissimo Critico et Medicinae Doctori, Nonni, Medici Graeci, varias lectiones e regiis codicibus exscriptas misit. Nunc vero totus est in conferendis Septuagintauiralis Versionis Graecae codicibus Parisiensibus, in gratiam doctissimi Holmesii, Professoris Oxoniensis, et in emendando Hippocrate, cuius infinita loca deprauata et conclamata a capite ad calcem ita feliciter emaculauit, vt sibi quiuis speraret idem, sudaret multum, frustraque laboraret. Illius emendationibus, quas suas esse voluissent Hemsterhusius et Toupius, nihil simplicius, nihil verius. Harumce con-

iecturarum maximam partem vidi, et admiratus sum, et cum doctissimis Gallis et Britannis, linguam Graecam et medicinam callentibus, communicaui, qui omnes singulare Coray acumen, ἀγχίνοιαν et εὐστοχίαν summis laudibus extollunt, et vnicum illum Hippocratis sospitatorem vna voce praedicant. Ante annum, vt spero [77]), typis tradetur prima pars eius *Curarum*, in quibus non solum Hippocratem, sed et Herodotum, Sophoclem, Athenaeum, Hesychium aliosque auctores Graecos passim sanauit et illustrauit. Haec te de nostro Coray, nouo inter Criticos exorto sidere, scire volui, vt plane perspectum habeas, cui viro tui Pseudo-Empedoclis collationem commiserim, quamque diligenter mandata tua curauerim. Nihil enim mihi magis cordi est, quam vt tibi declarem, quanti te faciam, quan-

77) Non spes fefellit. Nam *Corayii* emendationes in Hippocratem leguntur in *Musei Oxoniensis literarii Conspectu*, qui cura *Burgessii* prodiit Oxon. 1792. 8. Eiusdem *Coraei* emendationes in Thucydidem extant in *Hist. de Thucydide, traduite du Grec par Pierre-Charles Levesque*, Paris. 1795. 8. 4. voll. Prodiit etiam *Traité d'Hippocrate des airs, des eaux et des lieux. Traduction nouvelle avec le texte collationné sur deux Manuscrits, des notes critiques, historiques et medicales* etc. *par Coray*, ibid. 1800. 8. 2 voll.

tum tua opera suspiciam et expectem, quantopere delecter tuis de Alexandrina dialecto dissertationibus. Valde mihi arrisit ista cura et industria quam in Pherecydis fragmentis digerendis orbi literato probasti, quamque in Empedoclis reliquiis colligendis sperare iubes. Nihil vtilius, iucundius, sed nihil operosius illo instituto. Vt enim disiectorum membra auctorum inuenire possis, omnia omnium aetatum exemplaria Latina et Graeca, vel ea quae raris manibus versantur, tibi euoluenda sunt, omnes antiquitatis et medii aeui foruli sedulo excutiendi, Grammaticorum scholia et inedita lexica rimanda sunt. Continuo quaedam Empedoclis tui fragmenta fortasse in Graecis Aristotelis interpretibus, nimis hodie neglectis, et in Damascii περὶ ἀρχῶν inedito delitescunt libro, cuius excerpta dedit Io. Christophorus Wolfius [78]), et egregium decimi sae-

78) Sane *Wolfius* in praefatione ad anecdotor. Graecor. T. III. (Hamb. 1723. 8.) ex illo *Damascii* opere petita esse narrat, quae dedit p. 195 — 262. *Wolfium* vero oscitanter adeo se gessisse, vt finem commentarii *Damascii* in *Platonis* Parmenidem pro fine operis περὶ ἀρχῶν sine vlla dubitatione exhibuerit, docuit me, vt alia multa, *Morellii* doctrina ac diligentia, primo per literas ad me datas, deinde in Bibliothecae Manuscriptae Tomo I. Bassani 1802. 8. p. 138.

culi codicem elegantissime scriptum in Veneta S. Marci bibliotheca [79]) tractaui. Vt apud Ouidium Daphnen amans Apollo, sic et qui Apollinis castra sequuntur, ingenti Musarum amore percalsi, et suauissima Philologiae dulcedine allecti,

si qua latent, meliora putant.

Illa arcana non promiscue nec omnibus in vestibulo haerentibus, sed initiatis duntaxat patent, vt Senecae verba vsurpem: reducta et in interiori sacrario clausa sunt. Vel ipsius Menandri, cuius reliquiae a doctissimis viris, Clerico, Pauw, Bentleio, Iacobo Gronouio sedulo conquisitae et illustratae sunt, multa etiam nunc fragmenta posteriorum curis in occulto seruantur. Pauca e multis exempla proferam. Cosmas Indicopleustes in *Topographia Christiana* Lib. V. p. 463. et 464. *Bibliothecae veterum Patrum Andreae Gallandii* T. X. Venet. 1788. αὐλαίας καλεῖ (Moses)

79) Migrauit ille nuper cum aliis codicibus egregiis Lutetiam Parisiorum. Caeterum *Villoisonus* T. II. anecdotorum Graecorum p. 253. hunc *Damascii* librum publici iuris factum vellet, ac *Th. Burgess* magnam eius operis partem se editurum esse promisit in Conspectu Musei critici Oxoniensis paulo ante laudato p. 5. et ipse aliquando integrum edere constitueram.

τὰς κορτίνας. οὕτω δὲ καλοῦσιν αὐτὰς καὶ οἱ ἔξωθεν Ἀττικοὶ, λέγοντες αὐλαία, τὸ μέγα καὶ ποικίλον παραπέτασμα. Ὑπερίδης ὁ Ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους λόγῳ· (cuius quidem orationis titulus Fabricii p. 934. T. I. *Bibliothecae Graecae*, et summi illius Ruhnkenii in aurea illa *Historia critica oratorum Graecorum* diligentiam fugit [80]). nisi forte pro κατὰ Πατροκλέους legendum sit κατὰ Παφικλέους, de qua oratione v. Fabric. ibid. p. 934.) „οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες εἱστιῶντο ἐν „τῇ στοᾷ, φραξάμενοι τὸ μέρος αὐτῆς αὐ„λαίᾳ.“ ὁμοίως καὶ Μένανδρος· „στυ„πτεῖον, ἐλέφαντα, μύρον, οἶνον, αὐλαίαν.“ [81]) Palladius in *Dialogo de vita S. Iohannis Chry-*

80) quod equidem miror. Nam memoratur illa oratio ab *Athenaeo*, *Harpocratione*, aliisque. v. Ill. *Harles* ad *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. II. p. 861. sq.

81) In alia epistola, d. 22. Aug. 1792. scripta, monet *Villoisonus*, hoc *Menandri* fragmentum et totum *Cosmae* locum, iam editum esse in *Montfauconi* T. II. collectionis nouae Patrum, Paris. 1706. fol. et correctum atque explicatum a *Wesselingio* in Probabilium libro singulari c. 29. p. 252.

sostomi p. 142. ed. Bigot. Paris. 1680. 4. δεινὸν κολάκεία, κατὰ τὸν Κωμικὸν Μένανδρον, μετὰ δυστροπίας συγκεκλωσμένη, καθὼς λέγει· „χαλεπὸν, Παμφίλη, ἐλεύ„θερα γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχεσθαι· πλεί„ονα οἶδεν· πλείονα κακουργεῖ· αἰσχύνεται „οὐδένα· κολακεύει μᾶλλον.“ Nicetas Acominatus in *Historia* p. 251. ed. Fabrot. Paris. 1647. ὧν (Βυζαντίων) ἄλλοι μὲν ὡς ὑπὸ μέθης διαῤῥεόντων οὐκ ὀλίγα ξυνέθεντο σκώμματα· ὁ δὲ Μένανδρος οὕτωσί πως ἐπιλαμβάνεται· „μεθύσους τοὺς ἐμπόρους „ποιεῖ τὸ Βυζάντιον· ὅλην ἔπινον τὴν νύ„κτα.“ [82]) Quem quidem Menandri locum sic respexit Pollux Lib. VI. c. 3. sect. 25. p. 578. ὁ γὰρ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρῶν, Μενάνδρῳ δεδόσθω. [83]) Archilochi, cuius reliquias pas-

82) In eadem epistola idem vir doctissimus docet, hunc *Menandri* locum allatum etiam esse ab *Athenaeo* 10, p. 442. et *Aeliano* Var. Hist. 3, 14. et inde a *Clerico* insertum collectioni suae fragmentorum Menandreorum p. 22.

83) Aliud *Menandri* fragmentum, quod non extat in *Clerici* collectione, a *Valesio* laudatum ad *Harpocrat.* p. 117.

sim videbis, vt apud Origenem *contra Celsum* Lib. 2. p. 79. ed. Spenceri, Cantabrig. 1658. 4. apud Theophilum *ad Autolycum* lib. 2. p. 254. ed. Christophor. Wolfii p. 12. et p. 18. Scholiorum in *Theriaca* Nicandri, ed. Guil. Morel. Paris. 1557. 4. apud Plutarchum *pro nobilitate* p. 269. T. IV. *Anecdotorum Graecor.* Wolf. etc. fragmentum nobis seruauit idem Nicetas ibid. p. 150. τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου ἀντικρὺς ἐπεραίνετο, ὅ φησιν, „εἰς ἕντερον πόρνης πολλά„κις μεταῤῥυῖσκεσθαι τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ „συλλεγέντα μακρῷ.“ Sic et quemdam Bacchylidis versum videbis apud Scholia in Hermogenem περὶ ἰδεῶν p. 393. T. II. *Rhetor. Graecor.* Aldi etc. etc. Lyricorum fragmenta vtinam collecta simul et denuo recensita edantur. Tu vale, vir praestantissime, et de Grae-

ex *Stobaeo*: πράττει δ' ὁ πόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερα ὁ συκοφάντης, ὁ παροήθης τρίτα λέγει, nuper obseruauit et ad illustrandam rem scenicam adhibuit Ill. *Carolus Aug. Boettiger* in prolusione de actoribus primarum, secundarum et tertiarum partium in fabulis Graecis, Vimar. 1797. 4. p. 10. Possentque talia plura, si iis hic locus esset, tam ad *Menandri*, quam ad aliorum poetarum Graecorum, fragmentorum collectiones facile addi.

cis literis, vt facis, bene mereri perge, meque tui studiosissimum redama. Dabam Lutetiae Parisiorum die 6. Iunii, anno reparatae salutis humanae 1791.

§. 1.

Vt recte et ordine fiat nostra de Empedocle disputatio, primo de eius vita exponendum videtur, h. e. de patria, patre, aetate, institutione, doctrina, scriptis, meritis, moribus, mortis genere; deinde quae fuerit philosophiae, quam docuit, facies, quanta poterit diligentia ostendendum; denique afferendae ipsae scriptorum eiusdem reliquiae. Iam de vita eius in vniuersum non pauca collegit e variis scriptoribus, de quibus in praefatione diximus, *Diogenes Laertius* [1]), exscripta fere ab *Eudocia* [2]), et conferenda cum iis, quae *Suidas* [3]) et *Hesychius Milesius* [4]) tradiderunt. Nam *Hermachi* s. potius *Hermarchi* †) *Mitylenaei* ἐπιστολικὰ περὶ Ἐμπεδοκλέους [5]) et *Theophrasti*

1) De vitis philosophorum 8, 51—77.

2) in Ἰωνιᾷ a *Villoisono* edita T. I. anecdot. Graec. Venet. 1781. 4. p. 169—171.

3) in v. Ἐμπεδοκλῆς.

4) p. 31. edit. Colon. Allobrog. 1615. 8.

†) v. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 604. ed. *Harles.*

5) Laudantur praeter *Cic.* de N. D. 1, 33. a *Diog. Laert.* 10, 25. qui huic operi tribuit libros XXII. cum *Fabricius* in biblioth. graec. T. I. p. 465. (p. 811. edit. *Harles.*) memoret XXIV.

Eresii [6]) atque *Xanthi* [7]) *περὶ Ἐμπεδοκλέους* libri ad nostra tempora non peruenere. E recentioribus, praeter *Stanleium* [8]) et *Fabricium* [9]) et *Bruckerum* [10]) aliosque multos, legendi sunt *Petrus Nicolaus Bonamy* [11]), et *Agatopisto Cromaziano* siue *Appiano Buonafede* *). Patriam quidem fuisse Empedocli nostro Agrigentum, quae *Ἀκράγας* a Graecis vocatur, et fuit nobilis vrbs Siciliae [12]), condita Olymp. L, 1. [13])

6) *Diog. Laert.* 5, 43. *παραλέλοιπε περὶ Ἐμπεδοκλέους ά.*

7) v. *Diog. Laert.* 8, 63. Cf. *Jons.* de scriptorib. historiae philos. edit. Ien. 1716. 4. p. 121.

8) hist. philos. p. 811—819. ed. Lips. 1711. 4.

9) biblioth. Graec. Vol. I. p. 465. sqq. (p. 805. sqq. edit. *Harles.* qui egregia epimetra addidit.)

10) hist. crit. philos. T. I. p. 1106. sqq.

11) Recherches sur la vie d' Empedocles, in Mem. de litterature de l' academie royale des Inscriptions et belles lettres, T. X. Paris. 1736. 4 p. 55—74. siue T. XIV. ed. Amst. 1741. 12. p. 83—115. Qui liber Germanice versus extat in *Mich. Hiſsmanni* Magazin für die Philosophie und ihre Gesch. Vol. II. Goetting. 1779. 8. nr. V. Cf. *Joh. Ge. Neumanni* programma de Empedocle philosopho. Viteb. 1690. fol.

*) Della Istoria e della Indole di ogni Filosofia, Vol. II. Lucae 1767. 8. p. 302. sqq.

12) v. *Stanlei.* l. l. p. 811. *Bayle* dictionaire hist. et crit. T. II. p. 547. sq. ed. Amst. 1730. fol. *de Chaufepié* nouveau dict. hist. et crit. in v. Empedocle p. 25. *Bartels* vom alten Agrigent, dessen Lage und Alterthümern, in Epistolis de Calabria et Sicilia Germanice scriptis, T. III. Goetting. 1792. 8. epist. 30.

13) v. *Dodwell.* de aetate Phalaridis p. 6. Sed Ill.

consentiunt omnes. Vnde non solum saepissime ipse vocatur Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος a veteribus, sed etiam, omisso nomine proprio, ὁ Ἀκραγαντῖνος σοφὸς [14]), ὁ Ἀκραγαντῖνος ποιητὴς [15]), Agrigentinus doctus quidam vir [16]), poeta Siculus [17]), Siciliensis poeta [18]), Σικελαὶ s. Σικελικαὶ Μοῦσαι [19]).

Heyn. Opuscul. academicor. Vol. II. p. 260. ponit Olymp. XLIX, 3.

14) v. *Ammon.* ad *Aristot.* περὶ ἑρμηνείας p. 172. b. ed. Ven. 1546. 8.

15) v. *Clem. Alex.* stromm. 5, p. 549. B. et p. 587. B. ed. Colon.

16) v. *Cic.* Lael. 7.

17) v. *Horat.* A. P. 463.

18) v. Vetus interpres Cruquianus ad *Horat.* A. P. p. 638.

19) v. *Plato* in Sophista T. I. p. 242. D. ed. *Steph.* et *Simplicius* ad *Aristot.* phys. 1, p. 11. b. ed. Ven. 1526. fol. Ab eodem *Platone* in Gorgia T. I. p. 493. A. memoratur τὶς μυθολογῶν κομψὸς ἀνὴρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικὸς, ad quem locum auctor scholiorum in Platonem, quae in anecdotis graecis (Norimb. 1798. 8) primus edidit *Siebenkees*, p. 31. adscripsit haec: Σικελ. ἢ Ἰταλικὸς, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. Πυθαγόρειος δ' οὗτος ἦν· ὑπῆρχε δὲ καὶ Ἀκραγαντῖνος· Ἀκράγας δὲ, πόλις Σικελίας, ἀπὸ τοῦ πλησίον ποταμοῦ πεκλημένη. — Σικελὸν δὲ ἢ Ἰταλικὸν φησὶν, ἐπειδὴ πλησίον Σικελίας ὅ τε Κρότων, καὶ τὸ Μεταπόντιον, αἱ πόλεις, οὗ οἱ Πυθαγόρειοι διέτριβον, αἳ τῆς Ἰταλίας εἰσί. Eadem leguntur in editione eorundem scholiorum Ruhnkeniana (Lugd. Bat. 1800. 8.) p. 219. *Olympiodorus* ad h. l. in scholiis Mss. Σικελικὸς, inquit, οἷον Ἐμ-

Quin ipse hanc sibi patriam esse indicat initio carminis, quod *Καθαρμοὺς* inscripsit [20]).

Sed de patre controuersia est. Nam *Satyrus* quidem *ἐν τοῖς βίοις* [21]) philosophi patrem ait Exaenetum fuisse. Unde satis patet, in *Suida* l. l. pro *Ξενέτου* legendum esse *Ἐξαινέτου*. *Telauges*, Pythagorae filius, in epistola ad Philolaum, patrem Empedoclis auctor est fuisse Archinomum. *Suidas*, qui tamen commemorat reliquas diuersitates narrandi, Empedoclem facit Metonis filium. Quam quidem veram sententiam esse arbitror. Etiamsi enim quis Telaugis auctoritatem, quippe Pythagorae filii atque adeo aequalis Empedocli, per se praeferendam reliquis existimare recte possit: tamen ei parum ponderis hic tribuendum esse quilibet intelliget, qui legerit, *Neanthem* [22]) non fide dignam putasse illam Telaugis epistolam [23]), et Metonem a plerisque

πεδοκλῆς. Πυθαγόρειος γὰρ ἦν οὗτος. ὑπῆρχε δὲ Ἀκραγαντῖνος· Ἀκράγας δὲ, τῆς Σικελίας.

20) v. *Diog. Laert.* 8, 54.

21) ap. *Diog. Laert.* 8, 53. et *Eudociam* p. 169. De nomine *Ἐξαίνετος* v. *Menag.* ad *Diog.* l. l. et 2, 115.

22) ap. *Diog. Laert.* 8, 55.

23) *Diog. Laert.* 8, 43. *σύγγραμμα δὲ φέρεται τοῦ Τηλαυγοῦς οὐδέν.* Ergo etiam illa epistola fuisse supposititia censenda est, quamuis antiquum putet eius auctorem *Dodwellus* de aetate Pythagorae p. 222.

dici patrem Empedoclis, vt ab *Hippoboto* [24]), *Timaeo* *), *Apollodoro* grammatico [25]), *Plutarcho* [26]), *Justino Martyre* [27]), et *Eusebio* [28]). Solus *Tzetzes* [29]) eum vocat Melitonem. Quo fortasse spectat glossa *Suidae*: *Μελίτωνος*, cui nullum glossema additum legitur. Sed de hac *Tzetzae* traditione quid statuendum sit, non opus est vt iis demonstretur, qui leuitatem eius atque temeritatem in rebus antiquis ipsi perspexerunt. Metonis pater, atque adeo auus Empedoclis nostri, fuit Empedocles [30]). Fratrem nostro fuisse Callicratidem, *Phauorinus* [31]) et *Suidas* l. l. referunt. Sed Exaenetus, quem *Satyrus* l. l. vocat Empedoclis filium, fuit haud dubie filius Empedoclis aui, frater Metonis, vt recte statuit *Corsinus* [32]). Hic

24) ap. *Diog. Laert.* 8, 51. et *Eudoc.* l. l.

*) ap. *Eudociam* l. l.

25) ap. *Diog. Laert.* 8, 52.

26) de placitis philosophorum 1, 3.

27) Cohortat. ad Graecos p. 5. B. ed. Colon. 1688. f.

28) Praeparat. euangel. 14, 14. p. 479. ed. Colon. 1688. f. Etiam ab *Arsenio* in libro illo: *ἀποφθέγματα φιλοσόφων καὶ στρατηγῶν* etc. de quo v. infra §. 4. not. 4. et *Fabric.* B. G. Vol. I. p. 744. ed. *Harles.*

29) Chill. 2, 901, et 4, 526.

30) Ita tradunt *Timaeus, Hermippus* et *Heraclides* ap. *Diog. Laert.* 8, 51. et *Eudoc.* l. l. De more nominandi nepotem nomine aui, cf. quae dixi in prolusione quarta de nominibus Graecorum.

31) ap. *Diog. Laert.* 8, 53.

32) in fastis Atticis T. III. p. 157.

Exaenetus non confundendus est cum illo Exaeneto, qui et ipse fuit Agrigentinus, victorque Olymp. XCII. [33]) quanquam si quis eum ad Empedoclis familiam referre velit, cum eo ego non pugnem.

§. 2.

Quo tempore vixerit Empedocles philosophus, obscurum esse non potest. Anaxagoram priorem aetate fuisse quam Empedoclem, neque hunc ante Pythagoram, dicit *Alexander Aphrodisiensis* [1]). Vna cum Pythagora sene nostrum vixisse ait *Iamblichus* [2]), ante Hippocratem *Suidas* [3]), Parmenidi aequalem faciunt *Simplicius* [4]), *Eusebius* [5]), Chronici Paschalis auctor [6]) et *Syncellus* [7]), Democrito idem *Syncellus* [8]), Artaxerxi Longimano, Sophocli, Hera-

33) v. *Diodor. Sicul.* 13. 82. infra §. 7. not. 55.

1) ad *Aristot.* metaphys. p. 12. et 21. Sic Empedocles a *Simplicio* ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b. dicitur *οὐ πολὺ κατόπιν τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονώς.*

2) in vita Pythagorae §. 104.

3) in v. *Ἄπρων*, cuius verba si cum loco *Plutarchi* de Is. et Osir. c 79. comparaueris, Empedoclis aetas incidit in id tempus, quo magna illa pestis, quam Thucydides descripsit, Athenas inuasit.

4) ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b.

5) in Chronico p. 54. 169.

6) p. 163. B. (in *Scaligeri* thes. tempp. p. 248.)

7) p. 254. C.

8) p. 253. D.

clito, Anaxagorae, Pythagorae, Thucydidi, Euripidi et Herodoto *Michael Glycas* 9) et *Eudocia* †), Zenoni Eleatae et Melito, Socratis accusatori, *Suidas* 10), Menenio Agrippae et M. Horatio Puluillo consulibus, anno fere quarto post Xerxen a Themistocle victum, *Gellius* 11), Telaugi *Theodoretus* 12). His collectis et inter se comparatis facile apparet, Empedoclem vixisse et floruisse circa Olymp. LXXXIV. quod diserte dicit *Diogenes Laer-*

9) in annalibus T. II. p. 202. B.

†) in libro supra laudato p. 367.

10) in v. *Μέλιτος*.

11) Noctt. Att. 17, 21. De hoc *Gellii* loco recte ita disseruit *Bonamy* p. 56. sq. vt ostenderet, non accurate, sed tantum praeterpropter voluisse *Gellium* tempora describere. Verba enim sunt haec: „Xerxes rex ab Atheniensibus et „pleraque Graecia, Themistocle duce, nauali proelio, quod „ad Salamina factum est, victus fugatusque est.“ np. Olympiad. LXXV, 1. A. V. 275. „Atque inde anno fere quarto, „Menenio Agrippa M. Horatio Puluillo consulibus, bello „Veiente apud fluuium Cremeram, ab his sex trecenti patricii Fabii cum familiis suis, vniuersi ab hostibus circumuenti perierunt.“ np. Olymp. LXXVI, 1. A. V. 277. „Iuxta ea tempora Empedocles Agrigentinus in philosophiae naturalis studio floruit. Romae autem per eas tempestates „decemuiros legibus scribundis creatos constitit.“ Haec decemuirorum istorum creatio incidit in Olymp. LXXXII, 3. A. V. 304. Quae vltima temporum designatio parum differt a *Diogenis Laertii* ratione.

12) de Graec. affect. curatione diss. 2. Vol. IV. p. 753. ed. *Schulz*.

tius [13]), etiam *Olympiodorus* *), ni fallor: quanquam annus, quo natus sit, certo definiri non potest. *Simsonus* [14]) ponit Empedoclem Olymp. 84, 1. A. M. 3561. ante Christum natum 442, A. V. C. 310. Artaxerxis Longimani anno 21. Eandem rationem *Saxius* [15]) sequitur. Sed cum neuter quicquam dixerit de anno eius natali, *Dodwellus* [16]) autem rationes praeclare subduxerit, non poenitebit huc transscripta eius verba legisse: „Erant, qui anno 75 de„functum traderent (Empedoclem) [17]), erant „qui 109. [18]) *Aristoteles* [19]) anno 60 illum de-

13) 8. 74. et Anonymus in *Scaligeri* thesauro temporum p. 320. Hac ipsa Olympiade videtur Thurii fuisse. *Glaucus* enim apud *Diog. Laert.* 8. 52. εἰς Θουρίους αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐπτισμένους ἐλθεῖν φησιν. Thurium autem Olymp. 83. 3. conditum esse auctor est *Diodorus Siculus* 12. 9. Cf. *Bauamy* p. 68. *Glaucus* id haud dubie narrauit in libro περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ μουσικῶν, quem laudat *Plutarchus* de musica T. II. p. 1132.

*) v. §. 4. extr.

14) in chronico p. 752. sq.

15) in onomastico literario T. I. p. 39.

16) de aetate Pythagorae p. 219. sqq.

17) Hic videtur minus diligenter versatus esse *Dodwellus*. Nam *Diog. Laert.* 8. 73. e *Phauorino* refert, Empedoclem mortuum esse ἐτῶν ἑ' καὶ ό.

18) Ita narratur a *Diog. Laert.* 8. 74. et *Eudocia* p. 170. Sed parum verisimile est, οὐ φαίνεται; vt idem *Diogenes* dicit §. 52. Videtur potius illa ratio ad Gorgiam pertinere. Quod patere puto e §. 58.

19) ap. *Diog. Laert.* 8. 52. et 74.

„fecisse scripsit, cui ego prae coaeuis omnibus „in rebus facti fidendum arbitror, propter bi„bliothecam quam primus legitur habuisse pri„uatam. Egerit ergo post cladem Athenien„sium Siculam [20]) annum 60. quousque perti„git aetas militaris. Annus post cladem illam „proximus, Olymp. $\frac{81}{3/2}$. $\frac{4}{1}$. idem Varronianus „erat 342. Detrahantur 60. natalisque eius „ad annum Varronianum 282 referendus erit, „qui erat Olymp. $\frac{74}{7/7}$. $\frac{4}{1}$. Sic annum egerit, cum „colonia Thurios deduceretur (quod anno fa„ctum Varroniano 311. Olymp. 84. $\frac{1}{2}$.) vnde„trigesimum. Non admodum incommode. „Ita enim cum, pro nostro calculo, decederet „Pythagoras philosophus anno Varroniano 283. „Olymp. 77, $\frac{1}{2}$. annum duntaxat vnicum ege„rit Empedocles. — Sic recte fuerit Empedo„cles coaeuus Zenoni Eleati, vtpote sub Par„menide condiscipulus. — Annum egit Par„menides, cum Athenis esset, sociumque ha„beret Zenonem Eleatem, sexagesimum quin„tum, Zeno autem ipse fere quadragesimum,

20) Hanc potissimum caussam *Dodwellus* commemorat, quia Empedocles in Peloponnesum secessisse legitur ap. *Diog.* 8. 67. quod sane consentaneum erat, inquit *Dodwellus*, si partium fuerit Atheniensibus aduersarum. Sed *Apollodorus* ap. *Diog.* 8. 52. ob temporum rationem omnino negat, Empedoclem Syracusanorum aduersus Athenienses bello interfuisse.

„teste in Parmenide *Platone* [21]). Esto de pri„mo Olympiadis anno intelligatur *Laertius* 9, „23. Ita annus Parmenidis 65. conueniet „Olymp. 85, 2. Proinde Olymp. 75, 2. natalis „erit Zenonis, qui fuerit proinde sexennio „maior condiscipulo Empedocle." Hactenus *Dodwellus*, cuius reliqua quoque disputatio diligenter legenda et ponderanda est. Nolui enim exscribere omnia, quanquam egregie mihi Dodwellianam rationem placere ac paene satis facere non diffiteor. Reliquorum recentioris aetatis chronologorum opiniones cognoscere facile poterit, qui volet [22]). Quare lectores recte iam possem ad alia vitae Empedoolis momenta perducere, nisi antea commemoranda esset monstrosa duorum scriptorum Arabum traditio. Scilicet *Gregorius Abul-Pharajius* [23]) scripsit haec: „Anno vigesimo octauo regni „Dauidis condita est vrbs Ephesus, nec non

21) T. III. p. 127. B.

22) v. c. *Caluisius* in opere chronologico p. 246. Empedoclis aetatem refert *Eusebii* in chronico rationem secutus, in Olymp. LXXX. siue in annum ante C. N. 455. *du Fresnoy* in chronolog. Tafel berühmter Gelehrten p. 270. ed. *Baumgarten*, Hal. 1752. 8. in annum ante C. N. 473. *Joecherus* in Gelehrten-Lexico vt *Bonamy* p. 56. et 70. natum eum dicit Olymp. 73. mortuum Olymp. 88, 1. etc. Cf. *Brucker.* l. l. T. I. p. 1129. et 1144. vbi *Dodwelli* rationem sequitur, et *Harles.* ad *Fabric.* B. G. Vol. I. p. 807.

23) in hist. dynastiarum p. 33. ed. *Pocock.* Oxon. 1663. 4.

„vrbs Samos. Eius tempore fuit Empedocles „Sapiens, vna e quinque columnis (philoso„phiae); Illum autumo, Pythagoram, Socra„tem, Platonem, et Aristotelem. Ille primus „attributa ab essentia creatoris altissimi semo„vit, dicens, Essentia est existentia eius, et „existentia eius essentia: vita autem et sapien„tia eius duae sunt notiones, quae non neces„sario inferunt contrarietatem in essentia. Scri„psit ille librum ad refutandum resurrectio„nem spiritualem, multo magis corporalem. — „Asserunt Islamitarum nonnulli, primum, qui „a sapientia denominatus sit, fuisse Locman„num, qui tempore Dauidis claruit, et ab illo „accepisse Empedoclem.“ Alter est scriptor ignobilis, de quo Cel. *Jac. Morellius* in epistola humanissime ad me data (1792.) sic scripsit: In opere inscripto: Catalogo de' Codici Manoscritti Orientali della Biblioteca Naniana, compilato dall' Abate *Simone Assemani*, impresso in Padova, 1787. 4. pag. 45. nullo facto indicio de aetate codicis vel scriptoris, Assemanus opus refert, cui titulus *Compendio storico degli Haramisiti di Al Hakim Hainan ebn Isaak Al-Obadi*, in quo philosophorum quorundam notitia est; atque ex eodem haec de Empedocle Latine profert interpretata p. 58: „Empedocles „tempore Dauidis floruit, et a Locmano sa„piente philosophiam in Syria accepit. In pa„triam reuersus, de creatione mundi et de aliis

„rebus locutus est et scripsit. At eius doctri„na a pluribus arguitur. Empedoclis libros „inueni inter eos, quos Alscek Al Jateh Naser „ben Ibrahim Hierosolymitanus domui sanctae „in legatum reliquit, illosque attente legi, nec „vllum errorem animaduerti. Empedocles ha„buit suo tempore asseclas; nouissime vero „inter Mosleminos, qui ipsius doctrinam am„plexi sunt, adnumerantur praecipue Moha„med ben Abdollah Algiabals Albatni ex Car„taba, et Abu Al Hezil Mohamed ben Al Hezil „e Bassora.“ Haec commemorasse, est refutasse.

§. 3.

Progrediendum potius est ad institutionem et magistros, quibus vsus Empedocles ad gloriae fastigium tam excelsum enisus est, vt, quamuis scholam aperuisse nusquam legatur [1]),

1) *Baco* noui organi 1, 71. „Antiquiores illi ex Graecis, „Empedocles, Anaxagoras, Leucippus, Democritus, Parme„nides, Heraclitus, Xenophanes, Philolaus, reliqui — scho„las, quod nouimus, non aperuerunt: sed maiora silentio, „et seuerius, et simplicius, i. e. minore cum affectatione et „ostentatione, ad inquisitionem veritatis se contulerunt. Ita„que et melius, vt arbitramur, se gesserunt; nisi quod ope„ra eorum a leuioribus istis, qui vulgari captui et affectui „magis respondent ac placent, tractu temporis extincta sint: „tempore, vt fluuio, leuiora et magis inflata ad nos deue„hente, grauiora et solida mergente.“ Videantur quidem huic *Baconis* sententiae, quam eandem meam facio, opponi

tamen omnibus saeculis iudicaretur summa laude dignissimus. Pythagoricam quidem disciplinam eum secutum esse consentiunt scriptores, vt *Athenaeus* [2]); *Gellius* [3]), *Hiero-*

posse verba auctoris libri Cosri 4, 25. p. 315. sq. ed. *Buxtorf.* Bas. 1660. 4. quae quo facilius legi possent, punctis vocalibus instruxi: הַתְחָלָתָם כֻּלָּם לֹא יִסְבּוֹל אוֹתָם שֶׂכֶל וְלֹא יִכְנְסוּ תַּחַת הַקְשָׁה׃ וְעוֹד כִּי אֵין בֵּין שְׁנַיִם מֵהֶם הַסְכָּמָה אֶלָּא הַמַּקַּבְּלִים מֵהֶם שֶׁסּוֹמְכִים עַל רַב אֶחָד אִם אַבְּנַדְקְלִים וְאִם פִּיתָאגוֹרָשׁ אוֹ (נקליס אבד pro ita enim legendum) אֲרִסְטוֹ אוֹ אֶפְּלָטוֹן וְזוּלָתָם הַרְבֵּה אֵין אֶחָד מֵהֶם מַסְכִּים עִם חֲבֵירוֹ׃ כִּמְעַט שֶׁאֵין הַסְכָּמָה בֵּין שְׁנֵי et 5, 14. p. 358. אִישִׁים בְּמָה שֶׁיִּתְחַלְּפוּ אַחַר זֶה מֵהַדַּעוֹת בְּמָה שֶׁאַחַר הַמֶּבַע גַּם בְּהַרְבֵּה מֵהַמֶּבַע וְאִם נִמְצָא כַּת אַחַת מְסַכֶּמֶת עַל דַּעַת אַחַת הִנֵּה אֵין זֶה לַחֲקִירָה וְתוֹלְדָה שֶׁעִמְדָה עֲלֵיהֶם דַּעְתָּם אֲבָל שֶׁהֵם סִיעַת א׳ מֵהַמְדַבְּרִים קִבְּלוּ מִמֶּנּוּ כְּסִיעַת פִּיתָאגוֹרָשׁ וְסִיעַת אַבְּנַדְקְלִי׳ וְסִיעַת אִפּוֹקְרָאט וְסִיעַת אֲרִסְטוֹ וְסִיעַת אֶפְּלָטוֹן Sed fortassis haec סִיעַת אַבְּנַדְקְלִים h. e. secta siue schola Empedoclis, nata est e formula Graeca, *οἱ περὶ* s. *οἱ ἀμφὶ Ἐμπεδοκλέα*, h. e. Empedöcles, quam in scriptore aliquo antiquo inuenerat et minus recte intellexerat scriptor iste, quisquis fuerit, Orientalis. Sic *Simplicius* ad *Aristot.* de coelo 2, p. 126. b. *τετάρτων (μνημονεύει Ἀριστοτέλης) τῶν περὶ Ἐμπεδοκλῆ.* *Johannes Philoponus* ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 1, p. 29. a. *οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ περὶ Ἐμπεδοκλέα.* Et ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1. C, 5. *οἵ τε περὶ τὸν Δημόκριτον καὶ Ἐμπεδοκλέα.* Vnde in latina versione *Themistii* in *Aristot.* de coelo 3, 7. fol. 52. a. „Empedoclis sequaces."

2) lib. 1. p. 3. E. de quo loco mox plura dicentur.

3) Noctt. Att. 4, 11.

cles [4]), *Chalcidius* [5]), *Syrianus* [6]), *Iohannes Philoponus* [7]), *Philostratus* [8]), *Cedrenus* [9]), *Suidas* [10]), *Horatii Scholiastes* [11]) et interpres Cruquianus [12]). Neque enim vllo modo audiendus est *Iohannes Chrysostomus* [13]), qui Empedoclem videtur facere Pythagorae magistrum. Sed quem potissimum ducem sit secutus, non eadem omnium sententia est. *Timaeus* [14]), *Alcidamas* [15]), *Eudocia* †), *Tzetzes* [16]), *Scholiastes Hermogenis* [17]), et *Pseudo-Origenes* [18]) ipsius

4) ad aurea carmina p. 186. ed. *Needham*, Cantabr. 1709. 8.

5) ad Timaeum p. 286.

6) ad *Aristot.* metaphys. 2, p. 8. b. et p. 32. b.

7) ad *Aristot.* de anima lib. 1. plag. D. 16. (p. 32. b.)

8) vit. Apollon. 1, 1. p. 2. ed. *Olear.*

9) T. I. p. 157.

10) in v. *Ἀθήναιος.*

11) ad epistt. 1, 12, 20. „Empedocles Agrigentinus mul„ta, quae ad Pythagoricam sectam pertinent, metro et ver„sibus tradidit."

12) ad A. P. p. 638.

13) homil. 2. in Ioh. cap. 2. T. VIII. p. 10. ed. *Montf.* *Πυθαγόρας — ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τι τῶν χρησίμων, ἐπαίδευσεν, ὅτι ἴσον ἦν κυάμους φαγεῖν καὶ τὰς τῶν γεννησαμένων κεφαλάς· καὶ τοὺς συνόντας ἔπεισεν, ὅτι δὴ ἡ τοῦ διδασκάλου ψυχὴ, ποτὲ μὲν θάμνος ἐγίνετο, ποτὲ δὲ κόρη, ποτὲ δὲ ἰχθύς.*

14) ap. *Diog. Laert.* 8, 54.

15) ibid. §. 56. Cf. ipse *Diogenes* §. 50.

†) p. 169.

16) Chill. 2, 902. Cf. not. 40.

17) p. 383.

18) in philosophumenis c. 3.

Pythagorae discipulum eum fuisse referunt. Quae relatio nititur haud dubie illa traditione, quae reperitur apud *Athenaeum* [19]), *Philostratum* [20]), *Eustathium* [21]), *Suidam* [22]) atque *Cedrenum* [23]). Scilicet dicitur Olympia equis vicisse, et, cum carnibus animalium, vt plerique Pythagorei [24]), abstineret, illius victoriae causa bouem e myrrha et ture aliisque pretiosissimis aromatibus fictum *) populo distribuisse: quales simulatas victimas in Aegypto a pauperibus oblatas fuisse *Herodotus* [25]) auctor est. Ab Aegyptiis videtur haec ratio per Py-

19) lib. 1. p. 3. E. *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, ἵπποις Ὀλύμπια νικήσας, Πυθαγορικὸς ὤν, καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀρωμάτων βοῦν ἀναπλάσας, διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασιν.*

20) vit. Apollon. 1, 1. p. 2. *ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς, ὃν λέγεται κέμμα ποιησάμενος θῦσαι, τὰ Πυθαγόρου ἐπαινοῦντος εἴη ἄν.*

21) ad Odyss. γ. p. 1454. 20. ed. Rom.

22) in v. *Ἐμπεδοκλῆς* et *Ἀθήναιος*. In priori loco refert verba *Philostrati*, in altero verba *Athenaei*.

23) T. I. p. 157. Leguntur ibi non nisi haec: *καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς*. Sed mutila ista facile possunt restitui e *Philostrati* loco not. 20. allato, e quo hausit sua *Cedrenus*.

24) de quo eorum more v. *Dodwell.* de aetate Phalaridis et Pythagorae, Lond. 1704. 8. p. 141 — 145.

*) An recte inde Empedocles malthae e farina factae inventor vocari possit cum *Wieglebio* (Hist. Chemiae temporum antiquiorum p. 78.), valde videtur esse dubium.

25) 2, 47. Cf. paulo post not. **

thagoram peruenisse ad Graecos [26]). Idonei vero auctores referunt narrationem illam, quamuis consentientem cum philosophi carminibus, vt infra patebit, ad Empedoclem philosophi auum, quem *Timaeus* et *Hermippus* [27]) ἐπίσημον ἄνδρα vocant, *Heraclides* equos aluisse ait, et *Aristotelem* secutus *Eratosthenes* Olymp. 71. [28]) vicisse. *Satyrus* [29]) addit, eum filium fuisse Exaeneti, et ipsum habuisse filium Exaenetum, quicum vna vicerit eadem Olympiade, ipse quidem equo celete, filius lucta, vel secundum *Heraclidem* cursu. *Phauorinus* denique refert, bouem illum e melle et farina fuisse confictum. Vt autem temporum quemque ratio docet, Olympiade 71. nostrum Empedoclem nondum natum fuisse, atque adeo in his recte eius auum intelligi [30]): ita illa ipsa bouis conficti oblatio **) eum Pythagoricum philosophum fuisse luculenter ostendit, qui sane potuit adolescens audiuisse Pythagoram senem.

26) v. *Lomeieri* Epimenides p. 231.

27) ap. *Diog. Laert.* 8, 51. Cf. §. 52. et *Bonamy* p. 55.

28) *Menagius* legendum putat τὴν πρώτην καὶ ἑξηκοστήν.

29) ap. *Diog. Laert.* 8, 63. et apud *Eudoclam* p. 169. Cf. supra §. 1.

30) Cf. *Corsin.* fastt. Att. T. III. p. 137. et *Dodwellus* in libro laudato p. 220.

**) quanquam proprie ab Aegyptiis profecta. v. *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 50.

Ita ex nominum vtriusque conuenientia atque ταυτότητι facile orta est confusio, vt nepoti tribuerentur, quae de auo essent praedicanda. Caeterum *Phauorini* narratio vix fide videtur digna esse. Cum enim magnas opes possideret Empedocles, vix credibile est, eum non nisi melle et farina vsum esse ad effingendum bouem: quippe quod erat hominum tenuiorum. Nisi forte hoc ab eo ideo factum esse dicamus, quia Pythagoras ipse quoque ex farina bouem immolauit.

Iam videamus reliquos, qui feruntur Empedoclis magistri. Et primum quidem eum audiuisse Parmenidem, narrant *Theophrastus* [31]), *Simplicius* [32]), atque *Suidas* [33]), qui e *Porphyrio* addit, eundem nostrum fuisse Parmenidis amasium. *Alcidamas* [34]) tradit, Zenonem (Eleatem) et Empedoclem eodem tem-

31) *Diog. Laert.* 8, 55. et *Eudocia* p. 169. ὁ Θεόφραστος Παρμενίδου φησὶ ζηλωτὴν αὐτὸν γενέσθαι, καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐν ἔπεσι τὸν περὶ φύσεως λόγον ἐξενεγκεῖν. *Eudocia* addit haec: ὕστερον δὲ τοῖς Πυθαγορικοῖς ἐντυχεῖν.

32) ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b. Παρμενίδου πλησιαστὴς καὶ ζηλωτὴς, καὶ ἔτι μᾶλλον Πυθαγορείων.

33) in v. Ἐμπεδοκλῆς. Cf. in v. Παρμενίδης, et *Eudocia* p. 360. vbi Parmenidis διάδοχος dicitur. Empedoclem fuisse Parmenidis discipulum, ex temporum ratione confici conatur *Bonamy* p. 57. Contra vero eadem ratione motus negat *Vossius* de poetis Graecis c. 6. Cf. §. 4. extr.

34) ap. *Diog. Laert.* 8, 56.

pore operam Parmenidi dedisse, deinde eo relicto, Zenonem sine magistro philosophiae studuisse, Empedoclem vero Anaxagora atque Pythagora [35]) ducibus. Ad Parmenidem quidam [36]) referunt hos Empedoclis versus:

ἦν δέ τις ἐν πείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδὼς,
ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,

quos alii [37]) ad Pythagoram aiunt pertinere. Secundum *Hermippum* [38]) Empedocles non Parmenidis, sed Xenophanis fuit auditor, et seribribus demum temporibus ad Pythagoricos transiit. Nonnulli [39]) dicebant, eum discipulum fuisse Telaugis, Pythagorae filii, quam traditionem sequitur *Theodoretus* [40]). Et *Hip-*

35) Pythagoram iuniorem intelligit *Dodwellus* l. l. pag. 220. quem dicit mortuum esse Olymp. $\frac{81}{3}$. $\frac{4}{4}$. anno Varroniano 302. anno Empedoclis 20. Anaxagorae discipulum fuisse Empedoclem, ex eo colligit *Fazellus* de rebus Sicul. decad. 1. lib. 6. c. 1. p. 134. quod eius de rerum natura placita magnam partem cum Anaxagorae decretis consentiant.

36) ap. *Diog. Laert.* 8, 54.

37) vt *Porphyrius* in vita Pythagorae §. 30. et *Iamblichus* in vita eiusdem §. 67.

38) ap. *Diog. Laert.* 8, 56.

39) ap. *Suidam* in v. Ἐμπεδοκλῆς. Cf. not. 41.

40) de Graec. affect. curatione diss. 2. Vol. IV. p. 733. item *Tzetzes* chill. 2, 902. et *Vossius* l. l.

pobotus [41]) quidem ab Empedocle sic appellatum esse putabat Telaugen:

Τηλαυγὲς [42]), πλυτὲ κοῦρε Θέανοῦς Πυθαγόρεώ τε.

In illa epistola, quam supra diximus sub Telaugis nomine circumferri, vocatur Empedocles Hippasi et Brontini discipulus [43]). *Suidas* [44]) denique manifestum esse dicit, Archytam Tarentinum fuisse magistrum Empedoclis. Quaenam igitur ex his vera sunt, quae falsa? Mihi sic videbatur: Verisimile est, Empedoclem et alios philosophos, in his Xenophanem, et vero maxime Pythagoreorum nonnullos, Parmenidis exemplo [45]), audiuisse, neque igitur Pythagorae auditorem, sed sectatorem, non genuinum Pythagoreum fuisse, sed ex eo genere, quod Pythagoristarum vocant [46]).

41) ap. *Diog. Laert.* 8, 43.

42) Ita lego cum *Bentleio* in opusculis p. 188. ed. Lips. 1781. 8. pro *Τηλαυγεῖ*.

43) v. *Diog. Laert.* 8, 55. Brontinus iste fuit Pythagoricae Theanus pater. v. *Diog. Laert.* 8, 42. collatis tamen *Menagii* notis.

44) in v. *Ἀρχύτας*, vbi *Iamblichum* in *Nicomachi* arithmeticam p. 6. secutus dicitur ab *Ioh. Andr. Schmidtio* diss. de Archyta Tarentino, Jen. 1683. 4. plag. B, 2. sed perperam. Non enim ipse *Iamblichus*, sed *Tennulius* in notis p. 80. cum *Suida* consentit, vt *Vossius* de philosophia 11, 15.

45) v. *Diog. Laert.* 9, 21.

46) *Schol. Theocrit.* 14, 5. *οἱ μὲν αὐτῷ συγγενόμενοι τῷ Πυθαγόρᾳ ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τούτων μα-*

Quod quidem non temere a me dictum esse, videtur ex eo quoque elucere, quod a *Syriano* [47]) et Pythagoricus et Orphicus vocatur, cuius rei exempla etiam infra occurrent attento lectori.

His vero non contentus doctoribus Empedocles peregrinationes quoque ad augendam rerum optimarum scientiam suscepisse, inprimisque cum magis conuersatus esse legitur [48]), vt ante eius tempora Pythagoras [49]). Etiam Athenis eum versatum esse patet ex *Apuleio* [50]) et *Suida* [51]). Cf. §. 4. extr. Denique praeter hos viuos magistros multa quoque debuit Homericorum carminum lectioni assiduae ac dili-

ζηταὶ Πυθαγόρειοι· οἱ δὲ ἄλλως ἔξω ζητηταὶ, Πυθαγορισταί. Eadem habent *Suidas* in v. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος et *Eudocia* p. 368. Alii tamen statuunt aliter. v. *Tiedemanni* Griechenlands erste Philosophen p. 271. sqq. Diu his scriptis vidi, dudum in mea sententia fuisse auctorem Theologumenon arithmet. p. 8. qui, ἐοίκασι, inquit, κατηκολουθηκέναι τοῖς Πυθαγορίοις οἱ περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Παρμενίδην.

47) locis not. 6. laudatis

48) v. *Plin.* H. N. 30, 1. et *Philostrat.* 1, 2. p. 3. e quo sua hauserunt *Eusebius* contra Hieroclem p. 510. et *Suidas* in v. Ἀπολλώνιος Τυανεύς.

49) v. *Diog. Laert.* 8, 3.

50) Florid. p. 363. ed. *Elmenhorst.*

51) in v. Ἄπρων. Cf. *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 79. De peregrinatione Thurium suscepta v. §. 2. not. 13.

genti, quod ostenderunt *Heraclides Ponticus* [52]) et auctor vitae Homeri [53]).

§. 4.

His tot ac talibus ducibus quantum profecerit Empedocles, praesertim ingenio non contemnendo adiutus [1]), per se iam, etiamsi ne vnum quidem antiquitatis testimonium exstaret, intelligi facile posset. Iam ingenium ei haud vulgare fuisse, demonstrant apophthegmata ei tributa, qualia haec sunt: Cum luxu deliciisque diffluerent Agrigentini, dixisse fertur: *Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν, ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι· οἰκίας δὲ κατασκευάζονται, ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι* [2]). Cum

52) in allegoriis Homeri p. 443. 475. et 494. in *Galei* Opusculis mythologicis, physicis et ethicis. Cf. *Scholiast.* ad Il. σ, 473. p. 428. sq. ed. *Villoison.*

53) in eodem *Galei* libro p. 327.

1) Licet enim ob temperamentum s. crasin melancholicam rideat Empedoclem *Lucianus* in dialogis mortuor. T. I. p. 305. ed. *Graev.* tamen eam omnino in viris magnis et ingenio claris reperiri ostendit *Aristoteles* probl. 30, 1. *Ἐμπεδοκλῆς καὶ Πλάτων καὶ Σωκράτης, καὶ ἕτεροι συχνοὶ τῶν γνωρίμων, ἔτι δὲ τῶν περὶ τὴν ποίησιν οἱ πλεῖστοι φαίνονται μελαγχολικοί. πολλοῖς μὲν γὰρ τῶν τοιούτων γίνονται νοσήματα ἀπὸ τῆς τοιαύτης κράσεως τῷ σώματι. τοῖς δὲ ἡ φύσις δήλη ῥέπουσα πρὸς τὰ πάθη. πάντες δ' οὖν (ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς) εἰσὶ, καθάπερ ἐλέχθη, τοιοῦτοι τὴν φύσιν.*

2) v. *Diog. Laert.* 8, 63. *Arsenii* violarium, quod extat

interrogatus esset, cur valde indignaretur male audiens, ὅτι, inquit, οὐδὲ ἐπαινούμενος αἰσθήσομαι, εἰ μὴ κακῶς ἀκούων ἀχθήσομαι [3]). Cum Xenophanes negasset, se quenquam sapientem inuenire posse, respondit: εἰκότως· σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἐπιγνωσόμενον τὸν σοφόν [4]). Sic *Scholiastes in Platonem* *) dicit, eum esse auctorem prouerbii: δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. Qua de re infra pluribus agere animus est. Ipsius autem doctrinae, qua ornatus fuerit Empedocles, praeter ea, quae infra ex operum eius reliquiis afferre con-

MS. in bibliotheca Laurentiana Plut. IV. Cod. XXVI. p. 128. a tergo, vbi iisdem, quibus a *Laertio*, verbis refertur. *Aelianus* V. H. 12, 29. qui hoc dictum Platoni tribuit, refert paulo aliter.

3) v. *S. Maximus Confessor* T. II. opp. p. 581. *Arsenius* l. l. et Scriptores aliquot gnomici, ap. *Froben.* Basil. 1521. 8. p. 177.

4) Sic tradit *Diog. Laert.* 9, 20. Sed *Maximus Confessor* T. II. opp. p. 585. *Antonius Melissa* in locis communibus 1, 50. *Arsenius* l. l. et in libro sine vlla nota edito octonis, et sic inscripto: *Praeclara dicta philosophorum, imperatorum, oratorumque et poetarum, ab Arsenio Archiepiscopo Monembasiae collecta*, quem Cel. *Morellius* Romae circa annum 1518 impressum coniiciebat, qui etiam duo illa, quae paulo ante attuli, Empedoclis dicta habet, et Frobeniana gnomicorum scriptorum collectio l. l. ita laudant responsum Empedoclis: κατὰ λόγον· τὸν γὰρ ζητοῦντα σοφὸν, αὐτὸν πρότερον εἶναι δεῖ σοφόν.

*) in *Siebenkeesii* anecdot. graec. p. 33.

stitui, documenta exstant non pauca. Nam a *Sexto* quidem *Empirico* [5]), *Plutarcho* [6]), *Vitruuio* [7]), *Proclo* [8]) et *Suida* [9]) vocatur ὁ φιλόσοφος, a *Tzetza* φιλόσοφος ὁ μέγας, a *Luciano* [11]) ὁ σοφὸς, ab *Abul-Pharajio* [12]) vna e quinque columnis philosophiae, a *Cicerone* [13]), *Athenaeo* [14]), *Dionysio Halicarnassensi* [15]), *Plutarcho* [16]), *Plinio* [17]), *Aeliano* [18]), *Eusebio* [19]), ipsoque *Aristotele* [20]) et aliis [21]) ὁ φυσικὸς, ab

5) adv. Mathematicos 1, 302.

6) adv. Colotem T. II. opp. p. 1108. B. ed. Wechel.

7) praef. ad librum VIII.

8) ad Timaeum 3, p. 175.

9) in v. *Παρμενίδης*.

10) Chill. 12, 575. Sic *Galenus* de causis procatarcticis c. 3. p. 355. D. ed. *Charter.* post Empedoclem commemorat multos ex minoribus philosophis.

11) in Icaromenippo T. II. p. 195.

12) Locum supra posui §. 2.

13) de orat. 1, 50.

14) in fine libri 8. et lib. 7. p. 334. B.

15) *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* c. 22. T. V. p. 150. ed. *Reisk.*

16) de curiositate T. II. p. 515. C.

17) H. N. 29, 1.

18) hist. animm. 16, 29.

19) praepar. euangel. 13, 13. p. 676.

20) saltem in libro de mundo c. 6. ita vocatur.

21) vt ab *Eustathio* ad Odyss. σ, p. 1838, 51. *Schol. Eurip.* Phoeniss. 18. *Alexandro Aphrodis.* ad *Aristot.* metaphys. p. 328. p. 98. et 383. *Simplicio* ad *Aristot.* de coelo 1, p. 71. Cf. *Gell.* 17, 21. *Maximus Confessor*, *Syncellus*, et

Eudocia φυσικὸς φιλόσοφος, ab eodem *Aristotele* [22]) ὁ φυσιολόγος, a *Galeno* [23]) et *Simplicio* [24]) ποιητὴς, a *Suida* [25]) et *Eudocia* ἐποποιός. Eius ποίησιν memorat *Theodoretus* [26]) et τὴν φιλόσοφον Ἐμπεδοκλέους ποιητικὴν *Clemens Alexandrinus* [27]). Aliqua circa rhetoricen primus mouisse dicitur a *Quintiliano* [28]) et *Sexto Empirico* [29]), h. e. rhetoricen inuenisse,

Chronicon Paschale locis laudatis, et *Clem. Alex.* stromm. 5, p. 599. B. *Iamblichus* vit. Pythag. §. 166. περὶ τῶν φυσικῶν ὅσοι τινὰ μνείαν πεποίηνται, πρῶτον Ἐμπεδοκλέα καὶ Παρμενίδην τὸν Ἐλεάτην προφερόμενοι τυγχάνουσιν.

22) poetic. 1. ethic. Eudem. 7, 1. Cf. *Simplic.* ad *Aristot.* de coelo 3, p. 145. b.

23) de Hippocratis et Platonis decretis lib. 2. extr. T. I. p. 264. ed. Bas.

24) ad *Aristot.* de coelo 2, p. 129. Cf. *Diog. Laert.* 9, 22.

25) in v. Ἐμπεδοκλῆς. Cf. §. 6. not. 101.

26) de curat. Graec. affect. diss. X. T. IV. p. 952.

27) stromm. 5, p. 607. B. Sic *Quintilianus* 1, 4, 4. Empedoclem ponit in eorum numero, qui praecepta sapientiae versibus tradiderunt; et *Plutarchus* de Pythiae oraculis c. 18. T. II. p. 402. E. πρότερον, inquit, ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Θαλῆς.

28) 3, 1, 8.

29) adv. Mathematt. 7, 5., Hae formulae: ῥητορικὴν κεκινηκέναι, et *aliqua circa rhetoricen mouisse*, comparari possunt cum verbis *Achillis Tatii* in introduct. in *Aratum* c. 31. extr. vbi Parmenides traditur primus περὶ τῶν ζώων κινῆσαι λόγον. item cum his *Plutarchi* consolat. ad

vt interpretatur *Diogenes Laertius* [30]), denique a *Suida* **) et *Eudocia* ***) videtur inter sophistas referri, qui Athenis versarentur. Verba sunt: *Ἄκρων, Ἀκραγαντῖνος, ἰατρός. — ἐσοφίστευσεν ἐν Ἀθήναις ἅμα Ἐμπεδοκλεῖ.*

Iam de philosophia Empedoclis physicaeque peritia dicendi locus infra potissimum erit, vbi de placitis eius disserere constitui. De eiusdem vero poesi non omnes idem sensisse hic monere visum est. *Lucretius* [31]) enim in-

Apollon. T. VII. ed. *Hutten.* p. 357. *ταῦτα δ' ἐπίνησαν οἱ ποιηταί.*

30) 8, 57. et 9, 25. Vtroque loco dicit, ut *Sextus* l. l. se hoc narrare *Aristotele* auctore, et *Turnebus* ad *Quintilian.* l. l. annotauit haec: „vt ait Aristoteles in fine elenchorum: *πρῶτος εὗρε τὴν ῥητορικήν.*" Sed hodie nihil eius rei legitur in Aristotele, et *Laertius* 8, 57. vt *Eudocia* p. 170. (Cf. p. 204.) non nisi haec habet: *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ σοφιστῇ φησι, πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικήν.* Cf. *Voss.* de rhetoricae natura c. 9.

**) in v. *Ἄκρων.*

***) p. 49.

31) 1, 717. sqq. Verba sunt:

Empedocles est,
Insula quem Triquetris terrarum gessit in oris, —
Quae cum magna modis multis miranda videtur
Gentibus humanis regio, visendaque fertur,
Rebus opima bonis, multa munita virûm vi:
Nil tamen hoc habuisse viro praeclarius in se,
Nec sanctum magis, et mirum, carumque videtur.
Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur, et exponunt praeclara reperta,
Vt vix humana videatur stirpe creatus.

signibus laudibus extollit Empedoclem ob egregium eius poema, vt a *Cicerone* [32]) et *Censorino* [33]) vocatur. Contra *Origenes* [34]) videtur facultatem eius poeticam minoris facere, vt *Aristoteles* [35]), idoneus alias harum rerum iu-

32) de orat. 1, 50.

33) de die natali 4. p. 19.

34) contra Cels. 7, p. 359.

35) poetic. 1. οὐδὲν κοινόν ἐστι Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον. διὸ ὃ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν· τὸν δὲ, φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν. Similia sunt, quae leguntur in Scholiis ad *Dionysii* τέχνην, ap. *Villoison.* anecdot. Graec. T. II. p. 172. ποιητὴς δὲ, ὁ τοῖς τέσσαρσι τούτοις κεκοσμημένος, μέτρῳ, μύθῳ, ἱστορίᾳ, καὶ ποιᾷ λέξει. καὶ πᾶν ποίημα, μὴ τούτων τεσσάρων μετέχον, οὐκ ἔστι ποίημα. ἀμέλει τὸν Ἐμπεδοκλέα, καὶ Τυρταῖον, καὶ τοὺς περὶ ἀστρολογίας εἰκόντας, οὐ καλοῦμεν ποιητὰς, εἰ καὶ μέτρῳ ἐχρήσαντο, διὰ τὸ μὴ χρήσασθαι αὐτοὺς τοῖς τῶν ποιητῶν χαρακτηριστικοῖς. Et ap. *Menandrum Rhetorem* de encomiis c. 5. p. 39. sq. ed. *Heeren*, Goetting. 1785. 8. Primo enim monet, ὅτι ἐλάχιστα μὲν τοῖς ἀσφαλεστέροις (h. e. *qui altiores spiritus ducunt*) τὸ εἶδος (np. hymnorum physicorum) ἁρμόττει, μάλιστα δὲ τοῖς ψυχροτέροις καὶ μεγαλονουστέροις. Ἔπειτα ὅτι ποιηταῖς μᾶλλον ἢ συγγραφεῦσιν καὶ λογογράφοις καὶ πολιτικοῖς ἁρμόττουσιν. Εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι, ὅταν Ἀπόλλωνος ὕμνον λέγοντες, ἥλιον αὐτὸν εἶναι φάσκωμεν, καὶ περὶ τοῦ ἡλίου τῆς φύσεως διαλεγώμεθα, καὶ περὶ Ἥρας ὅτι ἀὴρ, καὶ Ζεὺς ὅτι τὸ θερμόν. Οἱ δὴ τοιοῦτοι ὕμνοι φυσιολογικοί. Χρῶνται δὲ τοιούτῳ τρόπῳ Παρμενίδης τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀκριβῶς. — Αὐτῶν δὲ τῶν φυσικῶν οἱ μὲν ἐξηγηματικοὶ, οἱ δὲ ἐν βραχεῖ προαγόμενοι. — Παρμενίδης μὲν οὖν καὶ Ἐμπεδοκλῆς

dex, quem quodammodo, sed tantum ambigue, sequuntur *Plutarchus* [36]) et *Lactantius* [37]). Sed tamen non spernendum poetam fuisse nostrum, et *Hurdius* [38]) fatetur, et plurimi eius loci declarant, quos vel ab ipso *Aristotele* vel ab aliis seruatos infra collectos dabo. Neque leue argumentum fuerit, quod oraculorum sacerdotes carmina sua dicuntur non ipsi diuino spiritu afflati protulisse, sed συλῶντες ἐκ τῆς Ἐμπεδοκλέους ποιήσεως, auctore *Theodoreto* [39]). Nec obstare videtur meae sententiae, quod Empedocles ab *Aristotele* [40]) vocatur Ὁμηρικὸς,

ἐξηγοῦνται. Sic Empedocles a *Themistio* orat. 5. ad Iulianum p. 70. A. ed. *Harduin.* dicitur τοὺς θεσμοὺς ἐξηγεῖσθαι. Cf. paulo post not. 46.

36) de audiendis poetis T. II. p. 16. C. τὰ δ' Ἐμπεδοκλέους ἔπη καὶ Παρμενίδου, καὶ θηριακὰ Νικάνδρου, καὶ γνωμολογίαι Θεόγνιδος λόγοι (sermones) εἰσὶ πεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον, καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν.

37) 2, 12. „Empedocles, quem nescias vtrumne inter poetas, an inter philosophos numeres." Cf. *Vossius* de artis poeticae natura c. 2. §. 1. et 8. c. 3. §. 16.

38) commentar. ad *Horat.* art. poet. T. II. p. 7. sq. e versione Germanica a Cel. *Eschenburgio* facta, et edita Lips. 1772. 8. *Franc. Patricius* della Poetica la Deca istoriale, Ferrar. 1586. 4. per totum librum septimum id agit, vt Empedoclem ipsi Homero praeferendum esse demonstret. Quod mihi quidem non probatur.

39) in illo loco, quem not. 26. indicaui.

40) ap. *Diog. Laert.* 8, 57.

quodque, vt supra ostendimus, quaedam ex Homeri carminibus sua fecit. De quo certe non putauerim eum reprehendendum, nisi poetas reliquos fere omnes eiusdem criminis accusauerimus. Laudandus potius est, qui, vbi semel alium imitari conatur, vel alius ideam sequitur, ita rem suam agit, vt nihil, quod deceat poesin, praetermittat, non tamen committens, vt plagii reus agi recte possit. Hae aliaeque virtutes quin conueniant in Empedoclem, nemo facile, opinor, dubitabit, qui tam ad philosophorum illius aetatis consuetudinem [41]) satis respexerit, quam ipsas eius librorum reliquias diligenter cognouerit, non neglectis verbis *Diogenis Laertii* [42]), etiam ab *Eudocia* p. 170. repetitis: *Ἀριστοτέλης — ἐν τῷ περὶ ποιητῶν φησιν ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τε ὢν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγμασι χρώμενος.* *Eudocia* et Codex *Diogenis* Vindobonensis LIX. habent *ἐπιτάγμασι χρ.* Sed *Ioach. Kühnius τὰ περὶ ποιητ. ἐπιτεύγματα* bene interpretatur *ingenium, venam, artesque feliciter tractandi poeticam.* Quae simul demonstrant, mentem loci Aristotelici not. 35. allati non aliam esse posse, nisi hanc, vt

41) de qua *Plutarchi* verba attuli not. 27.

42) 8. 57.

Empedoclem iudicet poetam inferiorem fuisse Homero.

Vt autem nec in rhetoricam parua fuisse eius merita existimemus, praeter locos supra commemoratos faciunt alii. Etsi enim *Aristotele* [43]) auctore interdum vsus est verbis ambiguis, et quanquam *Iamblichus* [44]) eum scripsisse ait οὐ τῇ κοινῇ καὶ δημώδει, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· εἰωθυίᾳ λέξει, ἀλλὰ διὰ συμβόλων, *Simplicius* [45]) item αἰνιγματωδῶς, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις, quod sane non decere videtur carmen didascalicum [46]), tamen eum defendi,

43) art. rhetor. 3, 5. vbi, postquam dixit, non vtendum esse τοῖς ἀμφιβόλοις, addit haec: ταῦτα δὲ, ἂν μὴ τὰ ἐναντία προαιρῆται, ὅπερ ποιοῦσιν, ὅταν μηδὲν μὲν ἔχωσι λέγειν, προσποιῶνται δέ τι λέγειν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἐν ποιήσει λέγουσι ταῦτα, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. Verba ἐν ποιήσει *Antonius Riccobonus* vertit: *de industria*, quam versionem etiam *Scipio Aquilianus* p. 143. videtur secutus esse. Alii interpretantur: *poetico more*. v. Cel. *Buhle* ad h. l. Vol. IV. p. 514.

44) vita Pythag. §. 104.

45) ad *Aristot.* de coelo 1, p. 32. Idem ad *Aristot.* phys. 1, p. 5. b. Empedoclem annumerat iis philosophis, qui discernant quidem τὰ φυσικὰ ἀπὸ τῶν ὑπὲρ φύσιν, sed τῇ ἀσαφείᾳ λανθάνοντες τοὺς πολλούς.

46) *Dionides* de oratione et partibus orationis et vario genere metrorum lib. 3. p. 480. ed. *Putsch.* in Grammaticis veteribus: Didascalice est, qua comprehenditur philosophia Empedoclis et Lucretii.

certe excusari, recte posse arbitror. Nam symbolica illa et allegorica scribendi ratio, a Pherecyde Syrio fortassis inuecta [47]), omnibus Pythagoreis, vt modo e *Simplicio* docuimus, vsitata fuit, ne placita ipsorum cuilibet e vulgo sine negotio innotescerent, neque adeo aut in iis, qui minus recte ea intellexissent, damnorum atque turbarum causae essent, aut philosophiae studium, tanquam vile nec multo admodum labore dignum aut indigens, contemnendi occasionem praeberent. Quo pertinet, quod *Menander* *) hanc diserte poetis physicis legem scribit: ἐπιτηρεῖν δὲ χρὴ, καὶ μὴ εἰς τὸν πολὺν ὄχλον καὶ δῆμον ἐκφέρειν τοὺς τοιούτους ὕμνους. ἀπιθανώτεροι γὰρ καὶ καταγελαστικώτεροι τοῖς πολλοῖς φαίνονται. Quin alios quoque philosophos ab hac ratione non alienos fuisse, ipsius *Aristotelis* in metaphysicis exemplum docet [48]). Itaque cum non rudibus ac prorsus ignaris, sed intelligentibus et exercitatis scriberet Empedocles, non opus erat vt omnia repeteret, dilucideque traderet, quae lectoribus, quos animo informasset, poneret cognita esse. Deinde, si statuamus, eum

47) v. quae dixi ad *Pherecyd.* p. 27.

*) l. l. p. 41.

48) v. *Fabric.* B. G. Vol. II. p. 147. (Vol. III. p. 255. ed. *Harles.*)

arcanas doctrinas Pythagoricas in carminibus suis euulgasse, de qua eius λογοκλαπεία infra dicetur, manifestum est, ei ne licuisse quidem, quamuis vellet, perspicue luculenterque omnia dicere, ne nimium Pythagoreorum sibi contraheret odium. Denique non nimis eum obscure scripsisse, demonstrant ipsae, quae ab antiquis auctoribus seruatae extant, eius operum reliquiae. Saltem Pherecydes multo scripsit obscurius. *Dionysius* quidem *Halicarnassensis* [49]) austerae harmoniae, i. e. συνθέσεως s. orationis structurae, studiosum fuisse Empedoclem iudicat, et *Eustathius* [50]) ei tribuit δριμύτητα. Sed *Dionysium* saltem, cum ita iudicaret, non reprehendendi animum habuisse, ex eo facile perspicimus, quod eiusdem harmoniae amantes fuisse testatur viros magnos alios, vt Antimachum Colophonium [51]), Pindarum, Aeschylum, Thucydidem, qui tamen vix ea ratione, qua paulo ante Empedoclem defendere conatus sum, excusari videntur posse, quanquam austera orationis structura non neces-

49) περὶ συνθέσεως ὀνομάτων c. 22. T. V. p. 150. ed. Reisk. vbi αὐστηρὰ ἁρμονία vocatur ὀλιγοσύνδεσμος, ἄναρθρος, ἐν πολλοῖς ὑπεροχικὴ τῆς ἀπολουθίας, ἡπιστα ἀνθηρὰ, ἀπάμψευστος etc.

50) ad Odyss. υ, p. 1881, 27.

51) Cf. *Antimachi Colophonii* reliquiae, collectae a Doct. *Schellenbergio*, Hal. 1786. 8. p. 42.

sario est coniuncta cum obscuritate. Empedoclem vero non eo quod nesciret, esse virtutem orationis, aperte luculenterque scribere, sed ob rationes supra redditas obscuritati interdum studuisse, docent verba *Tzetzis* [52]) et incerti cuiusdam scriptoris Graeci, quem *Matthaeum Camariotam* nonnulli appellant [53]). Vterque enim dicit, eum vt Isocratem, Alcidamantem, Dionysium Halicarnassensem aliosque statuisse quatuor orationis virtutes [54]): *σαφήνειαν, συντομίαν, πιθανότητα, μεγαλοπρέπειαν.* Ipse Empedocles reprehendit vitium luculentae orationi contrarium hoc versu [55]):

Νημερτήϛ τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπόϛ τ' Ἀσάφεια.

Tzetzes l. l. legit *μελάγκορος.* Sed *μελάγκαρπος* est haud dubie praeferendum.

52) Chill. 12, 575. sqq.

53) in *Schefferi* lectionibus academicis, Hamb. 1675. 8. siue, quod idem est, in *Schefferi* miscellaneis; Vpsal. 1697. 8. siue Amst. 1698. 8. p. 94.

54) Tres tantum statuit *Schol. Homer.* Il. ε, 9. *σαφήνειαν, συντομίαν, καὶ πιθανότητα.* Sed plerique quatuor, (v. *Scheffer.* ad *Camariotam* p. 85. sq.) alii septem et plures. v. *Ioh. Ge. Walchii* diss. de stilo Phaedri §. 10.

55) quem seruauit *Plutarchus* de animi tranquillitate, T. II. p. 474. B. Eodem modo *Quintilianus* 1, 6, 41, 2, 3, 8, et 8, 2, 22. perspicuitatem vocat primam et summam orationis eloquentiaeque virtutem.

Nam apud *Theophrastum* [56]) vtitur noster nomine similiter composito, ἐμπεδόκαρπα, et vocabulum μελάγκαρπος fundit sensum facilem et aptum: *atros fructus ferens*, i. e. *inutilis, iniucunda, pessima mala inuehens.* Fructus enim cariosi et putridi sunt fere iidem atri, nec esu suaues, neque vtiles, imo perniciosi. Empedocles autem vti solitus est epithetis significantioribus, quod disertis verbis dicit *Plutarchus* [57]): τοῦ ἀνδρὸς οὐ καλλιγραφίας ἕνεκα τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων, ὥσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι, τὰ πράγματα γανοῦν εἰωθότος, ἀλλ' ἕκαστον οὐσίας τινὸς ἢ δυνάμεως δήλωμα ποιοῦντος· οἷον, ἀμφιβρότην χθόνα, τὸ τὴν ψυχὴν περικείμενον σῶμα· καὶ νεφεληγερέτην τὸν ἀέρα, καὶ πολυαίματον τὸ ἦπαρ. Qualia epitheta quin sint in viro graui et philosopho quam maxime laudanda, et perspicuitatem egregie adiuuent, quis est qui dubitet? [58]) Ita simul apparet, Empedoclem recte a *Satyro* [59]) vocari ῥήτορα ἄριστον, nempe

56) de causis plantarum 1, 14.

57) sympos. 5, 8. Cf. *Cael. Rhodigini* lectiones antiquae 29, 23. p. 1649. F. ed. Frcf. et Lips. 1666. fol.

58) *Quintilian.* 8, 2, 11. „Possunt videri verba, quae „plus significant, quam eloquuntur; in parte ponenda per„spicuitatis: intellectum enim adiuuant."

59) ap. *Diog. Laert.* 8, 58. et *Eudociam* p. 169.

pro illa aetate. Idem *Satyrus*, vt *Quintilianus* [60]) et *Suidas* [61]), Gorgiam Leontinum, nobilissimum rhetorem, Isocratis et Alcidamantis in arte eloquentiae magistrum, narrant Empedoclis discipulum fuisse. Quod et ipsum non leue argumentum est praeclarae, qua noster valuit, artis dicendi peritiae. Lubet hic ponere verba *Olympiodori* e prolegomenis in scholia ad *Platonis* Gorgiam MSS. quae reperiuntur in bibliotheca episcopali Cizensi: *ἐπὶ τῶν αὐτῶν χρόνων ἦσαν· ὁ μὲν Σωκράτης, ἐπὶ τῆς οβ̄ Ὀλυμπιάδος τῷ ιγ̄* (leg. *γ̄*) *ἔτει* [62])· *ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Πυθαγόρειος, ὁ διδάσκαλος Γοργίου, ἐφοίτησεν παρ' αὐτῷ. ἀμέλει καὶ γράφει ὁ Γοργίας περὶ φύσεως σύγγραμμα οὐκ ἄκομψον, τῇ πδ̄ Ὀλυμπιάδι. ὥστε κη̄ ἔτεσιν ἢ ὀλίγῳ πλείοσιν εἶναι πρῶτον* (fort. *πρότερον*) *τὸν Σωκράτην. ἄλλως τε* (fort. *δὲ*) *φησὶν ἐν Θεαιτήτῳ* [63]) *ὁ Πλάτων, ὅτι νέος ὢν κομιδῇ ἐνέτυχον Παρμενίδῃ ὄντι πάνυ πρεσβύτῃ. — οὗτος δὲ ὁ Παρμενίδης, διδάσκα-*

60) 3, 1, 8.

61) in v. *Γοργίας* et *Ἐμπεδοκλῆς*. Cf. Schol. in Platon. p. 107. ed. *Ruhnken*.

62) Etiam *Corsinus* fastt. Att. T. II. p. 46. sqq. Socratem dicit natum esse Olymp. 77, 3.

63) T. I. p. 183. E.

λος ἐγένετο Ἐμπεδοκλέους, τοῦ διδασκάλου Γοργίου. Corruptum esse hunc locum, quilibet intelligit sponte, et leuiora quaedam iám correxi. Quod vero Empedocles h. l. dicitur Socratis auditor fuisse, id plane nouum est, non tamen, si contuleris, quae §. 3. et paulo ante retulimus, Empedoclem etiam Athenis coinmoratum legi, prorsus a fide alienum. Dum vero certiora inuenta fuerint, liceat suspicari, ab *Olympiodoro* per errorem memoriae confusos fuisse Socratem et Parmenidem. Hunc enim, non illum, audiuisse Empedocles narratur. Caeterum prima verba: ἐπὶ τῶν αὐτῶν — ἐφοίτ. παρ' αὐτῷ, iam ante me edidit *Leo Allatius* [64]).

§. 5.

Praeter poesin et eloquentiam etiam magiae, artis medicae et musicae peritus fuisse legitur Empedocles. Cum magis quidem eum versatum esse supra (§. 3.) diximus, et *Apuleio* [1]) auctore magiae suspectum fuit illud opus Empedocleum, quod Καθαρμοὶ insoriptum est. Τερατολογίαι ei tribuuntur a *Cedreno* [2]).

64) in Dialogo de scriptis Socratis, quem vna cum *Socratis*, *Antisthenis* et alior. Socraticor. epistolis, ab ipso notis illustratis, edidit Paris. 1637. 4. p. 116.

1) apolog. p. 291.

2) T. I. p. 467.

Eidem *γοητεύοντι* adfuisse se dixit, *Satyro* [3]) teste, Gorgias, et *γόης* appellatur Empedocles a *Suida* [4]). Iam quamuis criminationes istae non tam *Satyri*, viri docti et fide non indigni, quam *Gorgiae Leontini* auctoritate nitantur, qui quam vanus et iactabundus homo fuerit, satis notum est *), tamen haec vocabula quam late pateant, ostendendum videtur. Scilicet vt taceam de vocabulis *μαγεία* [5]) et *τέρας* [6]), no-

3) ap. *Diog. Laert.* 8, 59.

4) in v. *ἄπνους*. Praetermittendus tamen non est locus *Philostrati* vit. Apollon. 1, 2. p. 3. *Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Πυθαγόρας αὐτὸς καὶ Δημόκριτος, ὁμιλήσαντες μάγοις,— οὔπω ὑπήχθησαν τῇ τέχνῃ.* Videtur enim, modo pro *τῇ τέχνῃ* reposueris *τῆς τέχνης*, ita vertendus: *quamuis cum magis conuersati, tamen nondum a quoquam accusati sunt exercitae artis magicae.* Vel potius verba *οὔπω — τέχνῃ* vertenda sunt: *non ideo, non vtique* (cf. *Ernest.* ad *Xenoph.* memm. 3, 14, 2.) *didicerunt* s. *exercuerunt illam artem*, vt *ὑπάγεσθαι* cum Latino *subigi* comparetur. *Eusebius* contra Hieroclem p. 540. D. respicit ad hunc locum, et nonnulli in Eusebio legunt *τέχναις*.

*) v. quos laudat Ill. *Harles* ad *Fabric.* bibl. Gr. Vol. II. p. 805. sq.

5) In *Platonis* Alcibiade I. T. II. p. 122. A. *μαγεία* explicatur *θεῶν θεραπεία*, quae verba *Ammianus Marcellinus* 23, 6. p. 294. ed. *Ernest.* reddit *diuinorum incorruptissimum cultum*; de quo loco praeter *Lindenbrogii* notas legendus est *Chr. Falsterus* in supplemento linguae latinae, Flensb. 1717. 8. p. 209. *Apuleius* in apologia p. 290. „si, quod ego apud „plurimos lego, Persarum lingua Magus est, qui nostra „sacerdos, quod tandem est crimen, sacerdotem esse, et

men γόης et nomina ex eo ducta accipiuntur varie. *Hesychius*: γόης· μάγος, κόλαξ, περίεργος. it. γοητεύει· ἀπατᾷ, μαγεύει, πείθει, φαρμακεύει. it. γοητικόν· ἀπατηλόν, μαγικόν, τὸ δι' ἐπαοιδῶν ἐσκευασμένον. *Suidas*: γόης· κόλαξ, περίεργος, πλάνος, ἀπατεών. *Hesychius*: μαγεύειν· γοητεύειν, θεραπεύειν θεούς. *Georgius Lecapenus* 7): γοητεύω· τὸ ἐπάγομαι καὶ ἀπατῶ καὶ φενακίζω. γοητεύω καὶ τὸ διὰ μαγγανείας ἐπάγω. *Glossaria vetera*: γοητεία, ἐπὶ

„rite nosse atque scire atque callere leges cerimoniarum, „fas sacrorum, ius religionum?" Mox idem verba *Platonis* allata ita explicat: *artem diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi peregnaram, piam scilicet et diuiniscientem.* Cf. omnino *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. 2, 17. et *Brucker.* hist. crit. philosophiae T. I. p. 125. sqq. 136. sqq. 160. sqq.

6) Glossae in epistolas Apostolicas, primum editae in Cel. *Matthaei* lectionibus Mosquensibus Vol. II. Lips. 1779. 8. p. 61. τεράτων· θαυμάτων. Lexicon A. et B. ibidem p. 78. τέρας· πρᾶγμα ὑπὲρ τὸ θαῦμα καὶ ἔκπληξιν τοῖς ὁρῶσι παρέχον, ἢ τὸ παρὰ φύσιν γενόμενον. Suidas: τερατολογεῖν λέγεται τὸ ἀπίθανα διηγεῖσθαι, καὶ λέγειν πράγματα ἔξω τῶν ἀνθρωπίνων. it. τερατολογίαι· οἱ θαυμασταὶ καὶ παράδοξα μυθεύοντες. Similiter ap. *Philostrat.* l. l. Empedocles, Pythagoras ac Democritus dicuntur πολλὰ δαιμόνια εἰπόντες, vbi *Olearius* vocabulum δαιμόνια recte vertit *paradoxa.*

7) in grammatica, cuius excerpta leguntur in *Matthaei* lectt. Mosquens. Vol. I. p. 60.

κολακείας, *blanditiae.* It. γοητεύω, κολακεύω, *blandior.* Ex his aliisque locis patet, nomina γόης et μάγος primitus fere idem significasse et bono sensu dicta fuisse de *religioso* atque adeo *sacerdote* [8]). Vnde non raro iuncta reperiuntur in antiquis scriptoribus nomina μάγος et γόης [9]), vt vocabulum γοητεία cum vocabulo μαγγανεία commutatum [10]), et *Wesselingius* [11]) videtur recte, etsi auctoritate carens, viri docti sententiam comprobasse, qui fieri potuisse putabat, vt magi inter Persas honoratiores, sub se γόητας, *vilioris conditionis sacrificos*, habuerint. Quia vero nihil olim fuit sacerdotibus curiosius, quippe qui se omnibus immiscere vtile sibi putarent, facile patere cuique puto, quomodo γόης ex vsu loquendi

8) Sic ap. *Lucian.* de astrologia iunguntur γοητία καὶ ἱερολογία.

9) vt ap. *Epiphan.* p. 29. ed. Basil. 1544. fol. Simon mox μάγος, mox γόης dicitur. ap. *Plutarch.* de superstit. c. 12. componuntur γοητεῖαι καὶ μαγεῖαι. Et *Schol. in Platon.* p. 34. ed. *Ruhnken.* ὁ ἔρως γόης, καὶ ἡ φύσις ὑπό τινων μάγος πέπληται, *Aeschines* contr. Ctesiphont. p. 530. ed. *Reisk.* coniunxit itidem, quanquam alio sensu, nomina μάγος καὶ γόης.

10) *Suidas*: μαγγανεία· ἡ γοητεία. *Plato* de legib. lib. 10. T. II. p. 908. D. dicit μαγγανείαν, p. 909. B. γοητεύοντες. Similiter inter se commutat illa verba *Chrysostomus.* v. not. 15.

11) ad *Herodot.* 7, 191.

poni interdum ita potuerit, vt idem esset qui περίεργος atque *ardelio*. Eodem modo cum sacerdotes multi variis fraudibus aliisque malis artibus, etiam adulando assentandoque, imperitam plebeculam deciperent, nata est tertia vocabuli notio, vt eo significaretur κόλαξ [12]) et πλάνος et ἀπατεών [13]). Postea cum idem hominum genus, quos deinde alii sunt secuti, vt illuderent multitudini honoresque sibi pene diuinos tribuerent, non sufficere amplius intellexissent artes et fraudes adhuc adhibitas, coeperunt alio modo sibi prospicere, nimirum ita, vt vel variis fallacibus visis oblatis oculos animosque aliorum praestringerent [14]), vel se

12) *Moeris*: γόης, Ἀττικῶς· κόλαξ, Ἑλληνικῶς. vbi v. *Pierson*. Sie fere *Lucian*. dial. inter Diogenem et Alexandrum, vbi de Aristotele: ἀπάντων ἐκεῖνος κολάκων ἐπιτριπτότατος — γόης ἄνθρωπος καὶ τεχνίτης.

13) *Timaeus* gloss. Platon. γόητες· οἱ ἀπατεῶνες. Videntur huc pertinere, quae ex *Polyaeno* Atheniensi de statua Amenophis s. Memnonis Aegyptii narrat *Syncellus* chronograph. p. 151. ὃν λίθον χρόνοις ὕστερον Καμβύσης ὁ Περσῶν τέμνει, νομίζων εἶναι γοητείαν ἐν αὐτῷ.

14) *Herodot*. 4. 105. κινδυνεύουσι οἱ ἄνθρωποι οὗτοι (Neuri) γόητες εἶναι. λέγονται γὰρ — ὡς ἔτεος ἑκάστου ἅπαξ τῶν Νευρῶν ἕκαστος, λύκος γίνεται ἡμέρας ὀλίγας, καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς τὠὐτὸ κατίσταται. *Plutarch*. de defectu oraculor. c. 13. ἐκείνων (Thessalorum) ἐν γυναικὶ τὸ πανοῦργον ἔσχε πίστιν, Ἀγλαονίκης τῆς Ἡγήτορος, ὡς φασιν, ἀστρολογικῆς γυναικὸς ἐν ἐκλείψει σελήνης ἀεὶ προσποιουμένης γοητεύειν καὶ καθαιρεῖν αὐτήν. Cf. quae

cum bestiis posse collo
sui odore serpentes fug
in daemonas habere iact

ibi sequuntur, et verba *Hero*
Plutarchus quaestt. Rom. c. 1
χλωρότητος ὄφει γοητεύοντ
animm. T. III. p. 1770. ed. S
ὄνομα, πήλησίς ἐστι· τὸ δὲ
ται δὲ ἑκατέροις ἐπὶ τὰ θη
τευόμενος. *Plato* lib. 2. d
τα τὸν θεὸν οἴει εἶναι, κ
σθαι ἄλλοτε ἐν ἄλλαις ἰδ
E. οἱ θεοὶ εἰσὶν οἷοι μὴ
δοπεῖν σφᾶς παντοδαπ
γοητεύοντες. Cf. lib. 1
Xenoph. Cyrop. 8, 1,
tere ciues sibi subiect
terno delinire.

15) *Chrysostomus*
Πυθαγόρας τὴν μ
τείας πινήσας εἶδ
γὰρ καὶ τοῦτό
γοητείας ἦν. –
καθάπερ φασ
τοῦτο· ἀλλ

16) *H*
Ψύλλοι,
horum
cuius
faci
Sa

adiuuarentur in rebus arduis, et futura etiam cognoscerent [17]). Sed cum duplicis generis putarentur daemones, bonorum daemonum inuocatio ad bonam aliquam rem perficiendam facta vocabatur μαγεία [18]), sed γοητεία com-

17) *Plato* sympos. T. III. p. 202. E. ἡ μαντικὴ πᾶσα, καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς, καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. Add. *Euseb.* praep. euang. 4, 1. p. 131. sq.

18) *Suidas:* γοητεία, μαγεία, καὶ φαρμακεία, διαφέρει, ἅπερ ἐφεῦρον Μῆδοι καὶ Πέρσαι· μαγεία μὲν οὖν ἐστιν, ἐπίπλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δηθεν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν. — γοητεία δὲ, ἐπὶ τῷ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπιπλήσεως. ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. φαρμακεία δὲ, ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον δοθῇ τινι διὰ στόματος. (Quae vnde hauserit Suidas, docet *Fabricius* bibliograph. antiquar. p. 601. ed. *Schaffhausen.*) Eadem praecipit *Eudocia* p. 41. nisi quod dicit: γοητεία δέ ἐστιν ἐπίπλησις δαιμόνων πανοκοίων περὶ τοὺς τάφους εἱλουμένων ἐπὶ πανοῦ τινος σύστασιν· γοητεία δὲ λέγεται ἀπὸ τῶν γόων etc. Etiam *Ammonius* et *Thom. Mag.* in φαρμ. Similia tradunt *Phauorinus* in v. γοητεία et γόητες, et vetus lexicon in Bibliotheca Coisliniana p. 236. item anonymus in prolegomenis rhetoricis, quae *Fabricius* inseruit biblioth. Gr. Volumini IX. p. 594. qui in praefatione ostendit, nominari in Codice aliquo MS. *Troilum* Sophistam libri illius auctorem. it. *Scholia Villoisoniana* ad Il. α, 86. De etymologia consentit *Cedrenus* p. 41. γοητεία καλεῖται ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσι γενομένων. Cf. *Wesseling.* ad *Herodot.* 7, 191. et *Camerar.* de generibus diuinationum p. 111. ed. Lips. 1575. 8. vbi γοητείας dictas

plectebatur *incantationes geniorum malorum cum sacrificiis coniunctas* [19]), et *euocationes daemonum atque manium ex inferis* [20]). Hae videntur fuisse fere praecipuae vocabuli *γόης* et eorum, quae ab illo descenderunt, notiones. Sed cum ex iis, quae dicta sunt, satis appareat, nomen *γόης* et cognata fere semper in malam partem

putat ab tristi imploratione virium potentiorum. Sed *Io. Dan. a Lennep* in Etymologico linguae Graecae P. I. Trai. ad Rhen. 1790. 8. p. 216. nomen *γόης* ortum putat a *γόω*, cui vicina sint *γάω* et *γέω*, quibus p. 205. tribuit *extendendi, explicandi, hiscendi, patendi, capiendi* et similes notiones; fatetur tamen, sibi latere translationis rationem. *Philostratus* vit. Apollon. 10, 12. *οἱ γόητες — οἱ μὲν ἐς βασάνους εἰδώλων χωροῦντες, οἱ δ' ἐς θυσίας βαρβάρους, οἱ δὲ εἰς τὸ ἐκᾶσαί τι ἢ ἀλεῖψαι, μεταποιεῖν φασι τὰ εἱμαρμένα.* Plura legi possunt ap. *Platonem* lib. XI. de legib. T. II. p. 932. sq. et *Euseb.* praep. euang. 5. 8. sqq.

19) Sic *Plato* lib. 10. de legib. T. II. p. 909. B. *τοὺς τεθνεῶτας φάσκοντες ψυχαγωγεῖν, καὶ θεοὺς ὑπισχνούμενοι πείθειν, ὡς θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς καὶ ἐπῳδαῖς γοητεύοντες.* Sic *ἐπῳδὸς καὶ γόης* iunguntur ab *Euripide* Hippolyt. 1038. et Bacch. 234. it. a *Clem. Alex.* admonit. ad gentes p. 71. D. *οἱ τοῖς γόησι παπισταυκότες, τὰ περίαπτα καὶ τὰς ἐπαοιδὰς — ἀποδέχονται.* *Schol.* in *Platon.* p. 131. ed. *Ruhnken.* *γόης· κακοῦργος.*

20) *Plutarch.* quaestt. Roman. c. 61. *ἐπλήσεις καὶ γοητείαι θεῶν.* Ibidem c. 95. dicit: *πρὸς — τὰς προπλήσεις τῶν νεκρῶν μάλιστα χρῶνται τοῖς ὀσπρίοις.* Quae fortasse contineant causam, cur Empedocles abstinere iusserit homines a fabis. Cf. not. 18. Caeterum nec in his verbis constantem reperiri vsum loquendi, apparet e *Schol. Sophocl.* Oedip. Tyr. 392.

accipi, ita vt γόης in plerisque locis verti optime possit *praestigiator* [21]): sane mirandum non est, eadem vocabula procedente tempore translata fuisse ad omnis generis *fraudes* [22]), inprimis *subtiliores*, quibus alii pene stupefacti, et vel voluptuaria quadam titillatione permulsi, vel quasi maleficio affecti, deciperentur, vt nec a veris falsa discernere satis, nec pericula atque incommoda intelligere recte possent. Cuius generis exempla etsi iam obiter admixta sunt superioribus, tamen noua quaedam mihi afferenda arbitror. Γοητεύειν igitur dicuntur non sólum illi, *qui falsa persuadent aliis non sentientibus*, verisimilia pro veris vendentes, et omni orationis ornatu ac πι-

21) Quod praeclare, etiam exemplis allatis, ostendit *Camerarius* in libro laudato p. 111 — 114.

22) Vnde saepe iunguntur cum vocabulis, proprie fraudes significantibus. *Xenophon* anab. 5, 7, 5. ἐξαπατηθέντας καὶ καταγοητευθέντας. *Iosephus* contr. Apion. 2, 14. τοῦτον (Mosen) ὡς γόητα καὶ ἀπατεῶνα διαβάλλοντες. c. 16. Moses οὐ γόης οὐδ' ἀπατεών. *Schol. Thucyd.* 2, 39. ἀπάτη καὶ γοητεία γνώμης. *Clem. Alex.* admonit. ad gentes p. 9. C. tribuit mysteriis γοητείαν, sed p. 10. C. ἀπάτην καὶ τερατείαν. p. 39. A. dicit: ὑμᾶς ἄλλη γοητεία ἀπατᾷ ἡ τέχνη. *Plutarch.* de Pythiae oraculis c. 25. ἀπατεῶσι καὶ γόησιν ἀνθρώποις καὶ ψευδομάντεσιν. in vita Ciceronis c. 17. ψευδομάντεις καὶ γόητες, ἔκη πεπλασμένα καὶ χρησμοὺς ἄδοντες. de superstitione c. 5. εἰς ἀγύρτας καὶ γόητας ἀνθρώπους ἐμπεσόντες. Ch. not. 25.

δανότητι commendantes [23]), vnde non raro de *sophistis* legitur [24]), sed etiam ii, *qui mo-*

23) *Plato* in Sophista T. I. p. 234. C. τοὺς νέους διὰ τῶν ὤτων τοῖς λόγοις γοητεύειν, δεικνύντας εἴδωλά λεγόμενα περὶ πάντων· ὥστε ποιεῖν ἀληθῆ δοκεῖν λέγεσθαι, καὶ τὸν δὴ λέγοντα, σοφώτατον πάντων ἅπαντ' εἶναι. in Menone T. II. p. 80. A. γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις, καὶ ἀτεχνῶς κατεπᾴδεις. Cf. in Menexeno T. II. p. 235. A. lib. 10. de rep. T. II. p. 598. D. *Lucian.* dial. inter Alexandrum et Philippum: ὁ Ἄμμων γόης καὶ ψευδόμαντις ἠλέγχετο, καὶ οἱ προφῆται, πόλαπες. Dicitur etiam de rebus: *Plato* lib. 9. de rep. T. II. p. 584. A. οὐδὲν ὑγιὲς τούτων τῶν φαντασμάτων πρὸς ἡδονῆς ἀλήθειαν, ἀλλὰ γοητεία τις. *Clemens Alex.* paedag. 2. p. 148. B. τῶν βρωμάτων, ἃ μὴ πεινῶντας ἡμᾶς ἐσθίειν ἀναπείθει, γοητεύοντα τὰς ὀρέξεις. Similiter astrologiam, quia fallax est, *Cyrillus Alexandr.* homil. paschal. 14. p. 195. vocat φιλοψευδῆ καὶ ἀργυροπάκηλον ἀστρογοητείαν.

24) v. *Cresollii* theatrum rhetorum 1, 13. *Plato* in Sophista T. I. p. 235. A. περὶ τοῦ σοφιστοῦ — ὅτι τῶν γοήτων ἔστι τὶς, μιμητὴς ὢν τῶν ὄντων. — εἰς γόητα καὶ μιμητὴν ἄρα θετέον αὐτὸν τινά. p. 241. B. ἐὰν αὐτὸν διερευνῶμεν ἐν τῇ τῶν ψευδουργῶν καὶ γοήτων τέχνῃ τιθέντες. in Euthydemo T. I. p. 288. B. τὸν Πρωτέα μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν, γοητεύοντε ἡμᾶς. (Cf. *Plutarch.* lib. de amicor. multitudine extremo.) in Politico T. II. p. 291. C. τὸν πάντων τῶν σοφιστῶν μέγιστον γόητα. Cf. p. 303. C. in Symposio T. III. p. 203. D. δεινὸς γόης, καὶ φαρμακεὺς, καὶ σοφιστής. *Schol. in Platon.* in *Siebenkeesii* anecdotis graecis (Norimb. 1798. 8.) p. 21. ὁ αὐτὸς (np. σοφιστὴς), καὶ γόης, ὡς θέλγων καὶ ψυχὰς τοῖς φυσικοῖς λόγοις etc. *Diodorus Siculus* 1, 76. τὰς τέχνας τῶν ῥητόρων, καὶ τὴν τῆς ὑπαπρίσεως γοητείαν. v. ibi

uent alios malis artibus et vana persuasione, *vt male agant* [25]). Denique *γοητεῖαι* vocantur quaecunque *blanditiae et illecebrae*, quibus decipi homines possunt ac solent [26 a]). Iam

Wesseling. *Maximus Tyrius* diss. 24, 4. *ἐπίβουλον, θηρευτικὸν, φαρμακέα, σοφιστὴν, γόητα.*

25) *Plato* lib. 3. de rep. T. II. p. 412. E. *μήτε γοητευόμενοι μήτε βιαζόμενοι ἐκβάλλουσιν ἐπιλανθανόμενοι δόξαν τὴν τοῦ ποιεῖν δεῖν ἃ τῇ πόλει βέλτιστα.* *Cyrillus Alexandr.* lib. 6. in Iohannem p. 604. *ἀγοήτευτος πενία.*

26 a) *Plato* in Phaedone T. I. p. 81. B. *ψυχὴ τῷ σώματι ἀεὶ ξυνοῦσα, καὶ τοῦτο θεραπεύουσα καὶ ἐρῶσα, καὶ γεγοητευμένη ὑπ' αὐτοῦ, ὑπό τε τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν, ὥστε μηδὲν ἄλλο δοκεῖν εἶναι ἀληθὲς ἀλλ' ἢ τὸ σωματοειδές.* v. *Fischer.* ad h. l. p. 339. ed. Lips. 1783. 8. in Philebo T. II. p. 44. C. *τῆς ἡδονῆς τὸ ἐπαγωγὸν, γοήτευμα, ἀλλ' οὐχ ἡδονὴν εἶναι.* lib. 3. de rep. T. II. p. 413. C. *γοητευθέντας* vocat, *οἳ ἂν μεταδοξάσωσιν, ἢ ὑφ' ἡδονῆς κηληθέντες, ἢ ὑπὸ φόβου τί δείσαντες.* *ἔοικε γὰρ γοητεύειν πάντα, ὅσα ἀπατᾷ.* Cf. quae ibi sequuntur. 2 Maccab. 12, 24. *γοητεία* est *sermo blandiloquus.* Contra ap. *Cic.* ad Attic. 12, 3. *ἀγοητεύτως, non blande.* Inprimis saepe de *meretricum lenociniis ac blandimentis* legitur in veterum libris, quem vocabuli vsum exemplis illustrauit *Dan. Wilh. Trillerus* in Obseruationibus criticis, quae Fref. 1742. 8 prodierunt, 3, 1. p. 162. Sic *Plutarch.* de audiend. poetis T. VII. opp. ed. *Hutten.* p. 78. *τὸν τῆς Ἥρας καλλωπισμὸν ἐκὶ τὸν Δία, καὶ τὴν περὶ τὸν πεστὸν γοητείαν.* p. 74. *τὴν ἀπὸ φαρμάκων καὶ γοητείας, καὶ μετὰ δόλου πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίαν καὶ χάριν.* de sanitate tuenda p. 380. *τὰς γυναῖκας, ὅσαι φίλτρα μηχανῶνται καὶ γοητείας ἐκὶ τοὺς ἄνδρας.* Sic fere in coniugialib. praeceptis p. 412.

quamuis vberiorem horum inuestigationem atque tractationem vtilissimam esse intelligerem, si quaereretur, a quibus veteribus Graecis et quamdiu verba illa, de quibus agimus, ita adhibita fuerint, vt pene idem valerent quod μάγος, μαγεία, μαγεύειν, et quando illa quidem, γόης, γοητεία, γοητεύειν, in deteriorem partem accipi coepta sint, vt dicerentur de incantationibus et inferorum euocationibus, quod recentioribus maxime Platonicis tribuendum putat Cel. *Meiners* *), quando denique constituerint discrimen illud inter μαγείαν et γοητείαν, quamuis item scirem, hoc examen, quippe operosissimum ac difficillimum, et pene ἀδύνατον, nondum a quoquam satis diligenter institutum fuisse [26 b]), quamuis denique fatendum

*) In Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Jahrhunderte nach Christi Geburt, Lips. 1782. 8. p. 72. sqq.

26 *b*) Quam ieiuna v. c. et confusa sit horum vocabulorum expositio in *Ioh. Wieri* nobili opere de praestigiis daemonum, et incantationibus ac veneficiis 2, 2. p. 132 — 134. ed. Basil. 1568. 8. vel in *Casp. Peuceri* commentario de praecipuis generibus diuinationum, Witeb. 1572. 8. fol. 158. ipsum lectorem iudicare iubeo. Caeterum si quis plura vocabuli γόης et cognatorum exempla desideret, magna copia est in *Plotini* dissertatione περὶ τοῦ πῶς ὁρᾷ ἡ οὐρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον, quam edidit *Villoison* in anecdot. Graec. T. II. inprimis p. 235 — 236.

mihi viderem, nec iis, quae ego hic collegissem, omnia ad hanc causam pertinentia satis exhausta et quasi defaecata esse: non tamen ea nunc quidem vlterius putabam persequenda, cum saltem praecipuae illorum vocabulorum notiones ex antiquis scriptoribus erutae exemplisque sat multis illustratae ita viderentur, vt lectoribus facile esset iudicare, verane an falsa esset mea nominis γόης de Empedocle dicti interpretatio. Puto autem, eum ideo vocatum fuisse γόητα, quod, cum esset homo insigniter et prae popularibus omnibus eruditus, inprimis rei medicae et physicae scientia instructus, hac sua doctrina non dubitaret interdum ita vti, vel, si mauis, abuti, vt suae aetatis hominibus persuaderet, vel etiam persuaderi pateretur [27]), quaedam per ipsius vim ac potentiam facta esse vel futura esse, quae tantum fieri vel cur fierent sciret [28]). Quae quidem non nego Empedoclem

27) Cf. *Bonamy* p. 64. et verba *Philostrati* not. 18. allata. De γοητεία, qualis eorum est, qui se vel incantationibus vel vi alicuius herbae (v. *Plin.* H. N. 24, 17.) deos euocare posse gloriantur, ne cogitandum quidem in Empedocle esse, quilibet ipse videt. Cf. quae not. 4. e *Philostrato* attulimus.

28) Sic *Apuleius* apolog. p. 291. „haec fermè communi „quodam errore imperitorum philosophis obiectantur, vt „— qui prouidentiam mundi curiosius vestigant, et impen„sius deos celebrant, eos vero vulgo Magos nominent: „quasi facere etiam sciant, quae sciant fieri.“ Sic primi

eo consilio maxime fecisse, vt maiorem sibi auctoritatem pararet popularium que beneuolentiam. De huius meae vocabuli γόης explicationis veritate dubitare fortasse quisquam posset, si nullum *Gorgiae* opus, e quo notio, quam τῷ γοητεύειν subiecerit, diiudicari posset, ad nostra tempora peruenisset *), aut si nullum Empedocleae magiae exemplum narratum a veteribus accepissemus. Nunc tot sunt exempla, vt neminem illis lectis putem dubium fore. Et primo quidem loco ponitur a *Diogene Laertio* [29]) celebratissimum illud ventos vel adducendi vel compescendi artificium, quod non solum a *Suida* [30]) et *Hesychio* [31]) com-

μεταλλεῖς ob rei inuentae et scientiae nouitatem dicti videntur γόητες, v. *Pherecyd.* p. 157. sq.

*) Ita autem *Gorgias* in Helenae encomio p. 95. αἱ ἔνθεοι διὰ λόγων ἡδοναὶ, ἐπαγωγοὶ μὲν ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ δὲ λύπης γίνονται. συγγινομένη γὰρ τῇ δόξῃ τῆς ψυχῆς ἡ δύναμις τῆς ἐπῳδῆς, ἔθελξε καὶ ἔπεισε καὶ μετέστησε γοητείᾳ. γοητείας δὲ καὶ μαγείας δισσαὶ τέχναι εὕρηνται, αἵ εἰσι ψυχῆς ἁμαρτήματα, καὶ δόξης ἀπατήματα. ὅσοι δὲ ὅσους περὶ ὅσων καὶ ἔπεισαν καὶ πείθουσι ψευδῆ λόγον πλάσαντες! et p. 98. τῶν λόγων οἱ μὲν, ἐλύπησαν· οἱ δὲ, ἔτερψαν· οἱ δὲ, ἐφόβησαν· οἱ δὲ, εἰς θάρσος κατέστησαν τοὺς ἀκούοντας· οἱ δὲ, πειθοῖ τινι κακῇ τὴν ψυχὴν ἐφαρμάκευσαν καὶ ἐξεγοήτευσαν.

29) 8, 59. vbi *Satyrum* profert auctorem.

30) in v. Ἀμύκλαι, ἄπνους et Ἐμπεδοκλῆς.

31) *Hesych*: κωλυσανέμας. ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὕτω καλεῖται, ὡς ὑπισχνούμενος ἐφιέναι τοὺς ἀνέμους.

memoratur, sed a multis aliis, vt a *Plutarcho* [32]), *Eustathio* [33]), *Clemente Alexandrino* [34]), *Tzetza* [35]), *Scholiasta Hermogenis* [36]), et *Arsenio* [37]), quorum quatuor vltimi [38]) eum πωλυσανέμαν [39]) ea de causa cognominatum fuisse tradunt, alii [40]) ἀλεξάνεμον [41]). Ipse hanc artem professus dicitur his versibus [42]):

32) de curiositate T. II. p. 515. C. ed. Wechel. ὁ φυσικὸς Ἐμπεδοκλῆς ὄρους τινὰ διασφάγα βαρὺν καὶ νοσώδη κατὰ τῶν πεδίων τὸν νότον ἐμπνέουσαν ἐμφράξας, λοιμὸν ἔδοξεν ἐκπλεῖσαι τῆς χώρας. it. aduers. Colotem T. II. p. 1126. B. Ἐμπεδοκλῆς — τὴν χώραν ἀπήλλαξεν ἀπαρτίας καὶ λοιμοῦ, διασφᾶγας ὄρους ἀποτειχίσας, δι' ὧν ὁ νότος εἰς τὸ πεδίον ὑπερέβαλλε.

33) ad Odyss. κ, p. 1645, 40.

34) stromm. 6, p. 630. C.

35) Chill. 2, 896. sqq. et 4, 524. sqq.

36) p. 383.

37) in praeclaris dictis philosophorum, imperatorum etc.

38) vt *Hesychius* (v. not. 31.) et *Suidas* in v. Ἐμπεδοκλῆς et Ἀμύκλαι.

39) *Suidas* in v. ἄπνους habet πωλυσάνεμον.

40) vt *Porphyrius* vit. Pythag. §. 29. et *Iamblichus* vit. *Pythag.* §. 135. Cf. infra §. 16. ad n. 20.

41) *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoenn. 120. p. 42. ostendit, rectius dici Ἀλεξανέμαν, cum Homereum sit Ἀλεξάνεμος. *Delrio* in disquisitionibus magicis 2, 9. et 11. p. 305. et 330. Empedoclem comparat cum Erico, rege Gothorum, qui, *Iohanne Magno* auctore, quocunque verteret pileum, inde ventum prosperum elicuit, cognomen *Pileus Ventosus* inde nactus.

42) quos afferunt *Diogenes Laertius* 8, 59. *Eudocia* p. 170. *Suidas* in v. ἄπνους, et *Tzetzes* Chill. 2, 906. sqq.

φάρμακα δ' ὅσσα γεγᾶσι πανῶν, καὶ γήραος ἄλκαρ,
πεύσῃ· ἐπεὶ μούνῳ σοι ἐγὼ πρανέω τάδε πάντα.
καύσεις δ' ἀπαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἄρουραν.
καὶ πάλιν ἢν ἐθέλῃσθα, παλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις,
θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο μελαινοῦ παίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα, τὰ δ' ἐν θέρει ἀήσαντα.
ἄξεις δ' ἐξ ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

Quosnam vero ventos et quomodo sedauerit, e scriptorum iam laudatorum nonnullis discendum est. *Timaeus* [43]) enim et *Suidas* [44]) narrant, Etesiis aliquando tam grauiter flantibus, vt etiam fructus laederentur, Empedoclem vtres e pellibus asininis fecisse et circa colles atque alia loca edita distendisse eo consilio, vt ventum comprehenderet. In aliis locis [45]) *Suidas* simpliciter dicit, eum ventos ἐξελάσαι, δορὰς ὄνων περιθέντα τῇ πόλει, et mox vnum ventum memorat, mox ventos multos. *Clemens Alexandrinus* non nisi vnius venti mentionem facit, qui grauiter et perniciose ciuibus flauerit, fueritque mulieribus

Cf. *Clem. Alex.* l. l. qui tertium, quartum et quintum horum versuum attulit. — Similis est Medeae oratio ap. *Ouid.* metamorph. 7, 201. sqq.

43) ap. *Diog. Laert.* 8, 60.

44) in v. ἄνους, quem secutus est *Arsenius* in vtroque libro.

45) in v. Ἐμπεδοκλῆς et Ἀμύκλαι.

auctor infecunditatis. De ratione illa sedandi ventum nihil dicit, fortassis aliis de causis, quas nos nescimus, fortassis etiam quod eam minus verisimilem putaret, parumque fide dignam. Mihi sane et ipsi, vt *Hieronymo Mercuriali* [46]), egregie placet *Plutarchi* [47]) narratio, Empedoclem, cum animaduertisset, grauem quendam et pestiferum austrum per montis scissuram in campos mitti, obstructa ea pestem ab vrbe auertisse visum esse. Nam austrum interdum valde noxium esse, declarant multi veterum loci [48]). Inprimis cum per montis scissuras flaret, perniciosum fuisse credibile est [49]). Quas scissuras cum pestilentiae causas esse eamue augere intellexisset, potuit obstruere Empedocles, non vero ventum vtribus excipere: quae fabula cum tam ieiuna et putida sit, vt vix a *Timaeo* videatur narrari potuisse, valde verisimile putandum est, quod *Vossius* iam coniecit [50 a]), *Diogenem* perperam in *Timaei* opere verba legisse

46) varr. lectt. 4, 14.

47) v. not. 32.

48) v. *Horat.* 2, od. 14, 15. *Herodot.* 4, 173. it. *Ioh. Henr. Maii* Obseruatt. saer. lib. III. p. 34. sqq. edit. 2. Frcf. 1727. 8.

49) *Isidorus* origg. 13, 11. „pestilentiam, quae ex corrupto aëre nascitur, auster flans in reliquas regiones transmittit."

50 *a*) v. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 8, 60.

vel corrupte scripta inuenisse, v. c. διασφάξας ὄνους pro διασφᾶγας ὄρους, quae sunt verba *Plutarchi*, atque hunc errorem ansam dedisse isti fabellae. Nisi quis forte malit originem eius repetere a nimio quorundam in Empedoclem amore et studio, qui vellent eum Aeolum scilicet facere. Aeolum enim narrat *Homerus* *) Vlyssi dedisse ἀσκὸν, ἔνθα βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα. Omnino enim semel monere liceat, *Iamblichum* [50 b]) candide fateri, Pythagoreos non solum facile fidem habuisse miris narrationibus et commentis, sed multa quoque eius generis ipsos comminisci solitos fuisse. Vtrum alia narratio censenda, an pars superioris existimanda sit illa, quam *Philostratus* [51]) tradit, pene dubito, quanquam posteriorem sententiam mihi quidem magis probari fateor. Verba sunt: νεφέλης ἀνέσχε φορὰν, ἐπ' Ἀκραγαντίνους ῥαγείσης. Auster enim ab *Horatio* [52]) dicitur imbres perpetuos parturire, et a *Seneca* [53]) nebulosus imbres hibernos, i. e. impetuosos, tempestuosos, aduehere. Ab aliis vocatur humidus, aquaticus, pluuius, imbri-

*) Odyss. κ, 19. sq.

50 *b*) vit. Pythag. §. 138.

51) in vita Apollon. 8, 7, 8.

52) 1, od. 7, 16.

53) in Medea v. 583.

fer, etc. Inprimis huc pertinent verba *Isidori* [54]): „auster ab hauriendo aquas vocatus, „vnde et crassum aerem facit, et nubila „nutrit.“ Ex his videmur recte posse colligere, austrum illum, cuius flatum obstructo montis hiatu inhibitum ab Empedocle ostendimus, coniunctum fuisse cum nubibus imbriferis, quarum vis cessante vi venti et ipsa cessauerit. Voluit igitur *Philostratus* narrationem aliorum supplere, non nouam tradere. Empedocles autem neque solus legitur ventos compescuisse [55]), neque γόης recte appellabitur a quoquam, qui sit peritus rerum iudex et aequus. Certe *Timaeus* ipse ab initio narrationis nihil dicit, nisi κατὰ πολλοὺς τρόπους τεθαυμάσθαι τὸν ἄνδρα. Immo apparet, Empedoclem fuisse hominem virium naturae pro illa aetate peritissimum, et causas rerum egregie callentem, eundemque summorum beneficiorum hominibus suae

54) origg. 13, 11.

55) *Philostratus* l. l. ἐννοήσας Σοφοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, ὃς λέγεται καὶ ἀνέμους θέλξαι τῆς ὥρας ὑπερπνεύσαντας, nempe, vt videtur, composito et decantato paeane. Cf. *Eustath.* ad Il. α, p. 137. *Herodotus* 7, 191. καταείδοντες γόητι τῷ ἀνέμῳ οἱ μάγοι, πρός τε τούτοισι — θύοντες, ἔπαυσαν τετάρτῃ ἡμέρῃ. ἢ ἄλλως πως αὐτὸς ἐθέλων ἐκόπασε. *Eustathius* ad Odyss. κ, p. 1645, 41. et *Arsenius* in praeclaris dictis philosophorum: Ἀνεμοποῖται, γένος ἐν Κορίνθῳ ἀνέμους ποιμίζοντες.

aetatis ac ciuitatis auctorem, qualia plura nec vno loco eum praestitisse, ex aliis quoque narrationibus euidens est. *Plinius* [56]) enim: „Est et ipsis ignibus, inquit, medica vis „Pestilentiae, quae solis obscuratione contra„hitur, ignis suffitu multiformiter auxiliari „certum est. Empedocles et Hippocrates id „monstrauere diuersis locis." Aliud eiusmodi narrat *Diodorus Ephesius* [57]). Cum enim Selinuntii, qui erat Siciliae populus, propter foetorem, e fluuio circumfluente, qui forte pene exsiccatus esset, obortum, pestilentia vexarentur, ita vt et ipsi perirent, et mulieres difficultatem pariendi sentirent, Empedocles duo fluuios vicinos suis sumtibus in illud flumen immisit, quo factum est, vt huius amnis aquae dulcescerent pestisque cessaret. Interiecto tempore Selinuntiis ad amnem epulantibus superueniens Empedocles exceptus est summis atque adeo diuinis honoribus. Neque enim tantum ei assurrexere, sed etiam adoratione ac precibus eum tanquam deum coluerunt, putantes non hominem esse, sed deum forma humana. Huius historiae mirum est nullum alium historicum meminisse. Sed valde tamen erraret, qui propter hoc reliquorum historicorum silentium dubitare de rei veritate auderet. *Bur-*

56) H. N. 36, 27.
57) ap. *Diog. Laert.* 8, 70. Cf. *Eudocia* p. 171.

mannus enim Secundus in commentario ad numismata Sicula tab. XIII. duo numos iussit aeri incidi, quos Selinuntii in facti huius memoriam cuderant. Vterque numus in ara, ad quam fluuius Hypsas, humana figura induta *), sed cum insignibus paulo diuersis, sacrificat propter puritatem ac dulcedinem aquis restitutam, exhibet gallum, restitutae salutis symbolum, et taurum, Empedocli fortasse mactandum, et apii folium, symbolum Selinuntis. In altera vtriusque numi parte currui insidet Apollo, sagittam ex arcu emittens, hac tamen diuersitate, vt in altero numo citatissimae currant quadrigae, quo indicatur pestilentiae ab Apolline immissae [58]) grauitas et vehementia, Apollini vero adstet Empedocles, equos eius retenturus, deumque iratum et arcum iam intendentem altera manu quasi amplectens et auertens. In altero autem numo bigae, non quadrigae, conspiciuntur, eaeque lentiores, quas cohibet Empedocles: quo apparet significare Selinuntios voluisse, Empedoclis beneficio imminutam illam pestem tandemque suppressam fuisse. Sed nihil est neque in *Diodori* narratione, neque in numis

*) De aliis Siciliae populis, qui humanam figuram tribuerunt fluuiis, vid. *Aelian.* V. H. 2, 33.

58) Apollo enim fuit symbolum solis et aestus, atque adeo pestis inde oriundae. v. *Koeppen* ad *Homer.* Il. α, 53. p. 31.

Selinuntiorum, quod vel leuem τῆς γοητείας suspicionem mouere in Empedoclem recte possit. Immo hic quoque cernitur praeclara eius rerum naturalium scientia, quae cum maior esset, quam vt satis eam laudare posse sibi viderentur nominis Empedoclei admiratores, factum est vt nescio quam augustiorem, quam pro humana conditione, vim tribuerent Empedocli, qua ipsi Apollini potuerit resistere. Quod quidem figmentum potuit eo facilius credi a multis vel probabile saltem putari, quo magis illud conuenit cum figuris numorum Selinuntiorum.

Vt autem artis medicae quoque peritiam, quam non vulgarem Empedocli fuisse veteres [59]) tradunt, quidam non solum studio et industria et ingenio partam, sed ope daemonum comparatam opinarentur, effecisse quodammodo ipse videtur illo versu, quem supra iam attuli:

ἄξεις δ' ἐξ ἄϊδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

Verum siue compares haec verba cum verbis *Homeri* [60]):

αὖτις δ' ἀμπνύνθη, περὶ δὲ κνοιὴ Βορέαο
ᾔωρει ἐπιπνείουσα κακῶς πεκαφηότα θυμόν,

59) vt *Satyrus* ap. *Diog. Laert.* 8, 58. *Heraclides* ibid. §. 61. *Celsus* in praefat. ad medicinae libros p. 2. edit. *Leonardi Targae*, Patav. 1769. 4. *Suidas* in v. Παρμενίδης.

60) Il. ε, 697. sqq.

quae *Mmii* [61]) ratio est, qui multis veterum locis allatis ostendit, saluberrimum omnium ventorum esse boream, quippe qui etiam pestilentiam possit repellere, e qua ratione optime apparet causa, cur Empedocles hunc versum statim iunxerit praecedentibus, vbi de aliis ventis agebatur, ita vt in sequentibus exposuisse putari possit de modo vitam reddendi illis, qui adeo grauiter decumberent, vt vulgo mortui putarentur, siue arrogantiae et iactantiae, quae non parua fuisse videtur in nostro philosopho, partes quasdam tribuendas statuas, ita vt maiora, quam praestare posset, promiserit, siue cum Ill. *Harlesio* [62]) versum Empedocleum explices ex antiquissimorum carminum ratione, quam in eo fuisse constat, vt res a proprio atque historico sensu remotae, verbis valde impropriis, et ita vt in sensus caderent, traderentur, omninoque omnia fere variis fabulis et figmentis exornarentur [63 a]), siue denique cogites de placitis scholae Pythagoricae, quae infra [63 b]) exponere animus est: quamcunque, inquam, rationem sequendam putaueris, manifestum est, nomen *γόης* ad Empedoclem relatum

61) loco laudato p. 36.

62) in prolusione quarta de Empedocle non Magiae criminis reo, Erlang. 1790. fol.

63 *a*) v. *Kusteri* hist. critica Homeri p. 86. sq. ed. *Wolf.*

63 *b*) ad vers. 406.

nullo modo ita accipi posse aut debere, vt ille deos cogendi facultatem habuisse vel daemonum auxilio adiutus dicatur, quamuis hoc quidem et ab illius temporis imperitis hominibus et multo magis a sequentium saeculorum credula plebe creditum aliisque narratum et persuasum fuisse non negauerim. Videtur sane Empedocles vix tantum in se suspicionis excitaturus fuisse, nisi quaedam patrasset, quae inaudita illo aevo essent, atque adeo non in hominis potestate sita existimarentur.

Quippe ita formido mortaleis continet omneis,
Quod multa in terris fieri, coeloque tuentur,
Quorum operum causas nulla ratione videre
Possunt, ac fieri diuino numine rentur 64).

Talia autem sunt, quae *Hermippus* 65) narrat, Pantheam, mulierem Agrigentinam, desperatam iam a medicis, ab Empedocle valetudini redditam esse. Nimirum videtur haec femina, vel quod exanimis esset, a reliquis medicis pro mortua fuisse habita, vel ob morbi grauitatem morti tam propinqua, vt sanari sine daemonum deorumque auxilio non posset, post recuperatam autem valetudinem fingi posset a poetis, atque adeo ab Empe-

64) Ita canit *Lucretius* 1, 152 — 155.
65) ap. *Diog. Laert.* 8, 69.

docle, ex orco (ἐξ ἅιδαο) reducta. Satis notus est hic vsus loquendi poeticus. Sic Aesculapius dicitur fulmine periisse [66]), quod mortuos reddidisset vitae [67]). Ipse Empedocles similiter loquitur in epigrammate in Pausaniam medicum [68]):

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον Ἀγχίτου υἱὸν,
φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,
ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Περσεφόνης ἀδύτων.

Plura autem eorum exempla, qui elati reuixerunt, collegit *Plinius* [69]), quibus e recentioribus temporibus multa possent addi. Et videtur ipse Empedocles non vni Pantheae opem tulisse. *Heraclides* enim apud *Diogenem Laertium* [70]) auctor est, eum *Παυσανίᾳ* [71]) *ὑφηγήσασθαι*, i. e. *exposuisse*, *tradidisse*, *docuisse*, *τὰ περὶ τὴν* [72]) *ἄπνουν*, hoc

66) h. e. *ὑπὸ πυρετοῦ φλεχθεὶς ὀλέσθαι*, vt probabiliter explicat *Heraclitus* de incredibilibus c. 26.

67) v. *Pherecydis* fragmenta a me collecta p. 88.

68) ap. *Diog. Laert.* 8, 61. et inde in *Brunckii* analectis poetarum Graecorum T. I. p. 163.

69) H. N. 7, 52.

70) 8, 60, sq.

71) Ita etiam in *Suida* in v. *ἄπνους* legendum est pro *Παυσανίαν*.

72) In *Suida* l. l. pro his verbis: *τὰ περὶ τὴν*, simpliciter legitur *τὸν*, quo respexit fortasse *Talentonius*.

est, vt mihi quidem explicandum videbatur, *artem et rationem, qua curauerit illam examinem feminam, et qua similes morbi possent curari.* *Ioḥannes Talentonius* [73]) ἄπνουν Empedocli adscriptum et ab eo factum, interpretatur *medicamentum quoddam ad sanandos respiratione carentes.* Alii aliter. Verba enim *Diogenis* non sunt satis perspicua: τὴν γοῦν ἄπνουν ὁ Ἡράκλειτος (legendum est Ἡρακλείδης) [74]) φησὶ τοιοῦτόν τι [75]) εἶναι, ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσηπτον [76]) τὸ σῶμα. Scilicet, *Heraclidem Ponticum* scripsisse librum, qui ἄπνους inscriptus erat, dicit *Galenus* [77]), idoneus auctor, cuius verba huc transscribere non piguit: ἐγὼ δὲ, inquit, θεασάμενος πολλὰς γυναῖκας ὑστερικὰς (ὡς αὐταί τε σφᾶς αὐτὰς ὀνομάζουσιν, αἵ τ' ἰατρίναι πρότεραι, παρ' ὧν εἰκός ἐστι κἀκείνας ἀκηκοέναι τοὔνομα) τινὰς μὲν ἀναισθήτους τε ἅμα καὶ ἀκινήτους κειμένας, ἀμυδρότατόν τε καὶ μικρότατον

73) in variarum et reconditarum rerum thesaure, Frcf. 1605. 8. lib. 2. cap. 1. p. 223. sqq.

74) v. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 1, 12.

75) Hoc τι omisit *Suidas* in v. ἄπνους.

76) *Suidas* l. l. et *Hesychius Milesius* l. l. habent ἄσιτον.

77) de locis affectis 6, 5. T. VII. p. 517. sqq. edit. *Charter.*

ἐχούσας σφυγμὸν, ἢ καὶ παντελῶς ἀσφύκτους φαινομένας· ἐνίας δ' αἰσθανομένας τε καὶ κινουμένας καὶ μηδὲν βεβλαμμένας τοῦ λογισμοῦ, λιποδρανούσας τε καὶ μόγις ἀναπνεούσας· ἑτέρας δὲ συνελκομένας τὰ κῶλα· διαφορὰς ὑπολαμβάνω τῶν ὑστερικῶν παθημάτων εἶναι πλείους, ἤτοι κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ποιούσης αἰτίας, ἢ κατ' εἴδη τινὰ διαφερούσας ἀλλήλων. ἡ μὲν οὖν πρώτη λελεγμένη διαφορὰ κατὰ τὸ τοῦ Ποντικοῦ Ἡρακλείδου γεγραμμένον βιβλίον, ἀπορίαν ἔχει πολλὴν ὅπως γίγνεται. λέγεται γὰρ ἄπνους τε καὶ ἄσφυκτος ἐκείνη ἡ ἄνθρωπος γεγονέναι, τῶν νεκρῶν ἑνὶ μόνῳ διαλλάττουσα, τῷ βραχεῖαν ἔχειν θερμότητα κατὰ τὰ μέσα μέρη τοῦ σώματος· ἐπιγέγραπται γοῦν τὸ βιβλίον, ἄπνους Ἡρακλείδου. καὶ ζήτησιν ἔφη γεγονέναι τοῖς παροῦσιν ἰατροῖς, εἰ μήπω τέθνηκεν. Discimus igitur ex hoc loco, per τὴν ἄπνουν intelligendam esse feminam, et pro ἄσηπτον vel ἄσιτον reponi debere ἄσφυκτον, h. e. *pulsu alioue motu carentem*, feminam autem illam hac vna re diuersam fuisse a mortuis *),

*) A mortua distinguitur ἄπνους etiam in *Sapphus* carmine V. extr. in *Brunckii* analectis T. I. p. 56.

quod in mediis corporis partibus exiguum calorem habuerit, ita vt etiam quaestio exorta sit inter medicos, an nondum esset mortua. Deinde hic idem locus, vt locus *Origenis* [78]), satis luculenter docet, *Heraclidem* fuisse libri illius auctorem, ita vt verba *Diogenis Laertii* [79]): Ἡρακλείδης τὰ περὶ τῆς ἄπνου διηγησάμενος, simpliciter debeant ita explicari: *postquam, narrauit historiam de femina exanimi*, neque cum *Petro Petito* [80]) librum scripsisse dicendus sit *Pausanias*, quem Heraclides tantummodo explanauerit. Immo ipse Empedocles videtur quaedam scripsisse de illa femina, et inde Heraclides sua hausisse. In vniuersum memoratu dignissima sunt verba *Plinii* [81]): „feminarum sexus huic malo (nempe „τῇ ἀπνοίᾳ) [82]) videtur maximę opportunus,

78) contra Celsum 2, 16. ἐπεὶ δὲ τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ ψεύδουσιν οἱ ἄπιστοι, παραθησόμεθα μὲν καὶ Πλάτωνα λέγοντα (lib. 10. de rep. T. II. p. 614. B.), Ἦρα τὸν Ἀρμενίου μετὰ δώδεκα ἡμέρας ἐκ τῆς κυρᾶς ἐγηγέρθαι, καὶ ἀπηγγελκέναι τὰ περὶ τῶν ἐν ᾅδου· ὡς πρὸς ἀπίστους δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς παρὰ τῷ Ἡρακλείδῃ ἄπνου, οὐ πάντῃ ἔσται εἰς τὸν τόπον ἄχρηστα. v. *Spencer.* ad h. l.

79) 8, 67.

80) ap. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 1, 12. Etiam *Ambrosius* Camaldulensis, Latinus *Diogenis* interpres, videtur ita intellexisse.

81) H. N. 7, 52.

82) Obiter hic ponere liceat verba *Ioh. Gorraei* in defi-

„conuersione vuluae: quae si corrigatur, spi„ritus restituitur. Huc pertinet nobile illud „apud Graecos volumen Heraclidis, septem „diebus feminae exanimis ad vitam reuoca„tae.“ Ex his enim perspicuum est, ἄπνουν illam fuisse ex earum mulierum numero, quae ὑστερικαὶ γυναῖκες vocantur [83]), neque adeo cum *Hieronymo Mercuriali* [84]) ipsum morbum vocandum esse ἄπνουν, neque vteri praefocationem, quod eidem viro docto placebat, posse intelligi. Nam *Plinius* loquitur de conuersione vuluae, quae a Graecis [85]) vocatur ὑστέρας διαστροφὴ, cum vteri praefocatio Graece nominetur ὑστερικὴ πνιξ, ab *Aristotele* [86]) πνιγμοὶ ἐν ταῖς ὑστέραις, a *Plinio* [87]) strangulatus vuluae. Ex hac vtraque

nitionibus medicis, Frcf. 1578. fol p. 43. ἄπνοια est resolutio instrumentorum, quibus respiratio efficitur. Sic autem a symptomate dicta est, quod eam resolutionem spirandi priuatio consequatur. Quod tamen non ita accipi debet, quasi spiratio in totum abolita sit (neque enim manere posset vita), sed quod tam exigua sit, vt sensibus nulla deprehendatur, quemadmodum accidit in vteri strangulatu, apoplexia et lethargo. Cf. p. 485. et *Mosis Maimonidis* doctor perplexorum 1, 42.

83) v. c. a *Galeno* l. l. et a *Dioscoride* 3, 67. Cf. *Huet.* demonstrat. euangel. Propos. IX. cap. 142. §. 10.

84) varr. lectt. 4, 14.

85) vt a *Dioscoride* 1, 38.

86) hist. animm. 7, 2.

87) H. N. 20, 18.

autem vteri affectione nasci potest ἡ ἄπνοια, non vteri praefocatio est ἄπνοια ipsa. Deinde ex ilsdem, quae supra attuli, *Plinii* verbis apparet, non triginta, vt perperam et improbabiliter apud *Diogenem* et *Suidam* scribi videmus, sed septem tantum diebus exanimem fuisse illam mulierem: quod sane nunc quoque interdum fieri constat. Poterat monstrosa illa triginta dierum ἄπνοια tum per se suspecta esse, ea ipsa de causa, quod monstrosa est *), tum quia *Galenus* et *Origenes* nullam omnino temporis mentionem faciunt, et quia numerum patet a *Suida* non verbo indicatum, sed nota et sigla significatum fuisse. In *Suida* enim est λ ἡμέρας. Apud hunc igitur reponendum est ζ ἡμέρας, et in *Diogenis* libris ἑπτὰ, nisi forte ab ipso *Heraclide*, qui extollere cuperet Empedoclis facultatem medicam, hunc errorem illatum dicere malimus. Quam sententiam sane probandam putarem, quia ipse *Diogenes* [88]) dicit: διὰ παντός ἐστιν Ἡρακλείδης τοιοῦτος παραδο-

*) Quod enim *Pechlino* auctore narratur in *Critische Untersuchung der Geschichte des alten und neuen Testaments von der Erweckung einiger Verstorbenen zum Leben*, (Lips. 1793. 8.) p. 16. adolescentem aliquem, post duos et quadraginta dies ex aquis extractum, vitam recepisse, id an verum sit, dubitare adhuc liceat.

88) 8. 72.

ξολόγος, nisi obstarent *Plinii* verba supra adscripta. Vt vero ex hac historia non minus quam e superioribus luculenter perspicitur, rectissime iudicasse *Plinium* [89]), cum haec scripsit: „magiam natam primum e medicina nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse velut altiorem sanctioremque quam „medicinam," [90]) neque adeo de vllo daemonum auxilio hic cogitandum esse [91]): ita multo magis a magiae et γοητείας crimine absoluendus est Empedocles in iis, quae nunc supersunt narranda. Scilicet, vt vtar verbis *Boethii* [92]), Empedocles, cum eius hospitem quidam gladio furibundus inuaderet, quod eius patrem ille accusatione damnasset, inflexisse dicitur modum canendi, itaque adolescentis iracundiam temperasse. Idem narrant *Scholiastes Hermogenis* [93]) et *Iamblichus* [94]),

89) H. N. 30, 1.

90) De hoc loco videndus est *Buddeus* de atheismo et superstitione, Ien. 1717. 8. p. 695. sq. qui recte monet, *Plinii* verba intelligenda esse de magia falso iactata.

91) Ipse *Heraclides* ap. *Diog. Laert.* 8, 67. dicit simpliciter, ὡς ἐδοξάσθη Ἐμπεδοκλῆς, ἀποστείλας τὴν νεκρὰν ἄνθρωπον ζῶσαν. Alii h. l. sine causa legi iubent ἀναστήσας pro ἀποστείλας, quod etiam *Hesychius Milesius* habet p. 31.

92) de musica cap. 1. p. 1373. ed. Basil. 1575. fol.

93) p. 383. Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, ὁ Πυθαγόρου μαθητής, ὁ Κωλυσανέμας ἐπίκλην, σπασαμένου τινὸς ἤδη κατὰ τοῦ πλησίον τὸ ξίφος, ὃς ἐδόκει τὸν πα-

qui et nomen eius, qui in periculo caedis fuerit, et carmen, quo caedes sit impedita, diligentius indicat. Et hoc quidem fuisse ait illud Homericum [95]):

αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔκηνον,
νηπενθές [96]) τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
Ὅς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη,
οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,
οὐδ' εἰ οἱ κατατεθναίη μήτηρ τε πατήρ τε,
οὐδ' εἰ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν ἢ φίλον υἱὸν
χαλκῷ δηϊόφεν, ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῷτο.

Hominem autem, quem Empedocles liberauit, vocat Ἄγχιτον, eumque inde ab eo tempore discipulorum Empedoclis spectatissimum (τῶν γνωρίμων τὸν δοκιμώτατον) fuisse narrat. Videtur hic Anchitus pater fuisse illius Pausaniae medici, quem Empedoclis

τέρα τοῦ θυμουμένου ἀνηρηκέναι, ἀνακρουσάμενός τι καταστηματικὸν τῇ κιθάρᾳ μέλος, ἣν ἔτυχε μετὰ χεῖρας ἔχων, διακώλυσε τὸν φόνον γενέσθαι, χαλάσας τοῦ νεανίσκου τὸν θυμὸν μαλθακωτέρῳ ῥυθμῷ.

94) vit. Pythag. §. 113. sq.

95) Odyss. δ, 220. sqq.

96) De Homeri Nepenthe s. de Helenae medicamento luctum abolente *Petrus Petitus* reliquit dissertationem, editam Trai. ad Rhen. 1689. 8. Sed ea tota pertinet ad rem medicam, nec de Empedoclis facto supra descripto quicquam habet. Nimirum νηπενθὲς medicis est *succus e papauere expressus.*

amasium vocant *Aristippus* et *Satyrus* [97]), et cui non solum epigramma scripsit, quod supra attulimus, sed etiam ὑφηγήσατο τὰ περὶ τὴν ἄπνουν, et carmen suum περὶ φύσεως inscripsit. Erat enim Pausanias medicus doctissimus ac nobilissimus, quod vel haec verba *Galeni* [98]) demonstrant: καὶ πρόσθεν μὲν ἔρις ἦν οὐ σμικρὰ, νικῆσαι τῷ πλήθει τῶν εὑρημάτων, ἀλλήλοις ὀριγνωμένων τῶν ἐν Κῷ καὶ Κνίδῳ· διττὸν γὰρ ἔτι τοῦτο τὸ γένος ἦν τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἀσκληπιαδῶν, ἐπιλιπόντος τῶν κατὰ Ῥόδον· ἤριζον δ' αὐτοῖς τὴν ἀγαθὴν ἔριν ἐκείνην, ἣν Ἡσίοδος ἐπήνει, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας ἰατροὶ, Φιλιστίων καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παυσανίας, καὶ οἱ τούτων ἑταῖροι. καὶ τρεῖς οὗτοι χοροὶ θαυμασιοὶ πρὸς ἀλλήλους ἀμιλλωμένων ἐγένοντο ἰατρῶν. Haec igitur historia per se ipsa, nullis argumentis additis, absoluit Empedoclem, laudemque ei conciliat. Quotusquisque enim est, qui nesciat vim musicae in tempore adhibitae, praesertim cum multi viri docti, et veteres et recentiores [99]), etiam

97) ap. *Diog. Laert.* 8, 60.

98) therapeut. lib. 1. T. IV. p. 35. edit. Basil.

99) v. c. *Aelianus* V. H. 14, 23. vbi v. *Schoeffer.* item *Basilius Magnus* de legendis scriptoribus Graecis p. 60. sq. edit. meae. *Gellius* N. A. 4, 13. *Plinius* H. N. 28, 2. *Sui-*

exemplis allatis id demonstrauerint? Quis item ignorat, Italos iam olim quoque fuisse studiosissimos musicae, Pythagoreos autem huic arti vim insignem praecipuumque honorem tribuisse? Quis denique non admirandum laudandumque existimet hominem omni modo per artem et doctrinam suam popularibus et aequalibus prodesse conantem?

Iam vt hoc quoque attingam, quod reliqui Empedoclis defensores [100]) praeterierunt,

das in v. Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου. *Athanasius Kircherus* in musurgia, Amst. 1662. fol. *Isaacus Vossius* de viribus rhythmi, Oxon. 1673. 8. *Mich. Ern. Ettmüller* de effectu musicae in hominem, Lips. 1714. 4. *Philippus Camerarius* in operis horarum subcisiuarum, Centur. I. cap. 18. p. 99. sq. Centur. II. cap. 81. p. 317. sqq. Centur. III. cap. 97. p. 362. sqq. *Riccius* in dissertationibus Homericis p. 194. sq. ed. Lips. 1784. 8. qui in vniuersum ibi disserit, aeque ac *Camerarius*, in hanc sententiam, vt morbos nonnullos musica posse curari affirmet, *Theophrasti* quoque auctoritate vsus. (vid. *Athenae.* 14, p. 624. A.) *Vossius* de natura artium 1. 4. 12 — 16. *Casp. Loescherus* de Saule per musicam curato. Viteb. 1688. 4. p. 60 — 66. Cf. quos laudauit *Fabricius* in bibliograph. antiquar. p. 525. sq. et *Brucker.* hist. crit. philos. T. I. p. 1059. Sed *Philodemi* librum περὶ μουσικῆς, e villa quadam Herculanensi erutum, etiamsi conferre licuisset, vix tamen huc posse referri, patet ex iis, quae dicta sunt in *Winkelmanni* Sendschreiben von den Herculanischen Entdeckungen, Dresd. 1762. 4. p. 79. et 90.

100) vt *Gabr. Naudaeus* in libro sic inscripto: Apologie pour les grands Personnages, faussement soupçonnez de Magie, à Paris, 1625. 8. p. 277. sqq. sine p. 287 — 294. ed.

μάντιν eum ab *Heraclide* [101]) vocari, et inter προφήτας referri a *Tzetza* [102]), non mirandum est, et quam vim illa vocabula habeant, aperte cognosci potest ex eo, quod Heraclides iungit haec duo: ἰατρὸν καὶ μάντιν. Res futuras enim alias nullas praedixit aut praedicere putandus fuit, quam quae a peritissimo ac doctissimo quoque medico et physico de morbis tempestatibusue praeuideri atque praedici possunt. Faciunt huc loci *Clementis Alexandrini* [103]) et *Tzetzae* [104]). Ille enim vtitur

Amsterd. 1712. 8. Cuius libri Germanica etiam versio, sed non nominato auctore, prodiit hoc titulo: *Über den Zauberglauben und andere Schwärmereien; oder Vertheidigung berühmter Männer, die von ihren Zeitgenossen für Zauberer gehalten worden*, Lips. 1787. 8. vbi huc pertinent p. 154—168. Ill. *Harles* in quatuor prolusionibus de Empedocle non magiae criminis reo, Erlang. 1789. sq. fol. Cf. *Buddeus* de atheismo p. 700. sq.

101) ap. *Diog. Laert.* 8, 61.

102) Chill. 7, 546. sqq.

103) stromm. 1, p. 384. A. προγνώσει καὶ Πυθαγόρας ὁ μέγας προσανεῖχεν ἀεὶ — καὶ Ζωροάστρης ὁ Μῆδος, Ἐμπεδοκλῆς τε ὁ Ἀκραγαντῖνος, — ἐπί τε τούτοις, Σωκράτης ὁ Ἀθηναῖος μάλιστα.

104) Chill. 4, 524. sqq.

ἐφρόνουν πάλαι μέγα —
τῷ παύειν δ' ὄμβρους καὶ αὐχμοὺς, καὶ προγινώσκειν πάντα,
Θαλῆς καὶ Πυθαγόρας τε σὺν τῷ Ἀναξαγόρᾳ,
Ἐμπεδοκλῆς Μελίτωνος, ὁ καὶ Κωλυσανέμας.

nomine πρόγνωσις, hic verbo προγινώσκειν, quae videntur maxime dici de medicis. Saltem prognosticon saepe apud *Ciceronem* ita legitur, vt respiciatur ad physica, et *Galenus* scripsit peculiares libros, περὶ τοῦ προγινώσκειν, περὶ προγνώσεως, περὶ προγνώσεως διὰ σφυγμῶν, et πρόγνωσιν πεπειραμένην. Quae explicandi ratio egregie confirmari potest recentiorum temporum historia [105]). Sed si cui tamen illa forte displiceat, qui viderit, apud *Clementem* etiam Socrati πρόγνωσιν tribui, quae haud dubie ad eius daemonium est referenda, is *Clementem* atque *Tzetzem* putet in vniuersum et de genere dixisse, *Heraclidem* de specie.

§. 6.

Neque vero suae tantum aetatis hominibus popularibusque suis coram docendo et artem medicam exercendo voluit vtilitatem afferre Empedocles, sed posteris etiam per scripta prodesse, et suae quondam rerum naturalium

105) Vt enim alia multa notiora exempla praetermittam, Friderici Delphini saltem mentionem facere liceat, quem *Nic. Comnenus Papadopoli* in historia Gymnasii Patauini (Venet. 1726. fol.) T. I. p. 305. narrat Venetiis medicinam fecisse tam certo prognosticorum euentu, vt ex hoc maxime cucullatis suspectus, vix non in carcerem, de iis quae praedicebat rationem redditurus, raperetur.

scientiae perenne monumentum relinquere. Et primum quidem, quod a me commemorandum est, idemque ambitu maximum, est celebratum illud περὶ φύσεως opus, quod *Lucretius*, vt constat, in praeclaro suo de rerum natura poemate imitatus est. Laudatur hoc opus, quod etiam τοὺς Καθαρμοὺς complexum videtur, saepe a veteribus, sed non eodem semper nomine. A *Diogene* [1]) quidem vocatur ὁ περὶ φύσεως λόγος et τὰ περὶ φύσεως, et *Suidas* [2]) quoque Empedoclem dicit scripsisse δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων. Quam inscriptionem veram esse et ab ipso auctore profectam, diserte docet *Galenus* [3]): τὰ τῶν παλαιῶν, ἅπαντα περὶ φύσεως ἐπιγέγραπται, τὰ Μελίσσου, τὰ Παρμενίδου, τὰ Ἐμπεδοκλέους, Ἀλκμαίωνός τε καὶ Γοργίου καὶ Προδίκου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. et rursus alio loco [4]): τοιαῦτα εὕροις ἂν ἅπαντα τὰ περὶ φύσεως ἐπι-

1) 8. 55. 60. 77.

2) in v. *Ἐμπεδοκλῆς*. Cf. in v. *Ζήνων*.

3) *περὶ στοιχείων* lib. 1. T. I. p. 56, 36. ed. Basil.

4) ad *Hippocrat. περὶ φύσιος ἀνθρώπου* hypomn. 1. T. V. p. 1, 41. Addi potest *Diog. Laert.* 9, 22. Parmenides διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς. Et multo magis huc pertinet locus *Lactantii* 2, 12. „Empedocles — de rerum natura ver„sibus scripsit, vt apud Romanos Lucretius et Varro."

γεγραμμένα βιβλία τῶν παλαιῶν φιλοσόφων, Ἐμπεδοκλέους, Παρμενίδου, Μελίσσου, Ἀλκμαίωνος, Ἡρακλείτου. Saepe dicitur ἔπη, vt a *Plutarcho* [5]), *Simplicio* [6]), *Eusebio* [7]), *Clemente Alexandrino* [8]), etiam ἐπικὴ ποίησις [9]). Quae quidem appellatio recte e forma poematis externa deriuatur. Physicam enim philosophiam conclusit Empedocles versibus hexametris s. epicis. Quorum cum esset non exiguus numerus, potuit carmen improprie dici epicum, quòd ipsum fieri solet de Lucretii poemate [10]). Quia vero eodem περὶ φύσεως opere Empedocles multa argumentis firmare ac demonstrare conatus erat, ideo ab *Aristotele* [11]) appellatur ἀποδείξεις καὶ ἔπη. Sic quia de origine mundi, de sacrificiis et theogonia, de animalium virtutibus, de quinta

5) de audiendis poetis T. II. p. 16. C. p. 17. E. de defectu oraculorum p. 418. E.

6) ad *Aristot.* phys. 1. p. 7. b. de coelo 1, p. 32. a.

7) praep. euang. 5, 4. p. 185.

8) stromm. 6, p. 630. C. pro quo in *Diogene Laertio* 8, 59. legitur ποιήματα.

9) Ita vocatur a *Dionysio Halicarnassensi* περὶ συνθέσεως ὀνομάτων c. 22.

10) v. *Reines.* varr. lectt. 1, 19. *Bentleii* opuscula philologica, Lips. 1781. 8. p 364. sq. *Sulzeri* theoria artium T. II. p. 401. ed. Lips. 1786. 8.

11) Ethic. Nicom. 7, 5. et Eudem. 6, 3.

essentia, omninoque de philosophia, inprimis physica, in hoc opere egerat, propterea Empedocles dicitur a *Plutarcho* [12]) *περὶ κόσμου γράφων καὶ τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας*, a *Simplicio* [13]) *κοσμοποιῶν*, et laudatur ab eodem *Simplicio* [14]) vel potius ab ipso *Aristotele* [15]) *ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ*, rursus a *Simplicio* [16]) *περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως*, a *Tzetza* [17]) *ἐν τῷ περὶ νείκους*, a *Porphyrio* [18]) *περὶ τῶν θυμάτων καὶ περὶ τῆς θεογονίας*, ab *Aeliano* [19]) *περὶ ζώων ἰδιότητος*, a *Lampria* [20]) *περὶ τῆς ἑ οὐσίας*, a *Plutarcho* [21]) *ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας*, ab *Aristotele* denique [22]), *Simplicio* [23]) et interprete Horatii Cruquiano [24]) *ἐν τοῖς φυσικοῖς*. In tres saltem

12) de animi tranquillitate T. II. p. 472. D.

13) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 145. b.

14) ad *Aristot.* phys. 2, p. 74. b.

15) physic. 2, 4.

16) ad *Aristot.* de coelo 1, p. 68. b.

17) ad *Lycophr.* 507.

18) de abstinentia animm. 2, p. 157.

19) hist. animm. 16, 29.

20) in catalogo scriptorum Plutarchi (ap. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. III. p. 335. siue Vol. V. p. 160. ed. *Harles.*) nr. 42.

21) de exilio T. II. p. 607. C.

22) meteorolog. 4, 4.

23) ad *Aristot.* phys. 1, p. 7. b. phys. 2, p. 74. b.

24) ad art. poet. p. 638.

libros hoc opus diuisum fuisse, etiamsi non dixisset *Suidas* [25]), ex eo patet, quod *Plutarchus* [26]) et *Simplicius* [27]) Empedoclem laudant ἐν τῷ πρώτῳ φυσικῷ et ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν, idem *Simplicius* [28]) ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν φυσικῶν, et *Tzetzes* [29]) τῷ τρίτῳ τῶν φυσικῶν. Neque diuersi ab hoc opere videntur ὕμνοι φυσικοὶ, a *Menandro* [30]) nominati, h. e. carmina, in quibus dii eorumque nomina et facta ad physicas rationes reuocabantur. Etiam *Philostratus* [31]) Empedoclem dicit ὕμνους composuisse, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου ἔσοιτο, h. e. quibus se immortalem fore diceret. Quod ipsum quia in Καθαρμοῖς docuit, Καθαρμοὶ autem ad physicorum libros referri solent, potest his hymnorum nomen etiam ea de causa datum putari, quia deo-

25) in v. Ἐμπεδοκλῆς.

26) de placitis philosophor. 1, 30.

27) ad *Aristot.* phys. 1, p. 34. a.

28) ad *Aristot.* phys. 2, p. 86. b.

29) Chill. 7, 523.

30) de encomiis c. 2. p. 30. ed. *Heeren.* et c. 5. p. 39. vbi ὕμνους φυσικοὺς interpretatur, ὅταν Ἀπόλλωνος ὕμνον λέγοντες, ἥλιον αὐτὸν εἶναι φάσκωμεν, καὶ περὶ τοῦ ἡλίου τῆς φύσεως διαλεγώμεθα, καὶ περὶ Ἥρας ὅτι ἀὴρ, καὶ Ζεὺς ὅτι τὸ θερμόν. Mox cum ὕμνοι φυσιολογικοὶ sint vel ἐξηγηματικοὶ, vel ἐν βραχεῖ προαγόμενοι, e priori genere ait esse Empedocleos.

31) in vita Apollonii 8, 7, 6.

rum laudem in iis non neglexerat philosophus, aut quia vel sola rerum naturalium diligens expositio ad numinis diuini laudem facere censenda est. Vtut sit, προοίμιον illud εἰς Ἀπόλλωνα, quod ab Empedocle scriptum esse legitur [32]), quanquam, *Ammonio* [33 a]) auctore, de Apolline ἦν αὐτῷ προσεχῶς ὁ λόγος, nullo modo ad hos hymnos pertinere posse, res ipsa declarat. Nam soror eius, vel, vt *Hieronymus* dicit, filia, narratur illud inuita combussisse. Sed per Apollinem videtur τὸ ἓν intelligi. Nam *Plutarchus* [33 b]), δοκῶ δ' ἔγωγε, inquit, καὶ τὸ τὴν μονάδα τοὺς ἄνδρας (np. Πυθαγορικοὺς) ὀνομάζειν Ἀπόλλωνα, καὶ τὴν δυάδα Ἄρτεμιν, Ἀθηνᾶν δὲ τὴν ἑβδομάδα, Ποσειδῶνα δὲ τὸν πρῶτον κύβον, ἐοικέναι τοῖς ἐπὶ τῶν ἱερῶν in Aegypto ἱδρυμένοις. Et alio loco [33 c]): οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς καὶ σχήματα θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις. τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον, ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ καὶ τριτογένειαν — τὸ δὲ ἕν,

32) ap. *Diog. Laert.* 8, 57. et *Eudociam* p. 170. De nomine προοίμιον v. *Menag.* ad *Diog.* l. l.

33 *a*) ad *Aristot.* περὶ ἑρμηνείας p. 172. b. ed. 1546.

33 *b*) de Is. et Osir. c. 10.

33 *c*) ibid. c. 75.

Ἀπόλλωνα —· Ἔριν δὲ, τὴν δυάδα —· Δίκην δὲ, τὴν τριάδα.

Aliud nobile Empedoclis opus fuit, quod Καθαρμοὶ erat inscriptum, et e *Diogenis Laertii* [34]) verbis videtur fuisse pars librorum περὶ φύσεως. Laudatur quidem saepius ab antiquis scriptoribus, vt ab *Apuleio* [35]), a *Theone Smyrnaeo* [36]) et *Athenaeo* [37]), qui, vt *Diogenes Laertius* [38]), ex aliis refert, in Olympiis decantatos esse τοὺς Καθαρμοὺς a Cleomene rhapsodo [39]). Initium huius operis seruauit *Diogenes* [40]). Sed quodnam eiusdem argumentum fuerit, non satis constat inter viros doctos, quia carmen ipsum adhuc non fuit editum. Neque enim plane deperditum esse, collegeram ex *Iohannis Aurispae*, qui saeculo quinto decimo vixit, ad Ambrosium Camaldulensem literis [41]), vbi Aurispa se e Graecia

34) 8, 77.

35) apolog. p. 291. ed. *Elmenhorst.* „suspecta est (magiae) Empedocli Καθαρμοί."

36) mathemat. p. 162.

37) 15, p. 620. C.

38) 8, 63.

39) Cf. *Scaliger* de re poet. 1, 41. et *Reines.* varr. lectt. 1, 19. p. 73. et *Dresigii* commentat. de rhapsodis, Lips. 1734. 4. p. 42.

40) 8, 54. et 62. et 66.

41) in *Martene* veteribus monumentis, T. III. (Paris. 1724. fol.) p. 713.

attulisse narrat καθαρμοὺς Ἐμπεδοκλέους. Sperans igitur, fieri posse vt reperiatur in Italiae bibliothecis instructissimis, et diu desideratum tandem reddatur orbi erudito, scripseram viro egregie docto, nec minus humanitate ac probitate morum quam doctrinae praestantia et nominis celebritate venerando, *Iacobo Morellio*, bibliothecae Marcianae Venetiis custodi, rogans et meo et doctissimi cuiusque nomine, vt opus illud diligenter per Italiam inuestigaret, inuentumque describi ac mihi mitti iuberet. Verum non respondit ad spem euentus. Rescripsit enim *Morellius* haec: „Scriptorum Empedoclis in bibliothecis Italiae „praecipuis perquisitio vtinam pro votis no„stris euasisset. At Romae, Florentiae, Fer„rariae, Mediolani, Neapoli frustra ab ami„cis hominibus opera hac in re posita est. „Ne tota haec inquisitio mihi omnino displi„ceat, hoc vnum facit, quod cum codicem „ipsum Eremi Camaldulensis, ex quo Marte„nius epistolam Aurispae ad Ambrosium Ca„maldulensem edidit, ab homine bene perito „conferri curassem, eum ita se habere resciui: „*Oppidum de venatu, item de naturis pisciuin, „sed id rarum non est. Phocylidem*, καὶ τι„νὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους. Laurentius „Mehus, vir ceteroquin eruditus, qui Ambro„sii epistolas aliorumque ad ipsum anno 1759 „Florentiae (in fol.) repraesentauit, episto-

„lam eandem cum ex eo ipso codice ederet, „ita dedit: *Phocylidem* .... ἐμπεδόκλον. „Editorem hunc ancipitem fortasse reddidit „character Graecus, in quo littera ν veteri „more, in editionibus etiam antiquis non„nullis adhibito, ita scripta est μ, vt pro „τινὰ videatur τιρά. Quomodocunque tamen „se res habuerit, Aurispam non καθαρμοὺς, „bene vero καὶ τινὰ scripsisse, vt omnino „putem adducor. In bibliotheca praesertim „Laurentiana, quae Florentiae est, vt dili„gens peruestigatio fieret, laboraui; quando„quidem a *Ciaconio* in bibliotheca scriptum „legeram: *Scripsit Empedocles carmine heroico „de rerum natura siue de philosophia naturali „libros tres, sicut et apud Romanos Lucretius, „quorum fragmenta in bibliotheca Medicea Grae„ce manuscripta hodie extant.*†) Neque ta„men fragmenta haec inuenta sunt." Haec *Morellius*, cui viri docti omnes, scio, gratiam mecum habebunt, quod rem obscurissimam assiduitate sua diligentiaque egregie illustrauit, vt iam facile nemo sit editionem integri operis Empedoclei exspectaturus. Sane, vt quid sentiam ingenue fatear, videntur omnia Empedoclis scripta, quamuis tanti olim aestimata, vt passim versus ex illis a veteribus

†) Addi poterat *Fazellus*, qui in opere ad §. 3. p. 18. laudato idem dicit, quod *Ciaconius*.

afferrentur non addito Empedoclis nomine *), iam primis post Christum natum saeculis fuisse deperdita. Possint quidem huic meae sententiae repugnare videri verba *Hieronymi* [42]): „fac me errasse in adolescentia, et „philosophorum, id est, gentilium studiis „eruditum, in principio fidei dogmata igno„rasse Christiana: et hoc putasse in aposto„lis, quod in Pythagora et Platone et Empe„docle legeram." Sed quomodo haec intelligenda sint, ipse docet alio loco [43]), vbi verbis paulo ante allatis haec addit: „De „dogmatibus eorum, non de libris locutus „sum, quae potui in Cicerone, Bruto ac Se„neca discere." Et rursus [44]): „In quo igi„tur erraui, si adolescens dixi, me ea pu„tasse in apostolis, quae in Pythagora et Pla„tone et Empedocle legeram? Non vt tu „calumniaris et fingis, in Pythagorae et Pla„tonis et Empedoclis libris, sed quae in illis „fuisse legeram, et aliorum me scripta eos „habuisse docuerunt." Nemo igitur mirabi-

*) v. *Reines.* V. L. 1, 19. p. 73.

42) Epist. 65. T. II. opp. p. 130. C. ed. *Tribbechov.* siue epist. 84. T. I. p. 524. A. ed. *Vallars.*

43) lib. 3. contra Ruffinum T. II. p. 166. E. ed. *Tribbechov.* T. II. p. 565. B. ed. *Vallars.*

44) T. II. p. 167. A. (T. II. p. 567. B.) Huc pertinet etiam locus *Eusebii* praep. euang. 10, 3. p. 468. A σκάπια δὲ τὰ τῶν πρὸ τοῦ Πλάτωνος γεγονότων βιβλία.

tur, qui relatum legerit, scripta Empedoclis non amplius superfuisse Iohannis Philoponi aetate, h. e. saeculo post Christum natum septimo *). Si quis tamen nunc quoque Empedoclis scripta superesse credendum putauerit, eum video non inepte nec improbabiliter vti posse loco scriptoris Arabis [45]), quem §. 2. a *Morellio* amicissime mihi suppeditatum reddidi, et verbis *Ciacconii* paulo ante allatis. Itaque cum nihil certi hoc in genere possit nunc quidem constitui, contentos esse nos oportet de argumento τῶν Καθαρμῶν coniecturis virorum doctorum, quarum praecipuas referre non videtur ab instituto nostro alienum. Et primo quidem loco ponendam arbitror *Lomeieri* [46]) opinionem, vtpote vocabuli etymo maxime adiutam. Scilicet doce-

*) Manifestum id est e verbis *Philoponi* infra §. 14. ad n. 136. allatis. Caeterum Cel. *Villoisonus* in prolegomenis ad *Homeri* Iliada p. XXXVIII. dicit, eum circa saeculi quinti finem natum esse. Quae viri doctissimi sententia num pro vera habenda esset, equidem dubitabam.

45) Sic *Adamus Ebertus* in literis de eruditione Arabum et Turcarum, quae insertae sunt Actis Eruditorum Lipsiensibus T. VII. Supplementorum (1721. 4.) Sect. IX. p. 419. „Empedoclis, inquit, ingens ibi notitia, Siciliae et Graecorum philosophi: variis eius libris ob id allatis." Quae relatio sane digna est ad quam viri docti attendant. Cf. infra §. 11. ad n. 38.

46) in Epimenide s. de veterum gentilium lustrationibus (Zutphan. 1700. 4) p. 183. sq.

bantur Pythagorei, ab omnibus abstinendum esse, quae voluptatem animo afferrent, et corpus mortale ad Venerem incitarent, atque deinde hac abstinentia et continentia id efficiendum, vt animus quasi vinculis corporeis solueretur, in quorum numero etiam cibi quidam ponebantur. Sed instituebantur etiam a Pythagoreis solemnes quidam καθαρμοὶ, iique vel publici vel priuati. Ritus igitur, qui in talibus publicis καθαρμοῖς obseruandi essent, descriptos ab Empedocle fuisse existimat *Lomeierus*, *Salmasium* [47]) secutus. Neque longe ab hac sententia *Bentleius* [48]) discedit, cui τοῖς καθαρμοῖς Empedocleis aut populi et nationes pestem, terrae motum, prodigia, aut priuati homines mala, somnia, caedes, expiasse videntur, vel potius, inquit, καθαρμοὶ sunt purificationes animi, ad morem Pythagoreorum, quae toties commemorantur ab *Hierocle*, *Iamblicho*, aliis. *Fabricius* [49]), probante *Stollio* *), nobilem horum

47) in praefat. ad *Cebetis* tabulam et paraphrasin Arabicam aureorum carminum fere extrema. Cf. *Buddei* exercit. hist. philos. de Καθάρσει Pythagoraeo - Platonica, in eius Analectis historiae philos. Hal. 1706. 8. p. 361 — 405. qui tamen minus accurate rem tractat.

48) Opusc. philolog. p. 365.

49) Biblioth. Graec. Vol. I. p. 469. (p. 794. ed. *Harles.*) et ad *Sext. Empir.* adv. Mathematt. 1, 302. p. 283.

*) *Hist. der Gelahrheit* p. 586. ed. 2. Ien. 1724. 4.

Καθαρμῶν particulam fuisse putat aurea carmina, quae vulgo Pythagorae tribuuntur, e quo eum statuisse patet, complexum esse hoc opus praecepta de officiis vitae ciuilis, de cultu deorum, de moribus. Sed vt alia taceam, quae huic Fabricii coniecturae reote possunt opponi, hoc solum commemorandum nunc quidem puto, *Hieroclem* in commentario ad aurea carmina (p. 232.) neque Empedoclem neque omnino vnum statuere eorum auctorem, quippe quae fuerint *ὅλου τοῦ ἱεροῦ συλλόγου ἀπόφθεγμα κοινὸν*, neque in aureis carminibus vestigia reperiri magiae **), cuius tamen suspectos esse Empedoclis *Καθαρμοὺς* *Apuleius* [50]) tradidit. Videtur potius Empedocles in *Καθαρμῶν* opere non solum praecepta tradidisse de purificando et perficiendo per virtutem et veritatem animo ac mente, atque adeo de abstinentia, de initiationibus aliisque religiosis cerimoniis, item de variis verum cognoscendi rationibus, inprimis Mathematica et Dialectica, exposuisse, quae sane pertinebant ad magiam religiosam, sed etiam quaedam admiscuisse de rebus physicis et medicis, inprimis de *προγνώσει*, quae quin

**) Cf. *Olear.* ad *Stanlei.* hist. philos. p. 429.

50) v. not. 35.

excitare facile magiae suspicionem potuerit, nemo dubitat [51]).

Multo breuior fuit ὁ ἰατρικὸς λόγος, a *Diogene Laertio* [52]) memoratus. Eo enim auctore complexus est versus fere sexcentos. Sed difficultatis aliquid habent verba *Suidae* [53]): ἔγραψε δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων βιβλία γ'. καὶ ἔστιν ἔπη ὡς β'. ἰατρικὰ καταλογάδην. Etsi enim verba καὶ ἔστιν ἔπη ὡς β' referenda putes ad praecedentia, ad opus περὶ φύσεως *), et ita explices: *sunt versus bis fere mille*: tamen dupliciter in Suida erratum esse videatur ob haec *Diogenis Laertii* verba: τὰ μὲν οὖν περὶ φύσεως αὐτῷ, καὶ οἱ καθαρμοὶ, εἰς ἔπη τείνουσι πεντακισχίλια, ὁ δὲ ἰατρικὸς λόγος εἰς ἔπη ἑξακόσια. nisi forte dicere malis, τοὺς Καθαρμοὺς continuisse tria versuum millia, vt de ἰατρικοῖς tantum errasse iudicetur *Suidas*, et de his vt erraret effecisse nomen λόγος apud *Diogenem*, quod sane plerumque de libris

51) Cf. *Bonamy* p. 68. sq. quem maxime hic secutus sum.

52) 8. 77.

53) in v. Ἐμπεδοκλῆς.

*) quod fecit *Franc. Patricius* in libro supra laudato 1, p. 72.

prosa oratione scriptis dici solet [54]). Codex *Diogenis* Vindobonensis LIX. habet πεντακόσια pro πεντακισχίλια, et verba ὁ δὲ ἰατρικὸς — ἑξακόσια prorsus omittit, *Eudocia* autem p. 169. Empedoclem scripsisse narrat

54) *Eustath.* ad Il. α, p. 29. ὁ λόγος, ἦν ὅτε τὴν τῆς παρ' ἡμῖν ψευδομυθίας τάξιν εἶχεν, — παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον — ὁ λόγος ἐπὶ τῆς ὁσημέραι ἀνθρωπίνης ὁμιλίας τίθεται. Cf. p. 9. Expeditурus se ex hac difficultate *Constantinus Lascaris*, de scriptoribus Graecis Siculis, in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. XIV. p. 34. dicit, Empedoclem de medicina scripsisse metro et prosa. Caeterum nomen λόγος et aduerbium καταλογάδην dici solere de oratione prosa et soluta, permulti veterum loci declarant. Apud *Platon.* in Lysida T. II. opp. p. 204. opponuntur ἃ καταλογάδην διηγεῖται et τὰ ποιήματα. *Plutarchus* de Pythiae oraculis c. 7. opponit τὰς ποιήμασι χρωμένας et τὰς καταλογάδην λεγούσας. c. 18. καταλογάδην et ἐν μέτροις. *Athenaeus* 14. p. 635. F. ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις καὶ τοῖς καταλογάδην. *Suidas* in Παρμενίδης et *Eudocia* p. 361. δι' ἐπῶν et καταλογάδην. *Suidas*: Διονύσιος Κορίνθιος, ἐποποιός. — καὶ καταλογάδην ὑπόμνημα. *Plutarch.* de fortuna Romanor. c. 1. iungit tanquam synonyma δίχα μέτρου καὶ καταλογάδην. et de Pythiae oraculis c. 19. ἄνευ μέτρου καὶ καταλογάδην. *Scholia in Platonem* p. 230. ed. *Ruhnken.* aduerbium καταλογάδην interpretantur verbis τὰ πεζῷ γραφόμενα λόγῳ. Apud *Isocratem* ad Phil. p. 166. opponuntur λόγων εὑρετὴς et ποιητής. et Panath. p. 399. οἱ περὶ τὴν ποίησιν καὶ τοὺς λόγους ὄντες. Saepissime etiam opponuntur ποιηταὶ et λογογράφοι, vt ap. *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 20. de defectu oraculor. c. 14. *Thom. Mag.* et *Phauorin.* in v. ἀνεῖλεν, ἐσθὴς, τροφέα, ὑφίσταμαι, φωνὴ etc. Inprimis autem verbis *Suidae* ad n. 53. positis

δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων βιβλία τρία· ἰατρικὰ βιβλία ἕξ. Quare cum incertum esse appareat, vter vera tradiderit, *Suidas* an *Diogenes*, non huius de medicina operis, sed vel τῶν φυσικῶν vel speciatim τῶν καθαρμῶν, partem fuisse arbitror illud poemation, quod agit de femina exanimi [55]), et quod in codice quodam chartaceo Matritensi regio [56]) seruatur, perperam sic inscriptum: Ἐμπεδοκλῆς Παυσανίᾳ ὑφηγήσατο τὸ ἀπνεῦν.

Aristoteles [57]) praeter alia poemata tribuit Empedocli τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν, *expeditionem Xerxis*, siue τὰ Περσικὰ, quae tamen, quod imperfecta essent, ab eius sorore, vel, vt *Hieronymus* dicit, filia, combusta fuisse narrat. Itaque sine vlla dubitatione in

similia sunt haec *Diogenis Laertii* 1, 111. sq. de Epimenide: ἐποίησε Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσιν καὶ θεογονίαν, ἔπη πεντακισχίλια· Ἀργοῦς ναυπηγίαν τε καὶ Ἰάσονος εἰς Κόλχους ἀπόπλουν, ἔπη ἑξακισχίλια πενταπόσια. συνέγραψε δὲ καὶ καταλογάδην περὶ θυσιῶν, καὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πολιτείας· καὶ περὶ Μίνω καὶ Ῥαδαμάνθυος, εἰς ἔπη τετρακισχίλια.

55) h. e. nouem illi versus, quos §. 5. protuli. Nam praeter eos nihil continet codex Matritensis.

56) np. Cod. CXII. chartac. fol. 113. b. v. *Iriartes* catalog. p. 450. col. 2. nr. 112. qui inscriptionem male sic reddidit Latine: *Empedocles Pausaniae suasit medicamentum spiritu carens.*

57) ap. *Diog. Laert.* 8, 57. et *Eudociam* p. 170.

Aristotelis loco aliquo [58]), vbi Empedocles laudatur ἐν τοῖς Περσικοῖς, rescribendum est ἐν τοῖς φυσικοῖς, praesertim cum in alio loco [59]) eadem res reperiri dicatur ἐν τοῖς φυσικοῖς [60]). Idem *Aristoteles* [61]) scripsisse nostrum auctor est Πολιτικὰ et Τραγῳδίας. Vtraque scripta prorsus interierunt, ita vt ne vlla quidem eorum fragmenta hodie reperiantur. Tragoedias quidem, quarum tres et quadraginta se inuenisse dicit *Hieronymus* [62]), ab alio quodam profectas putabat *Heraclides* Serapionides: quam scio plerorumque etiam recentiorum virorum doctorum sententiam esse. Iam non quidem omnino reiicienda videri potest *Neanthis* sententia, statuentis, tragoedias ab Empedocle, sed iuuene, fuisse scriptas. Siue enim hexametris [63]), siue iambicis versibus eas compositas putemus, nihil fecit

58) Problemm. 21, 22.

59) Meteorolog. 4, 4.

60) Qua de re praeter alios v. *Bentlei.* l. l. p. 365. et *Voss.* de historicis Graecis 4, 2. extr.

61) ap. *Diog. Laert.* 8, 58. et *Eudociam* p. 170.

62) ap. *Diog. Laert.* 8, 58.

63) Nam hexametris quoque interdum scriptas fuisse tragoedias, patet e verbis *Platonis* lib. 10. de rep. T. II. p. 602. B. τοὺς τῆς τραγικῆς ποιήσεως ἁπτομένους ἐν ἰαμβείοις καὶ ἐν ἔπεσι, πάντας εἶναι μιμητικούς. Quamquam iambum tragoediis et comoediis fere proprium faciunt artis poeticae magistri, *Aristoteles* poet. 4. et *Horat.* A. P. 80. sqq.

Empedocles, quod ipsius grauitate possit indignum videri. Certe etiam Plato, antequam ad Socratis disciplinam transiret, non solum heroicae, sed etiam tragicae poesi operam dedisse narratur [64]). Neque omnia, quae sub Empedoclis nomine iambis scripta circumferuntur, hanc solam ob causam, quia iambico carmine fluunt, temere esse pro spuriis atque suppositititiis habenda [65]), et ipsa rei natura et Euripidis tragici exemplum declarat, qui interdum etiam hexametros versus scripsisse legitur [66]). Nihil igitur impedire videatur, quo minus Empedoclem philosophum non solum tragoediarum, sed aliorum quoque carminum iambicorum auctorem fuisse existimemus, praesertim cum *Suidas* [67]), vbi dixit, Empedoclem scripsisse physicorum libros et ἰατρικὰ, addat haec verba: καὶ ἄλλα πολλὰ, ergo fortassis etiam iambica. Sed tamen cum Empedocles nunquam a veteribus alia quam epica s. heroica carmina scripsisse dicatur [68]), cumque ex illis ipsis, quae modo diximus, satis intelligatur, iam olim dubitatum fuisse, an iambica tribui philosopho

64) v. *Aelian.* V. H. 2, 30. *Diog. Laert.* 3, 5. et vtroque loco interpretes.

65) quod fecit *Menagius* ad *Diog. Laert.* 8, 77.

66) v. *Fabric.* B. G. Vol. II. p. 256. ed. *Harles.*

67) in v. Ἐμπεδοκλῆς.

68) A *Suida* l. l. Empedocles vocatur ἐποποιός.

rectè possent: fateor mihi et ipsi placere coniecturam eorum, qui tragoedias profectas putant ab Empedocle iuniore, qui nostri fuerit ex filia nepos. *Suidas: Ἐμπεδοκλῆς, θυγατριδοῦς* [69]) *τοῦ προτέρου, τραγικός. τραγῳδίαι αὐτοῦ κδ'.* Qui iunior Empedocles cum incertum vel potius ignotum sit an etiam astronomica tractauerit, nihil definiri posse intelligitur de auctore carminis illius astronomici, quod non sine elegantia quadam agit de sideribus octaui orbis, h. e. Zodiaci s. signiferi, et inscribitur *Ἐμπεδοκλέους σφαῖρα* *). Est illud versibus iambicis 168 compositum, et in plerisque consentit cum *Arati* phaenomenis. Primus statim eius editor, *Federicus Morellus*, dubitasse reperitur, cui-

69) Cum Empedocles iunior h. l. diserte appelletur maioris *θυγατριδοῦς*, miror, *Mongitorem* in bibliotheca Sicula T. I. p. 179. auctoritate *Hofmanni* in lexico historico T. I. p. 569. eum vocare Empedoclis philosophi sororis filium.

*) Cf. *Iusti Hycquii* centuria noua epistolarum ep. 29. et *Ioach. Camerar.* ad *Nicomach.* arithmet. lib. 2. p. 51. sq. ed. *Tennul.* et *Macrob.* in Somn. Scip. 1, 21. et passim. Sed locus in hanc rem classicus est apud *Aristotelem*, vel quisquis libri auctor est, de mundo cap. 2. *τὸ τῶν πλανήτων (πλῆθος), εἰς ἑπτὰ μέρη πεφαλαιούμενον, ἐν τοσούτοις ἐστὶ πύκλοις ἐφεξῆς πειμένοις, ὥστε ἀεὶ τὸν ἀνωτέρω μείζω τοῦ ὑποκάτω εἶναι, τούς τε ἑπτὰ ἐν ἀλλήλοις περιέχεσθαι· πάντας γε μὴν ὑπὸ τῆς τῶν ἀπλανῶν σφαῖρας περιειλῆφθαι.* etc.

nam opusculum tribueret. Inscripsit enim sic: *Ἐμπεδοκλέους σφαῖρα, ἢ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. Empedoclis Sphaera, vel Demetrii Triclinii, senariis versibus ab eruditissimis viris castigatis descripta. Vetus est, et nunc primum in lucem edita ex bibliotheca ornatissimi et prudentissimi viri Iohannis a S. Andrea* [70]). Et *Vossius* [71]) quidem ait, hoc carmen Demetrii potius esse quam Empedoclis. Sed *Quintus Septimus Florens Christianus*, qui illud iambis Latinis vertit [72]) et emendationes quasdam addidit [73]), non longe discedere

70) Prodiit haec prima Graeca editio, *Fabricio* quidem auctore, Lutetiae 1584. 4. Alii ad annum 1586. eam referunt, vt *Vossius* de poetis Graecis c. 6. quod vnice verum esse dicit vir doctus in Biblioth. der alten Litteratur und Kunst, St. VIII. Goetting. 1791. 8. p. 100. Altera editio Graeca dicitur prodiisse Lugduni 1629. 8.

71) de mathemat. 33, 10. et de poetis Graecis cap. 6.

72) Vnde factum videtur, vt *Laurentius Crassus* in historia poetarum Graecorum p. 440. diceret, *Florentem Christianum* Empedoclis opera traduxisse, praesertim cum idem *Florens* verterit epigramma de septem planetis, quod vulgo tribuitur Empedocli, in Epigrammatibus anthologiae selectis, Lutet. 1608. 8. p. 105.

73) Haec *Florentis* versio, inscripta *Sphaera vetus Graeca, quam Latinis senariis recentauit et recensuit Q. Sept. Florens Christianus*, sed ante hanc inscriptionem toto illo, quem supra posui, titulo instructa, *Ἐμπεδοκλέους — a S. Andrea*, habet Graeca adiuncta, et edita fuit ab eodem *Morello*, Paris. 1587. 4. non 1687. vt per operarum errorem legitur in *Fabricii* bibliotheca Graeca. Huius editionis Graeco-

iudicat a *Georgii Pisidae* vel stylo vel aetate. *Fabricius* denique, qui idem hoc poemation bibliothecae suae Graecae [74]) inseruit cum *Florentis Christiani* versione ac notulis [75]), ostendit, neque Demetrium Triclinium, neque Georgium Pisidam putari posse eius auctorem. Quisquis vero scripserit, Empedoclem philosophum non scripsisse conuenit inter viros harum rerum gnaros [76]), quamuis in Codice bibliothecae Marcianae Veneto DCXXXVI. manu Maximi Margunii, Cytherae episcopi, anno 1585 scripto, et in Codice Ambrosiano Mediolani, quem *Montfaucon* *) recentem appellat, et in Codicibus bibliothecae publicae Parisiensis MCCCX. et MMCCCLXXXI. [77])

Latinae exemplum est Mediolani in bibliotheca Ambrosiana, eiusque notitiam debeo Doctissimo Mediolanensis Ecclesiae Canonico, Aloysio Bossio. Praeter sphaeram continentur eodem volumine alia opuscula poetica graeco - latina, np. *Aeschyli* tragoedia Septem Thebana, *Sophoclis* Philoctetes, vtraque cum eiusdem Sept. Flor. Christiani versione, *Catulli* epithalamium graeca metaphrasi poetica donatum ab eodem Florente, et *Viti Fabri Pibrucii* tetrasticha.

74) Vol. I. p. 469 — 480. (p. 816 — 825. ed. *Harles.*)

75) quas *Harlesius*, Vir Illustris, in noua operis Fabriciani editione auxit pluribus *Beniam. Hederici* annotationibus ex rarissima huius editione, Dresd. 1711. 4.

76) Nam solus *Ioh. Frisius* in bibliotheca, quantum mihi quidem constabat, tribuit illud Empedocli.

*) in diario Italico p. 18.

77) Codex MDCXXX. in quo et ipso Σφαῖρα inesse

Empedoclis nomen ei praefixum legatur. Videatur igitur serioribus demum temporibus ab Alexandrino forsan mathematico quodam compositum fuisse [78]), et potest aliquis, qui sciret, in genuinis Empedoclis scriptis commemorari τὸν σφαῖρον, libro vel suo vel alieno, quo maiorem ei auctoritatem conciliaret, praefixisse nomen Empedoclis.

Magis dubitari possit, an carmen de stellis errantibus, quod in Codice Veneto supra laudato et in tribus Codicibus bibliothecae quondam regiae Parisiensis [79]) legitur, et tredecim versus complectitur, ab Empedocle iuniore scriptum, nec potius pars librorum περὶ φύσεως fuisse putandum sit. Compositum enim est versibus hexametris, non iambicis, vt dicit Ill. *Harlesius* [80]). Neque ex eo, quod huius

dicitur, nullo modo reperiri potuit a *Caussino*, Codicum MSS. custode. De alio eiusmodi Codice (nr. MMMDII.) v. *Fabric.* B. G. Vol. X. p. 479. et *Steph. le Moyne* varia sacra T. I. p. 519. et in prolegomenis *** 1. 2.

78) Sic *Achilles Tatius* scripsit περὶ σφαίρας, cuius operis pars hodie extat sub titulo: ἐκ τῶν Ἀχιλλέως πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὰ Ἀράτου φαινόμενα, et *Menelai* tres libri sphaericorum latine versi leguntur in *Marii Mersenni* synopsi mathematica, Paris. 1644. 4. Vterque autem, et *Achilles* et *Menelaus*, patria fuerunt Alexandrini.

79) Nam praeter eos, quos supra nominaui, extat etiam in Codice MMMXLVII. Cf. *Bandur.* Imper. Orientat. T. II. p. 615. ed. Venet.

80) ad *Fabric.* B. G. Vol. I. p. 813.

carminis fronti in Codice Veneto DCXXXVI. et in Codicibus Parisiensibus MCCCX. et MMCCCLXXXI. vbi Sphaera praecesserat, inscripta sunt verba: τοῦ αὐτοῦ Ἐμπεδοκλέους, videtur recte colligi posse, eiusdem auctoris esse carmen vtrumque. Nihil enim facilius fieri potuit, quam vt librarius nominum similitudine deceptus vtrumque ab eodem profectum iudicaret. Neque ei, qui pro genuino poemation istud habuerit, recte opponi illud potest, quod nullus versuum, qui eo continentur, ab alio vllo scriptore antiquo laudatus reperiatur. Nam eadem ratio est aliorum Empedoclis versuum non paucorum. Praeterea ipsum carminis argumentum non repugnat iis, quae *Plutarchus* [81]) et *Eusebius* [82 a]) dicunt Empedoclem de planetis statuisse. At valde verendum est, ne lectores diligentes et acuti non solum leuiora iudicent haec argumenta, quam quibus demonstrari possit, Empedoclem philosophum esse carminis auctorem, sed nec ab iuniore quidem Empedocle illud elaboratum existiment. Quamuis enim hoc ipsum epigramma sine auctoris nomine editum sit in *Stobaei* eclogis physicis [82 b]), in *Aldi Manutii* anthologia Graecorum epigram-

81) de placitis philosophorum 2, 13.

82 *a*) praep. euangel. 15, 30.

82 *b*) c. 9. p. 12. ed. Genev. 1609. fol.

matum [83]), in anthologia *Henrici Stephani* [84 a]), et *Iohannis Brodaei* [84 b]), et *Hieronymi de Bosch* [84 c]), et in *Gronouii* notis ad *Manethonis* apotelesmatica [85]), et quamuis *Hermeti* tribuatur in *Stobaei* Codicibus manu scriptis [86]): dubitari tamen vix potest, quin *Theonis Alexandrini* sit hoc poemation. Nam non solum septimus eius versus sub *Theonis* nomine extat in libro primo anthologiae extremo *), atque inde in *Brunckii* analectis veterum poetarum Graecorum [87]), sic inscriptus: *μονόστιχον εἰς τὴν ἑβδομάδα*, sed etiam *Maximus Planudes* integrum epigramma diserte refert ad Theonem, ita vt *Brunckius*, Planudis auctoritate

83) in appendice edit. 2. Venet. 1521. 8. p. 285. Priorem enim editionem conferre non licuit.

84 *a*) itidem in appendice, p. 494.

84 *b*) quae ex officina Wechelii prodiit. Frcf. 1600. fol. in appendice p. 3.

84 *c*) T. III. p. 288.

85) p. 267. vbi proferens hos versus, Nescio, inquit, an editos, certe dignos qui legantur. Cf. *Scaliger* ad *Manil.* 1, p. 35. ed. Lutet. 1579. 8.

86) cap. 6. eclog. phys. T. I. p. 174. edit. Cel. *Heeren*, qui ex Orphicis potius carminibus petitum coniicit. Latinis versibus elegiter reddidit *Grotius* in sententiis poetarum excerptis a Stobaeo, Paris. 1623. 4. p. 134. De *Q. Septimii Florentis Christiani* versione v. not. 72.

*) p. 73. ed. *Ald.* p. 125. edit. *Steph.* 1566. 4. T. I. p. 362. ed. *Bosch.* p. 179. ed. Wechel.

87) T. II. p. 405. nr. II.

ductus, recte illud *Theonis* nomine inscriptum ediderit [88 a]). Praeterea etiam saepius factum est, vt idem carmen ab aliis alium auctorem habere diceretur. Sic scolion illud, quod *Brunckius* **) Simonidi tribuit, in Scholiis Platonicis, quae *Siebenkeesius* primus edidit ***), ab aliis tribui legitur Epicharmo. Qua de re nihil monuit *Brunckius*. Sic versum illum *Hesiodi* [88 b]):

οἳ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων,

Aristoteles [88 c]) tribuit Democrito Chio, *Eustathius* [88 d]), quanquam cum aliqua immutatione, Callimacho, *Aelianus* denique [88 e]) suppresso auctoris nomine affert. Quod denique *Abulpharajius* [89]) Empedoclem dicit librum scripsisse ad refutandum resurrectionem spi-

88 *a*) T. III. p. 4. nr. II. Cf. *Brunckii* lectiones ad Analecta T. III. p. 219. *Iacobs* tamen V. C. (animaduu. in epigrammata antholog. Graec. Vol. II. P. III. p. 196. sq.) non certum putat, Theonem esse totius illius carminis, de quo quaeritur, auctorem.

**) Analectt. T. I. p. 122. nr. XI.

***) in anecdotis graecis p. 29. Cf. *Koen.* ad *Gregor.* de dialectt p. 155. qui ostendit, idem carmen *Scleriae* tribui in *Stobaei* serm. 101. p. 552.

88 *b*) Ἔργ. 265.

88 *c*) rhetor. 3, 9.

88 *d*) ad *Homer.* Il. ε, p. 522.

88 *e*) hist. animm. 7, 11.

89) vid. supra §. 2.

ritualem, multo magis corporalem, id ego quidem non satis intelligo. Possis forsitan ad dogma de metempsychosi referre.

Superest vt de dialecto, qua in componendis carminibus suis Empedocles vsus sit, quaedam dicantur. Dorica dialecto eum scripsisse coniiciat quis, vel quia haec fuisset patria Siculorum, certe Agrigentinorum [90]), lingua, vel quia Pythagoreis non nisi hanc in scriptis adhibere liceret, quippe quae omnium et antiquissima [91]) esset, et propter obscuritatem ad celanda dogmata maxime idonea [92]). Cum vero Empedoclem neglectis his causis Ionice scripsisse doceant operum eius reliquiae, viri docti recte quaesiuerunt, cur ita fecisse putandus esset. Et primo qui-

90) v. *Thucyd.* 6, 4. et *Bentleii* opuscula p. 23. sq. et *Heynii* opusc. academ. Vol. II. p. 260. Sic Acron, Empedoclis popularis, scripsit Dorice. v. *Suid.* in v. Ἄκρων et *Eudocia* p. 49. Sed *Gabriel Lancellottus Castellus*, Princeps *de Torremuzza*, in prolegomenis ad nouam collectionem inscriptionum Siciliae, (Panormi 1784. fol.) sect. I. demonstrare conatus est, in Sicilia tres olim dialectos in vsu fuisse, Doricam, Ionicam, et eam quae media inter has fuisset. Cf. *Muret.* V. L. 15, 28. Recte. Agrigentum quoque fuit Ionum colonia. v. *Strabo* 6, p. 272. (417.)

91) hoc est, a primis statim coloniarum in Italiam deductoribus inuecta.

92) v. *Iamblich.* vit. Pythag. §. 104. Cf. *Scheffer* de philosophia Italica p. 133 — 135. edit. *Schurzfleisch.* Vitemb. 1701. 8.

dem afferri solent aliorum scriptorum exempla, qui, quamuis in vrbe Doriensi vel Sicula nati, tamen alia potius quam patria, id est Dorica, lingua vti in scribendo voluerunt. Diodorus enim Agyrinensis Siculus scripsisse reperitur Attice, Hippocrates Cous et Herodotus Halicarnassensis et Hellanicus Mitylenaeus Lesbius Ionice [93]), quos nemo de hoc facto reprehendit. Potuit igitur Empedocles idem fecisse. Quod vero Pythagoreorum leges non obseruauit, videtur vel ex iis explicari posse, quae supra dixi, non genuinum eum Pythagoreum censendum esse, vel e summo eius studio, aliis quantam posset vtilitatem afferendi. Certe *Neanthes* [94]) narrat, *ὅτι μέχρι Φιλολάου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἐκοινώνουν οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν λόγων· ἐπεὶ δὲ αὐτὸς διὰ τῆς ποιήσεως ἐδημοσίευσεν αὐτὰ, νόμον ἔθεντο μηδενὶ μεταδώσειν ἐποποιῷ.* Quae verba ita reddenda esse putabat *Fabricius* [95]): *Pythagoricos cum Philolao et Empedocle etiam dogmata sua communicasse. Postquam vero Empedocles poemata illa vulgare coepit, latam esse legem, vt versificator omnis inde arceretur.* Iam etsi non ego definiuero, vtrum recte sentiant, quibus haec Empedoclis

93) v. quae de Pherecyde dixi p. 64.

94) ap. *Diog. Laert.* 8, 55. et *Eudociam* p. 169.

95) biblioth. Graec. Vol. I. p. 499. (p. 863. ed. *Harles*)

λογοκλοπεία [96]) videtur conficta esse [97]), an qui vere eam factam, et eo quo retulimus modo punitam a sodalibus statuunt [98]): tamen ausim affirmare, si quis *Neanthis* atque *Timaei* traditionem sequatur, optime apparere causam, cur Empedocles patriae dialecto praetulerit, et vero etiam praeferre debuerit, Ionicam. „Nam „carmen scripturus epicum, inquit *Bentle-* „*ius* [99]), ingenii excellentioris indicium prae- „buit, cum patriae dialecto Ionicam praefer- „ret, qua Homerus eiusque sectatores ante „eum fuerant vsi, quamque dominari, vt par „erat, in carmine heroico voluerant. Neque „enim in Dorico sermone tanta gratia, tanta „maiestas, vt par esset eius argumento; qui „mimis, comoediis, et bucolicis, quibus per- „sonae minus illustres inducuntur, aptus; „vel epigrammatis tenuioris styli operis; vel „lyricis et choris tragoediarum ad modum „Dorium; non vero heroicis, sine magno „detrimento." Sane Ionica dialectus ab *Her-*

96) Ita vocatur a *Timaeo* ap. *Diog. Laert.* 8. 54. et ab *Eudocia* p. 169. Sed *Ioach. Kühnius* malit λογοπεία.

97) in quorum numero est Ill. *Harlesius* ad *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. I. p. 810. et 813.

98) Praeter *Bruckerum* ab *Harlesio* citatum vid. *Bonamy* p. 58. et *Schaffer* lib. laud. p. 155. sqq. et *Tiedemann.* in Griechenlands erste Philosophen p. 355.

99) Opusc. philol. p. 27.

mogene [100]) vocatur ποιητικὴ φύσει, καὶ ἡδεῖα. Itaque, vt iterum dicam, videtur Empedocles Ionice scribere pene debuisse, cum semel constituisset epico carmine [101]) prodere mysteria Pythagorica.

§. 7.

Vt autem in quolibet viro docto non solum ad ingenium et eruditionem, sed etiam ad animum moresque attendere fas est: ita Empedoclis mores quinam fuerint, vt paucis ostendatur restare existimo. Quod quidem quo fiat rectius, primo loco ponendum est, quod *Diogenes Laertius* [1]) memoriae prodidit, eum amplissimis abundasse diuitiis. Ita enim reliqua facilius poterunt intelligi, atque de ipsa animi indole melius iudicari. Et splendoris quidem externi eum fuisse studiosissimum, praeter *Diodori Ephesii* [2]) verba demonstrant varia exempla. Nam λιτότης, quae ei tribuitur apud *Diogenem Laertium* [3]), ex vniuersa orationis serie interpretanda est *vita*

100) pag. 406. ed. Laurent.

101) Nam de poeta epico intelligendum putabam nomen ἐποποιὸς in loco supra posito, non de quolibet versificatore, vt interpretatus erat *Fabricius*, et *Mongitor*. Cf. § 4.

1) 8, 66. 71. 73.

2) ap. *Diog. Laert.* 8, 70. vbi dicitur τραγικὸν ἀσκῶν τῦφον καὶ σεμνὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα.

3) 8, 63.

priuata, *et remota ab administratione reipublicae*, non vitae simplicitas ea, quae in frugalitate cernitur. Vtebatur enim veste purpurea [4]) et calceis aeneis [5]), comamque ornabat fasciis egregie purpureis [6]), coronam Delphicam gestabat et pueros habebat pedissequos [7]). *Suidas* [8]) fere eadem tradit: στέμμα ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χρυσοῦν, καὶ Ἀμύκλας ἐν ταῖς ποσὶ χαλκᾶς, καὶ στέμματα Δελφικὰ ἐν

4) Nisi *subfusca* vertendum putes vocabulum ἁλουργὴς, vt apud *Eustath.* ad Il. α, p. 6. ἁλουργὰ ἐσθήματα sunt *coerulea vestimenta*. Cf. *Hadr. Iunii* animaduersa 2, 2. in *Gruteri* thesauro critico T. IV. p. 352. sq. Sic Piso, grauitatem quandam affectans, a *Cicerone* pro Sext. 8. dicitur vestitus purpura plebeia ac pene fusca. Et in *Platonis* Timaeo T. III. p. 68. C. ἁλουργοῦν explicatur, ἐρυθρὸν μέλανι λευκῷ τε κραθέν.

5) *Aelian.* V. H. 12, 32. Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος ἁλουργεῖ ἐχρήσατο, καὶ ὑποδήμασι χαλκοῖς. *Neanthes* ap. *Diog. Laert.* 8, 73. (quem locum exscripsit *Hesychius Milesius* p. 32.) narrat, πορφύραν τε ἀναλαβεῖν αὐτὸν, καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσοῦν, ὡς Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασιν· ἔτι τε ἐμβαδας χαλκᾶς, καὶ στέμμα Δελφικόν. Cf. §. 69. *Strabo* 6, p. 274. ed. *Casaub.* p. 420. ed. *Almelou.* *Tertullian.* de pallio c. 4. p. 8. ed. *Pamel.* *Eudocia* p. 170.

6) *Philostrat.* in vita Apollonii 8, 7, 6. στροφίων τῶν ἁλουργοτάτων περὶ αὐτὴν (κόμην) ἁρμόσας ἐσόβει περὶ τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀγυιάς. Cf. not. 5.

7) v. *Diog. Laert.* 8, 73. et *Hesych. Miles.* l. l.

8) in v. Ἀμύκλαι et Ἐμπεδοκλῆς.

ταῖς χερσὶν, ἐπῄει τὰς πόλεις δόξαν περὶ αὑτοῦ κατασχεῖν ὡς περὶ θεοῦ βουλόμενος. Quod igitur *Philostratus*, et *Phauorinus* et *Hesychius Milesius* στρόφιον appellant, id *Suidas* στέμμια vocat. Hoc vero sive στρόφιον siue στέμμα omnes nominant χρυσοῦν, praeter *Philostratum*, qui ἁλουργότατον appellat. Quare videtur intelligenda esse *fascia lanea purpurei coloris, sed auro intexta*, qua quia caput redimire solebat Empedocles, apparet eandem recte dici posse στέμμα, *redimiculum, struppum.* Proprie quidem στρόφιον fuit breuis fascia, quae virginalem papillarum tumorem cohibebat [9]), quae eadem vocabatur ταινία. Sed ad nostram rem faciunt verba *Festi:* „Struppus est, quod Atteius Philologus exi„stimat, quod Graece στρόφιον vocatur, et „quod sacerdotes pro insigni habent in ca„pite: quidam coronam esse dicunt, aut quod „pro corona insigne in capite imponatur, „quale sit strophium.“ [10]) Ab Empedocle ipso τὰ στρόφια vocantur ταινίαι, vt paulo post docebitur. Calcei s. crepidae Empedoclis, ἐμβάδες, dicuntur a *Suida* Ἀμύκλαι, et in altero loco explicantur κόσμιόν τι ὅπερ

9) v. *Nonius Marcellus* p. 562. edit. *Plantin.* 1565. 8. *Pollux* 5, 96. 7, 67 95. *Athenaeus* 7, p. 326. A.

10) Cf. *Plin.* H. N. 21, 2. et *Suid.* in v. στρόφιον.

ἐν ποσὶν εἶχεν Ἐμπεδοκλῆς. Scilicet erat genus Laconicorum calceorum. *Scholiastes Theocriti* [11]): Ἀμύκλαι, πόλις Λακωνική. ὅθεν καὶ Ἀμύκλαι, εἶδος ὑποδήματος, — ἀπὸ Ἀμυκλαίου τοῦ πρώτου ὑποδήματα εὑρόντος. Sed prior ratio verior est. *Pollux* [12]): Ἀμυκλαῖδες, ἐλευθεριώτερον ὑπόδημα μέν, δηλοῖ δὲ κλήσει τὸν τόπον. Tales calceos gestare non erat cuiusuis. Erant enim pretiosissimi, vel quia e longinqua terra in Siciliam essent aduehendi, vel propter ipsam, e qua facti erant, materiam. *Hesychius:* Ἀμυκαλίδες (leg. Ἀμυκλαῖδες)· εἶδος ὑποδήματος πολυτελοῦς Λακωνικοῦ. Caeterum quia crepidae istae cum solo collisae sonitum edebant cymbalis similem, propterea *Tertullianus* *) haec scripsit de Empedocle: „sericatus et crepidam aeratus incessit: „digne quidem, vt bacchantibus indumentis „aliquid subtinniret, cymbalo incessit.“ [13]) Sed στέμμα Δελφικὸν quale fuerit, non satis videatur constare. Posset quis interpretari coronam lauream, quia laurus maxime Apollini

11) ad idyll. 10, 35.

12) 7, 88.

*) de pallio c. 4. p. 8. ed. *Pamel.*

13) v. *Fr. Adolph. Lampe* de cymbalis veterum, Trai. ad Rhen. 1703. 12. p. 9. sqq. et in Addendis.

sacra fuit [14]). At cum in praecedentibus iam στέμμα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς commemoratum legatur, et *Suidas* diserte dicat στέμματα Δελφικὰ ἐν ταῖς χερσὶν [15]), haec interpretatio ferri nequaquam potest. Possent quoque στέμματα Δελφικὰ esse corollae s. annuli aurei, formam coronarum, quae ex lauri frondibus foliisque fiebant, forte referentes, quibus manus et brachia ornauerit Empedocles, ita vt fere eadem essent quae περιβραχιόνια vel περίχειρα. Nam late patet vocabulum στέμμα [16]), nec solum caput coronatum siue redimitum fuisse vel ex *Athenaeo* [17]) cuilibet notum est. Verum haud dubie apud *Suidam*, vt multis aliis in locis [18]), στέμματα sunt

14) v. *Phaedrus* 3, 17, 3. *Ouid.* metamm. 1, 450. sqq. *Eustath.* ad *Homer.* Il. α, p. 24. omninoque *Ioh. Gerardi Wagneri* laurus ex omni antiquitate eruta, Helmst. 1732. 8. p. 16. sqq. Vnde ap. *Horat.* 4, od. 3, 6. *Delia folia* sunt laurea. it. ap. *Lucan.* 5, 144. laurus vocatur *Phocaica*, i. e. Delphica. Sic ap. *Lucret.* 6, 153. Phoebi *Delphica* laurus. Cf. *Horat.* 3, od 30, 15. sq. et *Claudian.* gigantomach. 34.

15) *Phauorinus* in v. Ἀμύκλαι haec omisit.

16) Recte *Paschalius* de coronis 1, 2. p. 7. ed. Paris. 1610. 4. ita iudicat: „Nomine στέμμα donant grammatici „illa omnia, quae ornatus causa circumponuntur manibus „aut ceruici, cum στέφανον dicant esse eam solam coro„nam, quae caput cuincit."

17) lib. 15. p. 674.

18) v. c. *Homer.* Il. α, 14. *Eurip.* Suppl. 36. Androm. 895. vbi Schol. ἔθος ἦν, τοὺς δεομένους ἐλαίας κλάδους

rami duabus vittis et infulis ex lana nexis atque tortis obuoluti, ita quidem vt vittarum istarum partes vltimae fere vltra gestantis manum promitterentur ac dependerent *). Species talis *στέμματος* extat in *Gorii* Columbario Liuiae tab. VII. Alio nomine haec *στέμματα* vocantur *εἰρεσιώναι* [19]). Quae cum proprie essent supplicum, omninoque eorum, qui aliorum opem sibi implorandam putarent, factum est vt saepe dicerentur *ἱκετηρίαι*, *ἱκετήριοι κλάδοι*, *ἱκέσιοι κλάδοι*, *ἱκτῆρες θαλλοὶ*, *ἱκετῶν ἐριόστεπτοι κλάδοι* [20]). Cum vero iidem isti ramuli vel lauri essent vel

καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τῷ στόματι ἔχοντας δέεσθαι. Et ad Orest. 383. *εἰώθασιν οἱ παλαιοὶ, ὅτε ἱκέτευον τοὺς ὑπερέχοντας, φέρειν ἐν χερσὶ στέφανον ἐκ φύλλων, ἢ δάφνης, ἢ ἐλαίας.*

*) *Schol. Sophocl.* Oedip. Tyr. 3. et ex eo *Phauorinus*: *στέμμα δέ ἐστι τὸ προσειλημμένον ἔριον τῷ θαλλῷ.* *Schol. Aristoph.* Plut. 1055. *εἰρεσιώνη, στέμματα πρὸ τῶν πυλῶν περιειλημμένα πλακουντικοῖς τισι πολύποις καὶ ἄλλοις τισὶ τοιουτοτρόποις τοῖς τε ὡραίοις καρποῖς, καὶ ἐλαίῳ ἀποκεκραμένα*, etc. Cf. *Suid.* et *Phauor.* in v. *εἰρεσιώνη.*

19) v. *Schol. Aristoph.* et *Suid.* et *Phauorin.* locis laudatis, et *Car. Dau. Ilgenii*, viri amicissimi, *Εἰρεσιώνη* Homeri, Lips. 1792. 4. p. 5. sq. Latine dicuntur vel *velamenta* (v. *Liu.* 34, 30.), vel *infulae* (v. *Liu.* 30, 36).

20) v. Interpretes ad *Eurip.* Ion. 423. Heraclid. 227. Suppl. 259. Ill. *Heyn.* ad *Virgil.* Aen. 7, 154. *Koppen* ad *Homer.* Il. α, 14. p. 17. inprimisque *Ilgen.* l. l. qui egregie demon-

oliuae [21]), patet, nomen *Δελφικὰ* a *Suida* additum esse ideo, vt quisque statim intelligeret, laureos gestasse Empedoclem. Vnde *Constantinus Lascaris* in libello de scriptoribus Graecis Siculis [22]) simpliciter dixit, eum in manibus tulisse laurum. Videtur autem Empedocles eiusmodi *στέμμασιν* vsus esse, vel quia pertinebant ad cultum sacerdotalem [23]), quo augustior ipse appareret, vel quia laurus putabatur vim vaticinandi habere [24]), quo facilius popularibus persuaderet de sua doctrina, vel quia *εἰρεσιώνη* erat signum diuitiarum et abundantiae [25]).

Has insignes Empedoclis diuitias earumque splendidum vsum multa et bona et mala sequebantur et quasi comitabantur. Primo enim, vt alii veterum medicorum, gratis narratur homines curasse et humanitatis causa [26]). Deinde illud quoque beneficium commemo-

strauit, horum *στεμμάτων* vsum maxime fuisse in *Θαργηλίοις* et *Προηροσίοις*, in memoriam veteris cuiusdam supplicationis publicae. Cf. *Paschalius* 5, 15. p. 332. sq.

21) v. auctores not. 19. laudati, et not. 18.

22) in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. XIV. p. 34.

23) v. *Homer.* l. l. *Plato* lib. 3. de rep. T. II. p. 393. E. *Plutarch.* in vita Pelopidae c. 12. extr. *Virgil.* Aen. 2, 430.

24) v. *Wagneri* laurus p. 89. sqq.

25) v. *Ilgen.* l. l. p. 13.

26) v. *Galen.* *περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων* lib. 9. T. I. ed. Basil. p. 334, 25.

randum est, quod praestitit multis ciuium inopum filiabus, quas dotauit et instruxit [27]). Quibus aliisque haud dubie pluribus eiusmodi factis, vt philosophiae medicinaeque scientia, non modo summum sibi popularium amorem ac fauorem conciliauit, sed nec apud exteros exiguam famam nactus est, ita vt Olympiae peregrinans omnium in se oculos conuerteret, et neminis aeque saepe et aeque honorifice mentio in coetibus familiaribus esset atque Empedoclis [28]). Possent etiam in eius virtutibus numerari modestia et popularitas, tanto sane magis laudandae, quanto in hominibus opulentis ac potentibus esse solent rariores. Et *Aristoteles* [29]) quidem tradidit, eum liberum fuisse et ab omni imperio alienum, quippe qui, *Xantho* teste, etiam regnum a ciuibus sibi oblatum recusauerit. *Neanthes* [30]) retulit, post Metonem mortuum, cum tyrannidis germina pullulare coepissent, persuasisse Empedoclem Agrigentinis, vt cessarent a seditionibus, ciuilemque potius aequalita-

27) v. *Neanthes* ap. *Diog. Laert.* 8, 73. et *Hesych. Miles.* p. 31. et *Eudocia* p. 170. vbi perperam legitur κῆδσαι pro προικίσαι.

28) v. *Diog. Laert.* 8, 66. quem locum non dubitarem de Empedocle auo intelligere, nisi sequeretur verba, in quibus philosophi mentio fuerat. Cf. *Bonamy* p. 67.

29) ap *Diog. Laert.* 8, 63.

30) ap. *Diog. Laert.* 8, 72. Cf. *Eudocia* p. 170.

tem exercerent [31]). Eiusdem popularitatis et iustitiae amoris duo exempla narrat *Timaeus* [32]). Inuitatus enim a quodam procerum, cum coena non inferretur, tacentibus reliquis indignatus iussit inferri. Conuiuator vero se exspectare dixit senatus ministrum, et hunc, cum aduenisset, fecit magistrum conuiuii. Qui cum aut bibere iussisset, aut caput mero perfundi, celauit quidem illo die indignationem Empedocles, sed postridie coacto iudicio damnandum et interficiendum curauit vtrumque, et conuiuatorem et symposiarcham. Ex his intelligitur simul causa, cur popularis esse philosophus noster inceperit. Deinde Acrone medico locum petente a senatu, quo exstrueretur monumentum paternum, propter insignem artis medicae peritiam *), prodiit Empedocles atque id fieri prohibuit, multa disserens de aequalitate, et ita fere interrogans: Quale vero inscribemus elogium? Num hoc: **)

31) Simile quid fecerat Pythagoras in Italiae Siciliaeque ciuitatibus, et quidem διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης ἀκουστῶν αὐτοῦ, in his Agrigenti. v. *Porphyr.* vit. Pythag. §. 21.

32) ap. *Diog. Laert.* 8, 64. sq. Cf. *Hesych. Miles.* l. l.

*) de qua v. quos laudat *Caietanus d'Aneora* della Economia fisica degli antichi nel costruire le Città (Neapoli 1796. 8.) p. 144.

**) *Diogenes* 8, 65. vt *Hesych. Miles.* p. 31. dicit: τί δὲ ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον, ἢ τοῦτο; Sed *Stephanus*, qui hoc

ἄκρον ἰητρῶν, Ἄκρων', Ἀκραγαντῖνον, πατρὸς ἄκρου,
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης 33).

Explicari ex hoc epigrammate possunt verba *Plinii* 34): „alia factio ab experimentis se co-„gnominans Empiricen, coepit in Sicilia, „Acrone Agrigentio Empedoclis physici auto-„ritate commendato.“ Commendatio enim ista putanda est facta esse per illos ipsos versus modo allatos, quanquam non serio, sed satyrico, vt videtur, animo factos, quos laudant, praeter *Diogenem Laertium* et *Hesychium Milesium*, *Suidas* 35) et *Eustathius* 36), qui tamen Empedoclis nomen non addidit, ea de causa fortassis, quoniam carmen illud, quod etiam in *Brunckii* analectis veterum poetarum Graecorum 37) legitur, et ab Empedocle profectum esse ostendi potest *Plinii* loco, alii Simonidi adscribunt, teste *Diogene* 38).

epigramma poesi philosophicae p. 31. inseruit, p. 220. legendum coniicit *τίνι δὲ ἐκιγρ. ἐλ. ἢ τούτῳ; Menag.* ad *Diog.* l. l. et 6, 86. monuit, *ἔλεγεῖον* significare *paruum poema* atque adeo *distichon.*

33) Alii pentametrum ita legisse traduntur:
ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

34) H. N. 29, 1.

35) in v. *Ἄκρων.*

36) ad *Homer.* Odyss. 1, p. 1634, 10.

37) T. I. p. 163. etiam in *Boschii* anthologia Gr. T. III. p. 332. sed sine auctoris nomine.

38) 8, 65. vbi haud dubie pro *τοῦτον* ex *Suida* legen-

Tertium, quod huc referendum videtur, exemplum narrat idem *Diogenes* [39]) his verbis: *ὕστερον δ' ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ τῶν χιλίων ἄθροισμα κατέλυσε συνεστὼς ἐπὶ ἔτη τρία. ὥστε οὐ μόνον ἦν τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ τῶν τὰ δημοτικὰ φρονούντων.* In his videntur quaedam difficultates inesse. Nam et coetus mille virorum quinam fuerit, non satis liquet, et dubium est quo pertineat participium *συνεστώς*. Scilicet *τὸ τῶν χιλίων ἄθροισμα* videtur fuisse *summus Agrigentinorum senatus*, quem cum vidisset Empedocles saepe iniuste et tyrannorum more agere, antiquauit, quamuis in tres annos lectum, vel quamuis iam per triennium perstitisset. Nam *συνεστὼς* cohaeret haud dubie cum nomine *ἄθροισμα*, neque nimis magnus videri cuiquam debet mille senatorum numerus. Athenis enim constat quingentos fuisse, et *Ἡλιαία* fuit, auctore *Phauorino*, *τὸ μέγιστον δικαστήριον Ἀθήνησιν — χιλίων δικαστῶν, ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων.* Agrigentum autem ingenti ciuium multitudine abundauit, vt infra docebitur, et Crotonia-

dum est *τοῦτο*. Referri enim pronomen debet ad *ἔλεγεῖον*, non ad *στίχον*.

39) 8, 66.

tarum senatus constitit, ipse quoque mille hominum numero [40]).

Quamuis vero negari nequeat, Empedoclem et modestum in multis rebus et popularem fuisse [41]), aliisque virtutibus ornatum: graues tamen auctores pene efficiunt, vt saepe eum arrogantem nimioque sui amore captum fuisse nobis persuadeamus. Et sane non solum potentia et diuitiae, quibus egregie valebat, sed etiam insignis rei medicae caeterarumque quas descripsimus artium peritia tantum ei honorem tantamque gloriam compararant, vt, nisi omnibus modis sibi ac diligenter caueret, ipse sensim persuadere sibi facile posset, se non tantum his, quos nactus esset, sed multo amplioribus dignum esse honoribus. Praeter alia autem consecutus erat hoc honoris, vt ei regnum offerretur. Quam dignitatem fieri facile potuit vt eam ob causam recusaret, vt magis exsplendesceret modestiae virtus, vtque ipse maioribus, hoc est diuinis, honoribus dignus putaretur. Cum hos quoque a Selinuntiis accepisset, accedentibus ob diuitias adulatori-

40) v. *Valer. Max.* 8. 15. ext. 1.

41) *Timaeus* ap. *Diog. Laert.* 8, 66. dicit, eum ἐναντίαν τῇ πολιτείᾳ ἐσχηκέναι γνώμην. Vbi per τὴν πολιτείαν intelligenda videtur *forma ciuitatis patriae, qualis tum erat*, np. aristocratica.

bus [42]) eo progredi potuit, vt ipse deum se nominaret ac vestitu vteretur inusitato et pretioso. Nam Pythagorei vtebantur vestibus albis, lineis, pallio sordido, calceis vel nullis vel e papyro factis, capillis tonsis [43]). His omnibus contraria fecisse Empedoclem, e superioribus patet, et eius facta egregie conueniunt cum iis, quae Lysias, Epicureus philosophus, idemque tyrannus Tarsensis, fecisse legitur. Ille enim, vt vtar verbis *Athenaei* [44]), ὑπὸ τῆς πατρίδος στεφανηφόρος αἱρεθεὶς, τοῦτ' ἔστιν ἱερεὺς Ἡρακλέους, οὐκ ἀπεπίθετο τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἐξ ἱματίου τύραννος ἦν. πορφυροῦν μὲν μεσόλευκον χιτῶνα ἐνδεδυκὼς, χλαμύδα δὲ ἐφεστρίδα περιβεβλημένος πολυτελῆ, καὶ ὑποδούμενος λευκὰς Λακωνικὰς, στέφανον δάφνης χρυσῆς ἐστεμμένος.

Pauca haec afferre volui, quo luculentius

42) Adulatores enim non ei defuisse, intelligimus ex iis, quae de Pausania narrat *Heraclides* ap. *Diog. Laert.* 8, 67. sq. et *Hesych. Miles.* l. l.

43) v. *Scheffer* de philosophia Italica p. 150 — 154. *Boye* diss. de legibus cibariis et vestiariis Pythagorae, earumque causis, Ien. 1711. 4. *Dresigius* de alba stola Pythagorae, Lips. 1756. 4. Sed ipse etiam Pythagoras coronam auream gestasse legitur apud *Aelian.* V. H. 12, 32. haud dubie vt haberetur ac videretur sacerdos deorum. v. *Perizon.*

44) 5, p. 215. B. C.

appareret, fieri potuisse vt a simplicitate morum et modestia declinaret philosophus. Videamus iam ipsa veterum testimonia. *Diogenes* quidem *Laertius* [45]) et *Hesychius Milesius* et *Eudocia* eum vestitu supra descripto vsum, coma prolixa [46]), et vultu tristi atque austero, pedissequis comitantibus in publicum prodiisse et per vrbes circumiuisse narrant eo consilio, vt pro deo haberetur ab incolis, qui habitum eius tanquam regiae dignitatis insigne venerarentur [47]). *Ἀλαζὼν* et *φίλαυτος* vocatur a *Diogene* [48]). *Τὸ ἀλαζονικὸν* eius reprehenditur a *Tatiano* [49]). Coelitem siue deum se delirasse dicitur a *Tertulliano* [50]). Denique ipse initio *τῶν Καθαρμῶν* scripsit haec [51]):

ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀπράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλεως, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
χαίρετ'. ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς,
κωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικα.

45) 8, 73. collato *Suida* in v. *Ἐμπεδοκλῆς*.

46) quae erat hominum superborum. v. *Iunius* de coma c. 4. et 7. in *Gruteri* Lampade s. Face artium liberalium T. IV. p. 514 – 520. et p. 533.

47) Cf. *Philostrat.* vit. Apollon. 8, 7, 6.

48) 8, 66.

49) orat. contra Graecos p. 145. D. ed. Colon. 1688. fol.

50) de pallio cap. 4. p. 8. et de anima cap. 32. p. 587. ed. *Pamel.*

51) ap. *Diog. Laert.* 8, 62. Cf. §. 54. et 66.

ταινίαις περίπτεκτος στέφεσίν τε θαλείης.
τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα,
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι. οἱ δ' ἅμ' ἕπονται
μύριοι, ἐξερέοντες ὅπη πρὸς κέρδος ἀταρπός·
οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δέ τι νούσων
παντοίων ἐκύθοντο πλύειν εὐηκέα βάξιν.

et alio loco [52]):

ἀλλὰ τί ταῖσδ' ἐπέοικεν ὡσεὶ μέγα χρῆμά τι πράσσων,
εἰ θνητῶν περίειμι πολυφθορέων ἀνθρώπων;

Ex his facile quis colligat, satis magnam fuisse Empedoclis arrogantiam. Ne quid tamen dissimulem, aut iusto in eum videar iniquior, *Sextus Empiricus* [53 a]) defendere eum ab hoc crimine ita conatur, vt ad antiquum dogma, Pythagoreum illud et Empedocleum, prouocet, quo statuebatur, similia cognosci similibus. Putat igitur, Empedoclem se deum appellasse, quia, cum solus mentem a prauitate puram et imperturbatam tranquillamque conseruasset, per eum, qui in ipso erat, deum, comprehenderit s. cognouerit illum, qui erat extrinsecus, hoc est, quia ob sapientiam magis quam alii homines ad Dei similitudinem accedere plenioremque Dei notitiam habere visus

52) ap. *Sext. Empir.* adu. Mathematt. 1, 302.

53 a) loco laudato §. 303. Cf. *Guil. Irhouius* de palingenesia veterum, Amst. 1733. 4. p. 244. sqq. et Cic. somn. Scip. 8.

sit. Diuino enim numine se afflatos, animumque humanum partem Dei esse putabant multi veteres philosophi. Iam videtur quidem vera esse haec interpretatio, etiam *Monigitori* probata, et consentiens cum iis, quae supra (§. 6.) de simili *Philostrati* loco me dicere memini. Sed tamen vel sic videtur recte arrogantiae accusari Empedocles, perinde ac nostra aetate illi, qui tale quid iactant, philosophi [53 b]), quia, quod humanam conditionem longe superat, se finem vltimum philosophiae consecutum esse existimauit, qui Pythagoreis aliisque philosophis fuit hic, vt tandem homo redderetur Deo similis, vel potius Deus, quia sapientia in hominem non caderet. Debebat igitur addere: κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ [54]).

Vt vero tandem, quid ego de his criminibus sentiam, ingenue profitear, videtur mihi Empedocles diuitiis suis, adulatoribus et exemplo ciuitatis luxui deditae [55]) ipse

53 b) v. c. *Frid. Guil. Iosep. Schelling* in libro, qui inscribitur *Bruno oder über das göttliche und natürliche Princip der Dinge.*

54) v. *Sheffer* de philos. Ital. cap. 7. et *Iac. Brucker* de conuenientia numerorum Pythagorae cum ideis Platonis, in *Schelhornii* amoenitatib. literariis T. VII. p. 247.

55) *Diodorus Siculus* 13, 82. δηλοῖ δὲ τὴν τρυφὴν αὐτῶν (Agrigentinorum) καὶ ἡ πολυτέλεια τῶν μνημείων, ἃ ἔνια μὲν ἀθλητὰις ἵπποις κατεσκεύασαν, τινὰ δὲ τοῖς παρθένων

quoque motus esse, vt reliquorum ciuium luxum imitaretur vel etiam vincere studeret. De quo excusari eum recte et iure posse arbitror. Neque enim splendida et magnifica vitae ratio omnino aliena fuit a disciplina Pythagorica [56]), et sordes atque squalores in habitu cultuque externo videntur tantum a nouitiis discipulis obseruati, omninoque non constans semper in his vsus fuisse [57]). Deinde interdum eum, si ex nostris moribus iudicamus, iusto magnificentius de se esse locutum, nec ab arrogantiae crimine liberari prorsus posse, fatendum quidem est. Sed si perpenderimus, Pythagoram eadem docuisse, atque talia vnice ex antiqua et poetica loquendi et philosophandi ratione explicanda esse, vt modo ostendimus, et crimina ista

καὶ παίδων ἐν οἴκῳ τρεφομένοις ὀρνιθαρίοις, ἃ Τίμαιος ἐωρακέναι φησὶ μέχρι τοῦ καθ' ἑαυτὸν βίου διαμένοντα. καὶ κατὰ τὴν προτέραν δὲ ταύτης Ὀλυμπιάδα, δευτέραν ἐπὶ ταῖς ἐνενήκοντα, νικήσαντος Ἐξαινέτου Ἀκραγαντίνου, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν ἐφ' ἅρματος. συνεκόμπευον δ' αὐτῷ, χωρὶς τῶν ἄλλων, συνωρίδες τριακόσιαι λευκῶν ἵππων, πᾶσαι παρ' αὐτῶν Ἀκραγαντίνων. καθόλου δὲ καὶ τὰς ἀγωγὰς εὐθὺς ἐκ παίδων ἐποιοῦντο τρυφερὰς, τήν τ' ἐσθῆτα μαλακὴν φοροῦντες καθ' ὑπερβολὴν, καὶ χρυσοφοροῦντες, ἔτι δὲ στλεγγίσι καὶ ληκύθοις ἀργυραῖς τε καὶ χρυσαῖς χρώμενοι. Cf. cap. 83. et 84.

56) v. *Athenaeus* 4. p. 163.

57) v. *Scheffer* l. l. p. 152 — 154.

profecta esse a seriorum temporum scriptoribus, qui rationem illam minus recte intellexissent; tum si cogitauerimus, Empedocli vt homini libero in libera ciuitate libere omnia quae vellet dicere licuisse, et cum libere quae sentiret diceret, aut popularitati magnis sumtibus impensis studeret, non magnopere ei verendum fuisse ne talia in malam partem acciperentur a ciuibus, qui viderent, eum potentia diuitiisque suis non ad occupandam tyrannidem abuti; denique si reputauerimus, eum se virum diuinum et deorum familiarem et supra vulgus elatum professum esse atque adeo profiteri debuisse eam ob causam, vt maiorem sibi auctoritatem compararet, qua opus esse sciret ad gignendam alendamque hominum suae aetatis singularem in se fiduciam, quo facilius iis doctrinam suam meliorem de Deo, de vniuerso, de forma ciuitatis, de ciuium libertate, caeterisque maximi momenti rebus persuaderet [58]): Empedoclis

58) Quales fraudes, si tamen fraudes vocare fas est, quae prudenter fiunt ad aliorum hominum veram salutem, ab antiquis philosophis et legislatoribus saepius commissas esse constat inter omnes. Sic *Plutarch.* de genio Socratis c. 9. πολιτικοῖς ἀνδράσι, καὶ πρὸς αὐθάδη καὶ ἀπόλαστον ὄχλον ἡναγκασμένοις ζῆν, non inutile esse dicit, ὥσπερ ἐκ χαλινοῦ τῆς δεισιδαιμονίας πρὸς τὸ συμφέρον ἀντισπάσαι καὶ μεταστῆσαι τοὺς πολλούς. Cf. quae dixi ad *Pherecyd.* p. 36. sqq.

magniloquentia multo minus reprehendenda apparebit, quam multorum aliorum tam veterum quam recentiorum iactantia.

Videtur tamen illa non parum contulisse ad excogitandam aliam eamque etiam peiorem grauioremque criminationem. Fuerunt enim, qui atheum fuisse nostrum existimarent, verbi causa *Theophilus Antiochenus* [59]), *Clemens Alexandrinus* [60]), et quodammodo *Cicero* [61]). Quin etiam recentiorum nonnulli hoc affirmare non dubitarunt [62]). Quibus quid respondendum sit, iam e superioribus facile intelligitur. Accedit quod crimen illud reperitur fere solemne esse in philosophis, qui supra aetatem suam saperent [63]), et quod vo-

59) ad Autolycum 3, 2. p. 198. ed. Oxon. 1684. 12. p. 118. A. ed. Colon. 1686. fol. *τί ὠφέλησεν — Ἐμπεδοκλέα τὸ διδάσκειν ἀθεότητα;*

60) protrept. p. 42. C. *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος εἰς πλῆθος ἐμπεσών, πρὸς τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τούτοις νεῖκος καὶ φιλίαν καταριθμεῖται. ἄθεοι μὲν δὴ καὶ οὗτοι.*

61) de N. D. 1, 12. „Empedocles multa alia peccans, „in deorum opinione turpissime labitur. Quattuor enim „naturas, ex quibus omnia constare vult, diuinas esse censet, quas et nasci et exstingui perspicuum est, et sensu „omni carere."

62) vt Cel. *Platnerus* in Aphorismis philosophicis p. 350. sq. (p. 426 sq. edit. 2.)

63) *Cic.* de inu. 1, 29. „in eo, quod in opinione posi„tum est, huiusmodi sunt probabilia, — eos, qui philo-

cabulum ἄθεος non semper odiosam illam notionem sibi subiectam habet, qua, vt taceam propriam, significat impium et scelestum [64]), sed saepe etiam, a plebe quidem, ἄθεοι sunt vocati, qui ordinem atque motum astrorum obseruassent omninoque astronomiae studerent [65]). Quodsi hoc sensu et ab indoctis hominibus Empedoclem dicamus atheum vocari, possumus facile concedere. Laudis enim potius est haec appellatio, quam vituperii, et videatur illa ex eodem fonte manasse, e quo fluxit nomen μεταρσιολέσχης, quo Empedocles appellatur in Sisypho dialogo, qui extat in *Platonis* operibus [66]), nempe e Socratica schola [67 a]). Saltem Galaxidorus apud

„sophiae dent operam „non arbitrari deos esse." *Apuleius* apolog. p. 291. „haec ferme communi quodam errore im„peritorum philosophis obiectantur, vt eorum, qui corpo„rum causas meras et simpliceis rimantur, irreligiosos pu„tent, eoque aiant deos abnuere, vt Anaxagoram, et Leu„cippum, et Democritum, et Epicurum, caeterosque rerum „naturae patronos."

64) Ap. *Sophocl.* Electr. 124. Clytaemnestra ob occisum Agamemnonem maritum vocatur ἀθεωτάτα, quod recte Scholiastes interpretatur nomine ἀσεβεστάτη.

65) v. *Plato* lib. 12. de legibus T. II. p. 966. sq.

66) T. III. p. 389. A.

67 *a*) v. Cel. *Schneider* ad *Xenoph.* memorr. 4, 7, 3. omninoque *Ant. Reiseri* de origine, progressu et incremento Atheismi diss. epist. ad Theoph. Spitzelium, Aug. Vindel. 1669. 8. qui tamen Atheismi vocabulo abusus est hactenus,

Plutarchum [67 b]) philosophiam Empedocleam appellat φασμάτων καὶ μύθων καὶ δεισιδαι-

vt superstitiosos omnes et impios haberet pro Atheis. *Ienkini Thomasii* hist. Atheismi breuiter delineata, Basil. 1709. 8. quae, quanquam multis abundat in leges historicas peccatis, tamen a *Chr. Gottli. Schwarzio* vna cum *Sam. Clarkii* demonstratione existentiae et attributorum Dei, ex Anglico in Latinum versa, edita fuit Altorf. 1713. 8. etiam denuo ab ipso auctore edita auctior, et ita inscripta: Diss. historico-philosophica de Atheismo, s. Historia Atheismi, in qua scriptores vetusti et recentiores, impietatis falso postulati, liberantur a turpi Atheismi stigmate etc. Lond. 1716. 8. Auctor in hac editione se nominat *I. Thomasium Philipps*, cum verum eius nomen fuerit *Ienkinus Philipps*, cuius etiam dissertationibus historicis, quae Londini 1735. 8. prodierunt, insertum est illud opusculum, p. 1 — 122. *Ioh. Franc. Buddei* theses theologicae de atheismo et superstitione, Ien. 1717. 8. *Iac. Fr. Reimmanni* hist. vniuersalis atheismi et atheorum falso et merito suspectorum, Hildesiae 1725. 8. Cf. *Ioh. Clph. Wolfii* diss. de Atheismi falso suspectis, Viteb. 1710. 4. *Iac. Hasaei* de gentilium philosophis Atheismi falso suspectis, Brem. 1716. *Ioh. Henr. Foppii* de Atheismo philosophorum gentilium celebriorum, Brem. 1714. *le Clerc* hist. des Systèmes des anciens Athées, quae extat in eiusdem Biblioth. choisie T. II. p. 11. sqq. et ducta potissimum ex iis est, quae *Cudworthus* in systemate intellectuali huius vniuersi hanc in rem disputauerat. Cf. quae ipse de nomine ἄθεος exposui in Commentarr. societatis philolog. Lips. qui Exc. *Beckii* cura prodeunt, Vol. II. Lips. et Plau. 1802. 8. p. 64 — 72. vbi p. 68 — 70. ostendere conatus sum, ἄθεον etiam eum vocatum fuisse, qui deum deosue esse non negans, alium aliosue statueret, quam qui recepti essent a ciuitate patria.

67 *b*) de genio Socratis c. 9. extr.

μονίας ἀνάπλεω, et εὖ μάλα βεβακχευμένην. Denique plane Empedoclem ab atheismi crimine defendit ipsius de diis sententia, quae infra (§. 11.) a me afferetur. Hoc enim loco de moribus philosophi agere constitutum erat, qui quales fuerint, e superioribus intelligi facile potest. Nimirum fuit ille iuuandi alios studiosissimus, idemque gloriae et honoris cupidissimus, atque adeo splendidus in vestitu et cultu, liberalis ac beneficus, amans ciuium, eorumque libertatis strenuus tutor. Quibus omnibus fieri non potuit, quin hinc ab adulatoribus nimis extolleretur, illinc multas hominum inuidorum calumnias experiretur et inimicitias. Exemplum narrat *Diogenes Laertius* [68]). Olympiae enim peregrinans Empedocles omnium in se ora conuerterat, eoque honore tantam popularium suorum inuidiam mouerat, vt ei redituro, cum Agrigentum ciuibus frequentaretur [69]), obstarent inimicorum nepotes. Quare secessit in Peloponnesum. Etiam *Timonis Phliasii* versus [70]) videntur huc pertinere:

68) 8. 67.

69) Ita explicanda putabam verba *Diogenis*: τοῦ Ἀπράγαντος οἰκιζομένου.

70) quos *Brunckius* e *Diog. Laert.* l. l. analectis veterum poetarum Graecorum inseruit T. II. p. 73. nr. XXV.

καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀγοραίων 71)
κηληστὴς 72) ἐπέων· ὅσα δ' ἔσθενε, τοσσάδε εἵλεν
ἀρχῶν, ὃς διέθηκ' ἀρχὰς ἐπιδευέας ἄλλων 73).

Legitur autem inimicitias tam grauiter et pertinaciter exercuisse, vt non facile placaretur.

71) Hoc vocabulum referendum videtur ad Empedoclis peragrationes per vrbes Graecorum. *Philostratus* in vita Apollonii 8, 7, 6. Ἐμπεδοκλῆς — ἐσόβει περὶ τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀγυιὰς, ὕμνους ξυντιθεὶς, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου ἔσοιτο. Sic *Gorgias* encom. Helen. p. 97. in eorum numero, quibus aliorum animus flecti quocunque velis possit, secundo loco ponit τοὺς ἀγοραίους διὰ λόγων ἀγῶνας, ἐν οἷς εἷς λόγος πολὺν ὄχλον ἔτρεψε καὶ ἔπεισε, τέχνῃ γραφεὶς, οὐκ ἀληθείᾳ λεχθείς.

72) κηληστὴς ἐπέων est *carminibus demulcens, deliniens, blande decipiens.* Fortassis alluditur ad crimen magiae, cuius Empedoclem male accusatum esse supra diximus. Certe ap. *Platon.* lib. 2. de rep. T. II. p. 358. B. dicitur Thrasymachus ὥσπερ ὄφις κηληθῆναι. et in Lyside T. II. p. 206. A. est λόγοις τε καὶ ᾠδαῖς κηλεῖν.

73) i. e. magistratus imperitos et nullius pretii. Nisi forte rectius eo referas, quod Empedocles posuit quidem quatuor rerum elementa, tanquam ἀρχὰς τῶν ὄντων, sed non omnia ex his explicari intelligens, duo alia summa principia assumere coactus fuit, τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. Et haud dubie vera est haec explicatio. Nam αἱρεῖν sensu philosophico esse posse *ponere, sumere*, docet vel nomen αἵρεσις, quod de secta philosophica dicitur. Mirum autem est, quod neque *Brunckius*, neque vllus *Diogenis* interpretum vidit, pro participio ἄρχων, quod sensum tolerabilem fundit nullum, reponendum esse genitiuum ἀρχῶν, vt haec nascatur sententia: *sumsit tot rerum principia, quot sumere et*

Saltem *Apostolio* [74]) et *Suida* [75]) testibus Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα per prouerbium dicebatur ἐπὶ τῶν ἐπιμόνως ἐχθρωδούντων [76]) πρός τινας et ἐπὶ τῶν δυσοργήτων. Vterque hanc in rem affert *Lysiae* verba: ᾤμην δὲ ἔγωγε τοιαύτῃ φιλίᾳ συνηρμόσθαι, ὥστε μηδ' ἂν τὴν Ἐμπεδοκλέους ἔχθραν ἐμποδὼν ἡμῖν γενέσθαι [77]). Et *Erasmus* [78]) cum isto prouerbio confert similia: *odium Vatinianum* et *odium nouercale.* Cum vero nullum ab vllo scriptore contumacis eiusmodi inimicitiae exemplum proditum reperiatur, cum verisimile non sit, inimicos eius talia, si sciuissent, praetermissuros fuisse, cumque vel humanitas nos iubeat optime statuere de eo, qui ne accusatus quidem, nedum conuictus sit alicuius vitii: valde probabile ac pene certum arbitror, *Lysiam* non ad animi prauitatem

excogitare potuit. In *Is. Friderici Langheinrich* dissertationibus de Timone Sillographo, Lips. 1720 — 1723. 4. ne reperire quidem hunc *Timonis* locum mihi licuit.

74) prouerbb. 8, 21.

75) in v. Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα.

76) Ita legendum apud *Suidam* videtur pro ἐχθροδούντων. Nomen δυσόργητος significat *grauiter irascentem, qui simultatem exercet.* v. *Aesop.* fab. 163.

77) Pro ἐμπ. ἡμ. γενέσθαι *Apostolius* habet ἰσχῦσαι διαστῆναι.

78) Chill. 2, 6, 53. Cf. *Barberius* de miseria poetarum p. 515. ed. *Mencken.*

illam, quae in simultate exercenda cernitur, sed ad nobile dogma Empedoclis respexisse, de quo infra plura dicentur: quae in rerum natura totoque mundo constarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Prosa enim oratione ἔχθραν vocauit Lysias, quod Empedocles poeta νεῖκος appellauerat. Vtrum autem ita, an secus et perperam *Suidas* et *Apostolius* verba Lysiae intellexerint, et an vnquam Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα dicta fuerit κατὰ παροιμίαν de diuturna et pertinaci inimicitia ac simultate, plane incertum est.

§. 8.

Praeterea nihil, quod ad Empedoclis vitam spectaret, reperire mihi licuit. Sed inuidiae illius, quam dixi perpetiendam fuisse philosopho, exempla putari possunt variae eaeque falsae de mortis eiusdem genere narrationes, ita vt ei plane idem acciderit, quod Pherecydi Syrio [1]). Scilicet plerique eum ita e vita discessisse narrant, vt mortis genus a plebe

1) v. Commentatio mea de Pherecyde p. 25. sqq. De Empedoclis autem mortis genere omnino legendi sunt *le Moyne* in prolegomenis ad varia sacra, Lugd. Bat. 1685. 4. p. 47 — 49. *Ge. Phil. Olearii* progr. de morte Empedoclis, Lips. 1733. fol. et *Benito Feyjoo* Kritik gemeiner Irrthümer, T. I. e versione Germanica *L. Harscheri de Almendingen* (Gothae 1791. 8.) p. 171 — 176.

posset pro poena diuina haberi. *Hippobotus* [2]) enim tradit, eum post Pantheam feliciter sanatam, quo facto diuinos honores sibi meruerat, peracto sacrificio profectum esse ad Aetnam montem, vbi cum aduenisset, in crateras ignis insiluisse, eo quidem consilio, vt famam de se deo facto sparsam confirmaret. Postea vero rem cognitam fuisse, eiecta vna aenearum, quas gestauerat, crepidarum. Eadem, sed paululum mutata, plurimi alii referunt, vt *Diodorus Ephesius* [3]), *Horatius* [4]), *Gregorius Nazianzenus* [5]), *Tertullianus* [6]), *Lactantius* [7]), *Lucianus* [8]), *Suidas* [9]), vetus inter-

2) ap. *Diog. Laert.* 8, 69. et *Eudociam* p. 170.

3) ap *Diog. Laert.* 8, 70.

4) art. poet. 464. sq.

Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Insiluit.

5) *Barthius* aduersarr. 41, 11. hos affert *Gregorii* versus:
Ἐμπεδόκλεις σὲ μὲν αὐτίκ' ἐτώσια φυσιόωντα
καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς πρητῆρες ἔδειξαν,
σάνδαλ' ἀποβράσσαντες ἐλαφρόνοιο θεοῖο
χάλκεα, καὶ σὲ βροτοῖσιν ἐπαίσχεα πᾶσιν ἔθηκαν
πύδεος ἰμείροντα δι' ἄλματος αἰνομόζοιο.
Duo primos edidit etiam *Muratorius* in anecdotis Graecis, Patau. 1709. 4. epigr. LXXXV. vbi legitur πρατῆρες.

6) ad martyres c. 4. p. 225. ed. *Pamel.*

7) 3, 18. cuius verba *Vincentius Bellouacensis* transcripsit in speculum naturale 23, 69.

8) in Fugitiuis T. II. p. 592. ed. Graev.

9) in v. Ἀμύκλαι et Ἐμπεδοκλῆς.

pres Horatii Cruquianus [10]), vetus interpres Ouidii Boessianus [11]), et multi quidem non sine irrisione, vt *Lucianus* [12]), *Tertullianus* [13]), *Hermias* [14]), *Tatianus* [15]), *Cyrus Theodorus* [16]). Per hos tot scriptores non potuit non omni-

10) ad *Horat.* l. l. p. 638.

11) ad Ibin v. 599. editus Lugd. 1661. 8. Multi ad eandem narratiunculam alluserunt, vt *Lucianus* de morte Peregrini T. II. p. 562. *Claudianus* de consulatu Mallii Theodori v. 71. *Vlpianus* in Digest. lib. 28. tit. 3. l. 6. §. 7. de quo tamen loco cf. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 8, 69.

12) dialog. mort. T. I. p. 305. vbi Empedocles vocatur ἡμίεφθος ἀπὸ τῆς Αἴτνης. it. ver. hist. lib. 2. T I. p. 677. in Icaromenippo T. II. p. 195 sq. de morte Peregrini p. 559. in Piscatore s. Reuiuiscentibus T. I. p. 390.

13) apolog. c. 50. p. 94. et de anima c. 32. p. 587.

14) irris. gentilium philosophor. p. 177. A. ὁ Ἐμπεδοκλῆς — ἀπὸ τῆς Αἴτνης μέγα βοῶν etc.

15) orat. contra Graecos p. 143. D.

16) in carmine, quod inscribitur *amicitia exulans*, et legitur ad calcem florilegii s. sententiarum *Stobaei* ed. *Gesner.* v. 51. sqq.

ὁ φληνάφος γὰρ Ἐμπεδοκλῆς ἐῤῥέτω,
τὸ νεῖκος εἰκὼν δημιουργὸν τῶν πάντων.
τί γὰρ νοήσει καὶ συναισθήσεταί τινος
ἄνθρωπος οὐ γνοὺς ὡς τὸ πῦρ φύσει παίει,
ἀλλ' εἰς πυρὸς πρατῆρας ἐμπεσὼν μέσους;

Sic Empedocles dicitur ὁ Αἰτναῖος ab *Oecumenio* in ἐξηγήσει εἰς τὰς ἑπτὰ καθολικὰς λεγομένας ἐπιστολὰς, ad 2 Petr. 3, 5. p. 214. ed. Frcf. 1610. 4. Referri etiam huc possunt verba *Hieronymi*, a *Brodaeo* ad anthologiam p. 424. allata: „Empedocles per suam philosophiam, ne dicam „melancholiam, Aetnam sibi Mausoleum delegit."

bus innotescere vanus ille rumor, et credi a multis, quanquam cuilibet poterat res per se ridicula [17]) videri atque suspecta. Vt enim hoc vnum commemorem, quod iam *Baldui-nus* [18]) attulit, vix credibile est, non liquefactas per tantam vim ignis crepidas aeneas. Debebant saltem ferreae fingi. Verum non contenta maleuola hominum leuitas, summo philosopho narratione ista in variis libris perscripta notam ignominiae inussisse, voluit hanc in rem etiam antiqua aliqua turre vti, marmorea illa et in summo fere montis Aetnae fastigio posita, quam vocant nunc quoque *torre del filosofo*, quoniam ex ea Empedocles Aetnae vomitus obseruauerit, tandemque se praecipitem in eum dederit. Quam traditionem quis non intelligit ideo fictam esse, vt facilius crederetur rumor in scriptis traditus, vel etiam lucri causa, vt οἱ περιηγηταὶ possent paulo plura poscere a peregrinis? Manifestum enim est, valde recens esse hoc figmentum, cum nemo veterum tale aedificium memoret. Quare vix videtur opus esse, vt, cui rei illa turris proprie destinata, et quando exstructa fuerit, nimis diligenter quaeramus. Nuperus quidem istius spectator doctissimus,

17) v. *Barth.* aduersar. 41, 11.

18) de calceo antiquo p. 40. ed. *Ioecher.* Lips. 1733. 12.

Iohannes Henricus Bartels [19]), existimat, fuisse fortasse speculam a Gothis vel Normannis exstructam. Quae coniectura per se quidem valde verisimilis est [20]), sed propter ea, quae *Doruillius* [21]) de ruderum elegantia magnificentiaque narrat, minus videtur esse probabilis. *Carrera* [22]) putabat, esse reliquias pyramidis siue sepulchri Nymphae Thaliae Aetnae. Quam opinionem reiicit *Doruillius*, coniiciens esse rudera aedis vel Vulcano vel ipsi Aetnae monti sacrae. Sed quid diutius huic turri insistamus, quam necesse est fundamento suo euerso ipsam quoque ruere atque concidere? Contradicunt autem illi narrationi, cui tanquam fundamento superstructa fuit turris philosophi, sat graues auctores, vt *Pausanias*, aequalis Empedocli [23]), *Timaeus* [24]), *Strabo* [25]),

19) Briefe über Calabrien und Sicilien T. II. Goetting. 1789. 8. epist. XXI. p. 353.

20) collatis inprimis iis, quae idem *Bartels* p. 27. obseruauit.

21) in Sicilis c. 14. p. 233.

22) v. *Doruill.* l. l. pag. 235.

23) ap. *Diog. Laert.* 8, 69. et *Eudociam* p. 170. sq.

24) ap. *Diog. Laert.* 8, 70. sq.

25) lib. 6. p. 274. (420.) et p. 276. (423.) *Strabonis* verba sunt: *ἔστι δὲ ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία καὶ τεφρώδη, καὶ χειμῶνος μετὰ τοῦ χιόνος· τὰ κάτω δὲ, δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς. ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρὸς, τοτὲ μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τοτὲ*

qui eam mythis annumerat. Itaque conficta videtur ab iis, quorum interesset, vt Empedocles, quem ἄθεον et μάγον et γόητα et

δὲ σχιζομένου· καὶ τοτὲ μὲν ῥύακας ἀνακέμποντος, τοτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος. ἀνάγκη δὲ τοῖς πάθεσι τούτοις τούς τε ὑπὸ γῆν πόρους συμμεταβάλλειν, καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τὴν πέριξ. οἱ δ' οὖν νεωστὶ ἀναβάντες διηγοῦντο ἡμῖν, ὅτι καταλάβοιεν ἄνω πεδίον ὁμαλόν, ὅσον εἴκοσι σταδίων τὴν περίμετρον, πλειόμενον ὀφρύϊ τεφρώδει, τειχίου τὸ ὕψος ἔχοντι, ὥστε δεῖν παθάλλεσθαι τοὺς εἰς τὸ πεδίον προελθεῖν βουλομένους, ὁρᾶν τε τὸ μέσον βουνὸν τεφρώδη τὴν χρόαν, οἷάπερ καὶ ἡ ἐπιφάνεια καθεωρᾶτο τοῦ πεδίου. ὑπὲρ δὲ τοῦ βουνοῦ νέφος ὄρθιον διανεστηκὸς εἰς ὕψος, ὅσον διακοσίων ποδῶν, ἠρεμοῦν. εἶναι γὰρ καὶ νηνεμίαν. εἰπάζειν δὲ παντῷ. δύο δὲ τολμήσαντας προελθεῖν εἰς τὸ πεδίον· ἐπεὶ δὲ θερμοτέρας ἔβαινον τῆς ἄμμου καὶ βαθυτέρας, ἀναστρέψαι, μηδὲν ἔχοντας περισσότερον φράζειν τῶν φαινομένων τοῖς πόρρωθεν ἀφορῶσι. νομίζειν δ' ἐκ τῆς τοιαύτης ὄψεως, πολλὰ μυθεύεσθαι, καὶ μάλιστα οἷα φασί τινες περὶ Ἐμπεδοκλέους, ὅτι καθάλλοιτο εἰς τὸν κρατῆρα, καὶ καταλίποι τοῦ πάθους ἴχνος, τῶν ἐμβάδων τὴν ἑτέραν, ἃς ἐφόρει χαλκᾶς. εὑρεθῆναι γὰρ ἔξω, μικρὸν ἄπωθεν τοῦ χείλους τοῦ κρατῆρος, ὡς ἀνερριμμένην ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πυρός. οὔτε γὰρ προσιτὸν εἶναι τὸν τόπον, οὔθ' ὁρατὸν, εἰπάζειν τε μηδὲν καταῤῥιφῆναί τι δύνασθαι ἐκεῖσε, ὑπὸ τῆς ἀντικνοίας τῶν ἐκ βάθους ἀνέμων καὶ τῆς θερμότητος, ἣν προαπαντᾶν εὔλογον πόῤῥωθεν πρὶν, ἢ τῷ στομίῳ τοῦ κρατῆρος προσπελάσαι. εἰ δὲ καταῤῥιφθείη, φθάνοι ἂν διαφθαρὲν πρὶν ἀναῤῥιφῆναι πάλιν, ὁποῖον παρελείφθη πρότερον. τὸ μὲν οὖν ἐκλείπειν ποτὲ τὰ πνεύματα καὶ τὸ πῦρ, ἐκλειποῦσης

quid non? putarent, odio haberetur a multitudine etiam mortuus. Sic *Eudocia* p. 171. cur veram putet *Hippoboti* narrationem, affert hanc causam: *καὶ γὰρ ὁ θεὸς τῶν πάντων, βουληθεὶς δημοσιεῦσαι αὐτοῦ τὴν τῆς κενοδόξου ἀπωλείας κατάκλησιν, ὅτι ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀπώλετο, τὸ σανδάλιον αὐτοῦ σῶον ἐκ τοῦ πυρὸς ἐποίησεν ἀναδοθῆναι· πρὸς ἔλεγχον τῶν ματαιοφρονεῖν ἐθελόντων. καὶ οὕτως ἐγνώσθη πᾶσιν, ὅτι θεὸς μὲν οὐ γέγονε, κατεκάη δὲ εἰς τέλος ἀξίως διὰ τῆς οἰκείας κενοδοξίας.* Deinde comparat Empedoclem cum Trophonio et Aristio et Empedotimo vatibus, qui, vt dii viderentur facti esse, in speluncas sese deiecerint. Ex eodem

ποτὲ τῆς ὕλης, οὐκ ἄλογον. οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτον γε, ὥστ' ἀντὶ τῆς τοσαύτης βίας ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι τὸν πλησιασμόν. Illa tamen ratio, quam et ipsam *Strabo* attulit, quod nemo posset ad crateris margiuem peruenire, videtur vana esse. Certe ante annum Christi 1536. per plures annos descendi in craterem potuit. v. *Barthels* l. l. T. II. p. 384. Et nuper demum (a. 1788.) ad marginem vsque crateris penetrauit Spallanzanius Ticinensis. v. *Lazzaro Spallanzani* Reisen in beyde Sicilien und einige Gegenden der Apenninen, P. I. (Lips. 1795. 8.) cap. 8. Recte vero sentire videntur ii, qui non eandem omnibus temporibus formam crateris rationemque fuisse statuunt. Cf. *Ant. Philothei de Homodeis* Aetnae montis topographia et eius incendiorum historia, in *Burmanni* thes. antiquitatum et historiarum Siciliae Vol. IX. vbi etiam extat *Petr. Carrerae* descriptio Aetnae.

maledicentiae fonte ortam arbitror illam fabulam, quam refert *Democritus* siue *Demetrius Troezenius* [26]), Empedoclem laqueo sibi fauces occlusisse. Sunt qui huc referant verba *Ouidii* [27]).

Vtue Syracosio praestricta fauce poetae,
Sic animae laqueo sit via clausa tuae.

Sed pro Empedocle in his intelligendum esse Antiphontem, poetam tragicum, et pro *Syracosio* rectius legi *Syracusio*, satis demonstratum est in *Burmanni* thesauro antiquitatum et historiarum Siciliae [28]). Alii contra, nimio Empedoclis amore et cultu permoti, finxerunt, eum viuum in deorum sedes translatum esse, vt *Heraclides* [29]). Alii, vt ipse *Diogenes Laertius* [30]), media via incedentes, lenire fabulam de saltu in Aetnam ita conantur, vt Empedoclem dicant inuitum vi ignis Aetnaei periisse, cum discendi et obseruandi

26) in libro *κατὰ σοφιστῶν* ap. *Diog. Laert.* 8, 74.

27) in Ibide v. 549. sq.

28) T. XI. p. 220 — 285.

29) ap. *Diog. Laert.* 8, 67. sq. et *Hesych. Miles.* p. 52. Cf. *Euseb.* adu. Hieroclem p. 541. D.

30) 8, 75. Verba epigrammatis, quod totum extat etiam in *H. Stephani* anthologia p. 287. b. et in Wecheliana anni 1600. p. 424. sunt haec:

οὐκ ἐρέω δ' ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον Αἴτνης,
ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

causa [31]), vt postea Plinius maior, ad flammam accessisset paulo propius. Similiter *Telauges* in epistola saepe commemorata [32]) dicit, eum, cum ob senectutem vacillaret, in mare incidisse et mortuum esse. *Menagius* quidem pro verbis εἰς θάλαττα̃ν coniiciebat reponenda esse verba εἰς τὰν Αἴτνα̃ν, vt consensus existeret inter Diogenis versus et Telaugis relationem: quae coniectura placebat *Merico Casaubono*. Sed hic consensus prorsus non video cur sit necessarius, praesertim cum *Diogenes* ipse in superioribus ostenderit, se scire, quam sublestae fidei esset illa epistola. *Neanthes* [33]) auctor est, curru vectum Empedoclem ad panegyrin quandam, quae Messenae [34]) esset celebranda, decidisse et femur s. coxam fregisse, atque hinc morbo contra-

31) Nam in verbis *Diogenis* modo allatis pro λαθεῖν cum *Merico Casaubono* lego μαθεῖν. Haec enim verba saepius inter se permutari cum per se pateat, tum exemplo docuimus in lexico Xenophont. Si quis statuat, Empedoclem ad obseruanda Aetnae incendia propius accessisse, possit is explicare, cur aeneos calceos gestauerit, nempe quo cinerum feruorem perferret facilius.

32) ap. *Diog. Laert.* 8, 74.

33) ap. *Diog. Laert.* 8, 73. Cf. *Hesych. Miles.* p. 33. et *Eudocia* p. 170.

34) *Bonamy* p. 70. non, vt *Mongitor* aliique, Messanam, Siciliae vrbem, intelligit, sed Messenen, vrbem Peloponnesi. Et consentiunt omnia, eum in Peloponnesum iter fecisse. v. §. 7. extr.

cto diem obiisse supremum. Sepulcrum eius esse Megaris. Hanc traditionem *Diogenes* [35]) his conclusit versibus:

ναὶ μὴν Ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος, ὃς ποθ' ἁμάξης
ἔκπεσε, καὶ μηρὸν πλάσσατο δεξιτερόν.
Εἰ δὲ πυρὸς κρατῆρα ἐσήλατο, καὶ κἰς τὸ ζῆν,
πῶς ἂν ἔτ' ἐν Μεγάροις δείκνυτο τοῦδε τάφος;

E quibus patet, eum hanc narrandi rationem reliquis omnibus veriorem putasse. Sed argumentatio eius in duobus vltimis versibus quam inepta sit, perspicere quilibet ipse potest. Constat enim, a veteribus saepe exstructa esse *κενοτάφια*, et Pausanias, *Timaeo* teste [36]), ipse posuit amico monumentum aliquod tanquam deo, siue statuam siue sacellum. Quidni alius ei exstruxerit Megaris *κενοτάφιον*? Vtut vero sit, vnus *Timaeus* videtur omnium rectissime iudicare, *αὐτοῦ τὴν τελευτὴν ἄδηλον εἶναι*. Secessisse enim Empedoclem in Peloponnesum [37]), et nunquam inde rediisse, atque adeo ibi esse mortuum. Hanc narrationem ego puto veram esse, cum quia simplicissima est, tum quia explicari ex ea potest

35) 8, 75. etiam in anthologia Steph. et Wechel. II. II.

36) ap. *Diog. Laert.* 8, 71. Sic, vt similes aliorum auctorum locos taceam, diserte *Xenophon* anab. 6, 4, 6. *ἐνίους*, inquit, *ἔθαψαν· — οὓς δὲ μὴ εὗρισαν, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν.*

37) Cf. *Diog. Laert.* 8, 67. et supra §. 7.

optime, cur prorsus incertus sit annus aetatis, quo philosophus noster obierit. Qua de re supra [38]) dictum est. Qui vero factum sit, vt, quo mortis genere obierit vir et doctissimus et generis nobilitate aeque ac diuitiarum amplitudine insignis, comperire nulli homini adhuc liceret, nemo facile dixerit. Exempla tamen similia non desunt in antiquis scriptoribus, quorum illud saltem de Oronta, regii generis viro, lectoribus eruditis in memoriam reuocare lubet, de quo *Xenophon* in anabasi *) ita scripsit: *μετὰ ταῦτα οὔτε ζῶντα Ὀρόντην, οὔτε τεθνεῶτα οὐδεὶς πώποτε εἶδεν, οὐδ' ὅπως ἀπέθανεν οὐδεὶς εἰδὼς ἔλεγεν. εἰκαζον δ' ἄλλοι ἄλλως. τάφος δ' οὐδεὶς πώποτε αὐτοῦ ἐφάνη.* Qui locus paulo diligentius perpensus, et cum aliis similibus collatus, multis coniecturis de causa et genere mortis Empedoclis, quas ego quidem, quippe alienas ab historia, praetermittendas putaui, causa occasioque existere poterit. Alias de Alcmena fabulas e simili causa ortas attuli ad *Pherecydem* p. 197. et 199.

Caeterum praeter Pausaniae monumentum, quod interiit, publica monumenta Empedocli posita sunt a ciuibus. *Hippobotus* [39]) enim

38) supra §. 2.

*) 1, 6, 11.

39) ap. *Diog. Laert.* 8, 72.

dicit, statuam eius opertam (ἐγκεκαλυμμένον) Agrigenti fuisse statutam, postea vero a Romanis translatam ante Romanorum curiam stetisse retectam (ἀκάλυφον), h. e. omnibus tempestatis iniuriis expositam. Nam *Plinii* [40]) locus a *Menagio* huc allatus vix huc pertinet, cum agat de discrimine statuarum, quarum masculas Graecas ait omnes nudas fuisse, Romanas autem fere amictas [41 a]). *Diogenes* istis narratis addit haec verba: γραπταὶ μὲν γάρ εἰσι τινὲς, καὶ νῦν περιφέρονται. In his vel pro γραπταὶ legendum γραφαὶ [41 b]), vel cum *Menagio* intelligendum est nomen εἰκόνες, vel potius, cum nullum huius omissionis exemplum nouerim, pro εἰσί τινες reponendum εἰκόνες, ita vt sequens καὶ sit *etiam*. Extant sane nunc quoque Empedoclis effigies, etiam in numis Agrigentinorum. Effigies eius v. c. aere excusa apparet in *Gronouii* thesauro antiquitatum Graecarum [42]), et in

40) H. N. 34, 5. Verba sunt: „Graeca res est, nihil velare: at contra Romana ac militaris, thoracas addere."

41 *a*) v. *Figrelius* de statuis illustrium Romanorum, Holm. 1656. 8. p. 172. sqq. et *Martini* antiquorum monimentorum sylloge. Lips. 1783. 8. p. 88. et 90.

41 *b*) vt contra ap. *Longum* p. 1. legendum est γραπτὴν pro γραφήν. v. *Villoison*. anecdot. Graec. T. II. p. 66.

42) T. III. nr. *bbbbb*. Apparet Empedocles barbatus, pallio philosophico amictus, stans manu extensa, tanquam docens, addita epigraphe, Ἀκραγαντίνων.

Iacobi Bonanni et *Columnae* Syracusis antiquis illustratis [43]). Numi Agrigentini, in quibus conspicitur Empedoclis facies, reperiuntur, teste Ill. *Harlesio* [44]), apud *Parutam* [45]), apud *Carreram* [46]), et apud *Burmannum* [47]). De numis Selinuntinis dixi §. 5.

§. 9.

Iam in explicandis philosophi de mundo et rebus physicis aliisque opinionibus, quod opus longe difficillimum esse intelligens inprimis lectorum aequitatem imploro, conabor ita versari, vt primo afferam opiniones illas, compositas inter se et cohaerentes, deinde vno ordine sequi iubeam versus Empedoclis ipsos, quotquot reperiri potuerint, additis et emendationibus, vbi opus fuerit, et interpretationibus qualibuscunque meis. Multo minor haud dubie faciliorque nobis esset hic labor futurus, si per temporis iniuriam frui liceret

43) lib. 2. cap. 1. p. 191. in *Burmanni* thesauro antiquitatum et historiarum Siciliae T. XI.

44) ad *Fabric.* biblioth. Gr. Vol. I. p 811.

45) in Sicilia descritta con Medaglie, Panormi 1612. fol. iterum Rom. 1649. fol. tum in miglior ordine disposta da *Marco Maier*, Lugd. 1697. fol.

46) in monimentis Catanae 2, 6. p. 35. ed. *Burmann.* in thesauri modo laudati Tomo X.

47) in commentar. ad numismata Sicula (i. e. in *Dorvillii* Siculis T. II.) tab. XIX. nr. 11.

commentariis in carmina Empedoclea, quos scripsisse leguntur *Chrysippus* [1]), *Zeno Eleates* [2]) et *Plutarchus* [3]). *Hermachi* siue *Hermarchi Mitylenaei* libros iam §. 1. laudare me memini. Scripserat ille ad refutandum Empedoclem, vt recte colligere videmur e verbis *Ciceronis* [4]): „Epicurus, et Metrodorus et Her„machus contra Pythagoram, Platonem, Em„pedoclemque dixerunt." Fortassis etiam *Aristarchi* opus nos, si superesset, iuuaret, saltem ad diiudicandum, quinam versus aut genuini aut suspecti aut adulterini essent putandi. Certe *Daniel Heinsius* [5]) dicit, Aristarchum artem suam etiam erga Empedoclem exercuisse. *Heinsius* haud dubie id collegit

1) *Galenus περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων* lib. 3. T. I. p. 267, 34. ed. Basil. Chrysippus *ἐξ Ἐμπεδοκλέους — καὶ ἑτέρων ποιητῶν ἐπῶν μνημονεύει καμπόλλων.* p. 270, 13. *ἀρξάμενος ἀπό τινος Ἐμπεδοκλείου ῥήσεως, ἐξηγεῖταί τε αὐτὴν, καί τινων κατὰ τὴν ἐξήγησιν ἀξιολογωτέρων ἄρχεται λόγων.*

2) *Suid.* et *Eudocia* p. 204. *Ζήνων, Τελευταγόρου, Ἐλεάτης, — ἔγραψεν — ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους πρὸς τοὺς φιλοσόφους περὶ φύσεως.*

3) *Plutarchus* scripserat *εἰς Ἐμπεδοκλέα περὶ τῆς ἐ οὐσίας βιβλία ἑ.* v. *Lampriae* catalogus scriptorum Plutarchi nr. 42. ap. *Fabric.* bibl. Graec. Vol. III. p. 335. siue Vol. V. p. 160. ed. *Harles.*

4) de N. D. 1, 33.

5) prolegom. ad Aristarchum sacrum p. 640. ed. Lugd. Bat. 1639 fol.

e *Suidae* verbis: *λέγεται δὲ γράψαι ὑπὲρ ὡ* (l. e. *ὀκτακόσια*) *βιβλία ὑπομνημάτων μόνων.* Nam nemo veterum, quantum mihi quidem constabat, vnquam diserte dixit, Aristarchum commentarios in Empedoclis carmina composuisse. Nec *Sallustii* Empedoclea, a *Cicerone* [6]) commemorata, omni fructu puto caritura fuisse. Nunc his omnibus destitutos oportet nos contentos esse iis, quae Aristoteles, Plutarchus, Stobaeus aliique de Empedoclis placitis passim exposuerunt. [7]) Antequam vero ipsa haec eius placita contemplemur, monere liceat, Empedoclem, cum haereret aliquo loco, nec se expedire satis posset, dixisse: abstrusa esse omnia, nihil nos

6) epist. ad Q. Fratr. 2, 11. vbi *Ernestius* putat fuisse carmen de philosophia Empedoclis, scriptum breuitate molesta et obscura.

7) E recentioribus conferri cum maxima vtilitate possunt *Scipio Aquilianus* de placitis philosophorum qui ante Aristotelis tempora floruerunt, Venet. 1620. 4. iterum cura *Bruckeri*, Lips. 1756. 4. cap. 22 — 24. p. 141 — 173. et *Dieterici Tiedemanni* System des Empedocl. in Göttingisch. Magazin der Wissenschaften und Litteratur, herausgegeben von *Ge. Chr. Lichtenberg* und *Ge. Forster*, Götting. 1781. 8. particula IV. p 38 — 71. it. *Guil. Theoph. Tennemanni* Gesch. der Philosophie, Vol. I (Lips. 1798. 8.) p. 241 — 256. denique, quod attinet ad Empedoclis cognitionem rei medicae, Exp. *Car. Gottlob Kühnii* diss. I. de philosophis ante Hippocratem medicinae cultoribus, Lips. 1781. 4. p. 32 — 41.

sentire, nihil cernere, nihil omnino, quale esset, posse reperire [8]). Vnde ab iis, qui perturbare philosophiam bene iam constitutam vellent, laudari ac proferri solebat [9]). Ex eius enim hypothesibus et opinionibus disputari facile poterat in vtramque partem, vt neuter gloriari posset, se verum inuenisse ac tenere. His positis nemo mirabitur, qui Empedoclem legerit tradidisse interdum talia; quae vel dissentire ab aliis ipsius dogmatibus, vel adeo pugnare cum iisdem viderentur. Placuit hoc semel monere, ne saepius inculcare necesse esset.

Videtur autem Empedocles statuisse, non a sensibus, sed a recta ratione, quae sensus adiuuet ac regat, verum iudicari et percipi, atque adeo hoc dogma pertinere tantum ad res corporeas et materiales, fragiles illas quidem et semper mutationi obnoxias. Alia

8) Ita *Cicero* tradit Acad. 4, 5. Idem cap. 23. scripsit haec: Furere tibi Empedocles videtur: at mihi dignissimum rebus iis, de quibus loquitur, sonum fundere. Num ergo is excaecat nos, aut orbat sensibus, si parum magnam vim censet in iis esse ad ea, quae sub eos subiecta sint, iudicanda? et 1, 12. memorat earum rerum obscuritatem, quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, et veluti amantes Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes pene veteres: qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt.

9) v. *Cic.* Acad. 4, 5.

quaedam hanc in rem afferre animus est, vbi de sensibus agetur.

Iam cum in recensendis placitis Empedocleis incipiendum putemus ab mundi origine, hoc primum agendum videtur, vt, quid varii scriptores antiqui philosophum Agrigentinum de ea docuisse tradant, diligenter enumeremus. Quamuis enim praeuideam, futurum esse vt lectores intelligentes vel nihil noui putent a me allatum esse, vel nihil magnopere ad illustranda aut confirmanda aut refutanda Empedoclis dogmata collatum esse iudicent, vel denique non pauca aliter tradita animaduertant, quam aut vulgo hucusque traditum fuerit, aut etiam infra ex ipsis philosophi carminibus patere videatur: tamen in hac quoque operis mei parte abunde contentus ero, si viri periti me omnia, vel certe pleraque, quae ad rem propositam pertinerent, ita collegisse arbitrati fuerint, vt cuique iam pateat, quid quisque veterum tradiderit, vtque nemo plura temere exspectet aut frustra quaerat. *Irenaeus* igitur [10]), „hoc, „inquit, quod ex subiecta materia dicunt „(Gnostici) fabricatorem fecisse mundum, et „Anaxagoras, et Empedocles, et Plato primi „ante hos, dixerunt." Irenaeum vero, cum haec scriberet, non satis accurate rem tradi-

10) aduersus haereses 2, 19. (2, 14. p. 134. ed. *Massuet.*)

disse, docent multi alii veterum scriptorum loci, e quibus apparet, Empedocli causam mundi materialem, fuisse particulas materiae calidas et frigidas, sed causam efficientem fuisse motum siue causam quandam mouentem, qua corpuscula prima disiungerentur atque coniungerentur, et tanquam rerum omnium elementa prodirent vimque agendi acciperent. Huius autem motus vel coniunctionis s. concretionis et disiunctionis s. discretionis causas esse statuebat τὴν φιλίαν, *amicitiam*, et τὸ νεῖκος, *litem* s. *discordiam*. Haec duo, quamuis et ipsa ad materiam pertinentia, erant ei summa et prima omnium rerum principia, siue causae efficientis efficientes causae. *Elementa* autem *quatuor* ponebat, ignem, aquam, aerem, terram. Iam vt diiudicari a quolibet facile possit, verene a me tradita fuerit Empedoclis doctrina, videamus ipsa veterum verba, et primo quidem praecipue de elementis.

Sextus Empiricus [11]): Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος — δύο δραστηρίους τῶν ὅλων ἀρχὰς ὑποθέμενος, φιλίαν καὶ νεῖκος, ἅμα τε τῶν τεσσάρων μνησθεὶς ὡς ὑλικῶν, γῆς τε καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ πυρὸς, πλάσας

11) adu. Mathematt. 7, 115. De similibus eiusdem locis 9, 4. et 10. dicetur inferius.

ταῦτα ἔφη κριτήρια τυγχάνειν. Plotinus [12]) τῷ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ νεῖκος μὲν διαιρεῖ, ἡ δ φιλία ἑνοῖ (ita legendum puto pro τὸ ἓν vel his verbis addendum ποιεῖ)· — τὰ δὲ στοιχεῖα ὡς ὕλη. Simplicius [13]): ἐπειδὴ τὸ θερμὸν κοῦφον καὶ ἀνωφερές ἐστι, τὸ δὲ ψυχρὸν βαρὺ καὶ κατωφερὲς, διὰ τοῦτο ὁ κόσμος οὕτω συνέστη, τῆς μὲν γῆς κάτω γενομένης, τοῦ δὲ οὐρανοῦ ἄνω. κἂν γὰρ ἄλλην αἰτίαν εἴπωσιν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ποιητικὴν νεῖκος καὶ φιλίαν, — ὅσον ἐφάψασθαι μόνον αὐτῆς λέγουσιν, ἐν ταῖς τῶν αἰτιῶν παραδόσεσιν οὐ προσχρώμενοι. Idem alio loco [14]) primis verbis vsque ad ἄνω fere repetitis addit haec: ἐκείνως Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγε, οὐκέτι τὸ εὖ καὶ τὸ οὗ ἕνεκα αἰτιώμενος, ἀλλὰ τὴν ὕλην μόνην, ἀναγκαίως ἔπεσθαι ταύτῃ τὸ τέλος καὶ τὸ χρειῶδες νομίζων. Rursus [15]): μήποτε δὲ κυρίως φυσικοὺς οἴεται, τοὺς ἐν τῷ ὑλικῷ αἰτίῳ διατριβοντας. οἷς οὐκ ἂν ἐξιώσοι κυρίως τὸν Ἐμπεδοκλέα συντάττειν, ποιητικὰ αἴτια τὸ

12) Ennead. 5. lib. 1. cap. 9.
13) ad *Aristot.* physic. 2, p. 83. b.
14) p. 87. b.
15) ad *Aristot.* phys. 3, p. 105.

νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν εἰσάγοντα. Item [16]): οὕτω (sc. διὰ κινήσεως) καὶ Δημόκριτος ἰσομοιρεῖ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας, συγκρίνεσθαι καὶ διακρίνεσθαι τὰ ἄτομα σώματα καὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα λέγοντες. Porro [17]): τὸ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν Ἀλέξανδρός φησιν εἰρῆκέναι — Ἐμπεδοκλέα, πρὸς τῷ νείκει καὶ τῇ φιλίᾳ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἀρχὰς θέμενον. Et alio loco [18]): Ἐμπεδοκλῆς συναγαγὼν πρότερον ὑπὸ τῆς φιλίας τὰ στοιχεῖα, ὕστερον ὑπὸ τοῦ νείκους διακρινόμενα τοῦτον τὸν κόσμον πεποιηκέναι φησίν. — ὁ Ἐμπεδοκλῆς κατέλιπε τὴν ὑπὸ τῆς φιλίας διάθεσιν τῶν στοιχείων, τουτέστιν οὐχ ὡς αἴτιον αὐτὴν ἔθηκε τῆς τοῦ κόσμου ποιήσεως, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ τοῦ νείκους διάκρισιν. Ab eodem [19]) Empedocles statuisse dicitur, mundum ortum esse κατὰ σύγκρισιν καὶ διάκρισιν. Themistius [20]): φαίνονται ὡς ἀληθῶς οὐδαμοῦ λόγον πεποιημένοι περὶ αὐτῆς (sc. τῆς τύχης, de casu), οὐκ Ἐμπεδοκλῆς, οὐκ Ἀναξαγόρας, οὐκ

16) ad *Aristot.* phys. 8, p. 257. b.
17) ad *Aristot.* phys. 1, p. 41. a.
18) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 145. b.
19) in laudato commentario p. 164. a.
20) ad *Aristot.* phys. auscult. 2, p. 25. b.

ἄλλος τις. οὔτε γὰρ ἓν ὧν ἔλεγον αἴτιον, ᾠοντο εἶναι τὴν τύχην, οἷον φιλίαν ἢ τὸ νεῖκος, ἢ νοῦν, ἢ πῦρ, οὔτέ τι προσόμοιον τούτοις. ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν λόγον ἐστίν. ἐπεὶ καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν οὐδένα ἐποιήσαντο λόγον. *Alexander Aphrodisiensis* [21]): „Empedoclem, qui quatuor elementis, „quae ipsi erant pro materia, amicitiam et „discordiam addebat, et sic principiis vteba„tur." Idem alio loco [22]): „Empedocles et „Anaxagoras actum quam potentiam priorem „esse censebant, — quippe quorum alter ami„citiam et discordiam actum esse statuebat, „Anaxagoras vero mentem." Rursus [23]): „cum Empedocles amicitiam et discordiam „actum priorem mistura faceret, et motum „semper esse affirmaret, actum, i. e. motum, „ante potentiam esse statuebat." Denique [24]): „Discordia et amicitia per Empedoclem ele„menta sunt, et in elementis habentur, non „tamen vt materia." *Iohannes Philoponus* [25]): Ἐμπεδοκλῆς ὕλακά μὲν καὶ οἷον παθητικὰ τὰ τέσσαρα σώματα ὑποτιθέμενος, ποιητι-

21) ad *Aristot.* metaphys. p. 20.

22) ibidem p. 383.

23) ibid. p. 384.

24) ibid. p. 27. Cf. p. 30. vbi haec leguntur: Empedocles quatuor corpora rerum materiam esse censebat.

25) ad *Aristot.* de generatione et interitu 2, p. 5, a.

καὶ δὲ καὶ κινητικὰ νεῖκος καὶ φιλίαν. Alio loco [26 a]): κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, φησὶν (Ἀριστοτέλης), ἀναιρεθήσεται παντελῶς ἡ κατὰ φύσιν κίνησις καὶ ἡ μονή. εἰ μὲν γὰρ καὶ μὴ οὔσης τῆς φιλίας καὶ τοῦ νείκους, ἀφ' ἑαυτῶν κινοῦνται τὰ στοιχεῖα, οὐκ ἂν εἶεν τῆς κινήσεως αὐτῶν ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος αἴτια· εἰ δὲ ταῦτα μόνα τῆς κινήσεως αὐτῶν ἐστιν αἴτια, ἀφαιρήσομεν αὐτῶν τὴν κατὰ φύσιν κίνησιν. ἡ γὰρ ἐξ ἄλλου καὶ μὴ ἐξ αὐτοῦ, παρὰ φύσιν ἐστὶ τῷ κινουμένῳ. Item [26 b]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς τέσσαρα ὑπετίθετο τὰ ὑλικὰ αἴτια. ταῦτα δὴ τὰ πολυθρύλλητα στοιχεῖα. διὸ καὶ ῥιζώματα πάντων αὐτὰ ἐκάλει, πρῶτα λέγων τῶν πάντων ῥιζώματα. ποιητικὰ δὲ αἴτια, τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. *Cicero* [27]): „Empedocles haec perutilgata et nota quattuor „(principia rerum posuit)." *Sextus Empiricus* [28]): οἱ περὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα πρὸς τοῖς Στωϊκοῖς omnium rerum principia esse dixit πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν. *Plutarchus* [29]) et

26 a) ad eiusdem operis lib. 2. p. 59. a.

26 b) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1. c. 2.

27) Acad. 4, 37.

28) Pyrrhon. hypotyp. 3, 31.

29) de placitis philosophor. 1, 3.

ex eo *Eusebius* [30]), et *Iustinus Martyr* [31]): Ἐμπεδοκλῆς, Μέτωνος, Ἀκραγαντῖνος, τέτταρα μὲν λέγει (hoc verbum deest in *Iustino* et *Eusebio*) στοιχεῖα· πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν· δύο δὲ ἀρχικὰς δυνάμεις, φιλίαν τε καὶ νεῖκος, ὧν ἡ μέν ἐστιν ἑνωτική, τὸ δὲ διαιρετικόν. *Eusebius* [32]): ἀρχὴν τῶν ἁπάντων Ἐμπεδοκλῆς εἶναι ἀπεφήναστο τὰ τέσσαρα στοιχεῖα. *Vitruuius* [33]): „Pytha„goras, Empedocles, Epicharmus, aliique phy„sici et philosophi haec principia quatuor esse „posuerunt, aerem, ignem, aquam, terram, „eorumque inter se cohaerentes naturali figu„ratione ex generum discriminibus efficere „qualitates" *Diogenes Laertius* [34]): ἐδόκει αὐτῷ στοιχεῖα μὲν εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα· φιλίαν τε ἣ συγκρίνεται, καὶ νεῖκος ᾧ διακρίνεται. *Alexander Aphrodisiensis* [35]): „Empedocles ex quatuor „alia generabat." *Chalcidius* [36]): „Empedo„cles varium et multiforme quiddam esse syl-

30) praeparat. euangel. 14. 14. p. 749.
31) cohortat. ad Graecos p. 5. B.
32) praep. euang. 7. 12. ab initio.
33) in praefatione ad librum VIII.
34) 8. 76.
35) ad *Aristot.* metaphys. p. 169.
36) ad Timaeum p. 379.

„uam (i. e. materiam) docet, quatuor diuer„sis sustentatum radicibus, ignis, aquae, aeris, „terrae, atque ex his fieri corporum modo „concretionem, modo discretionem. Idem„que concretionem quidem vocat amicitiam, „discretionem vero discordiam.“ *Meletius* [37]): „Antiquorum philosophorum opiniones, quas „de elementis ipsi adduxerunt, missas facere „oportet, vnam tantummodo ex omnibus me„liorem seligentes, quam Empedoclis esse „Galenus et Cous Hippocrates referunt. Sunt „igitur omnium rerum elementa quatuor, quae „et mundi elementa appellantur; ignis vide„licet, aer, aqua et terra.“ (Notatu dignum „videtur, quod humanissime mihi per lite„ras nunciauit *Morellius* longe doctissimus, in Graeco *Meletii* codice, qui extat Venetiis in bibliotheca Marciana, hunc locum non reperiri.) *Simplicius* [38]): οὐ τοῦ νείκους ἐστὶν ἡ φιλία συναγωγὸς, ἀλλὰ τῶν ὑποκειμένων στοιχείων. — Ἐμπεδοκλῆς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα (ὑποθεὶς) τῷ νείκει καὶ τῇ φιλίᾳ. Item [39]), vbi docet, quomodo sententia Empedoclis differat ab Anaxagorae sententia: ἡ διαφωνία ἦν, καθ' ὃ τὴν τοιαύτην φύσιν (np. quatenus στοιχεῖον est, εἰς ὃ ἐνυπάρ-

37) de natura hominis p. 142.
38) ad *Aristot.* phys. 1, p. 43. b.
39) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 148. b.

τον διαιρεῖται τὰ σώματα, αὐτὸ δ' ἐστὶν ἀδιαίρετον εἰς ἕτερα τῷ εἴδει), οἱ μὲν ἄλλοις, ἄλλοι δὲ ἄλλοις σώμασιν ἐνυπάρχειν ἔλεγον· ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς τοῖς τέσσαρσιν, ἐκεῖνα λέγων στοιχεῖα· ὁ δὲ Ἀναξαγόρας ταῖς ὁμοιομερείαις. — Ἀναξαγόρας τὰ ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους (np. λεχθέντα) στοιχεῖα, μικτὰ εἶναι ἔλεγεν, ἀέρα καὶ πῦρ, καὶ τἄλλα πάντα, καὶ εἶναι ἀθροίσματα τῶν ὁμοιομερῶν ἅπαντα. — ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὰ ὁμοιομερῆ πάντα ἐκ τῶν τεσσάρων συντίθεσθαί φησι, καὶ εἶναι ταῦτα πάντων στοιχεῖα. Rursus [40]): Ἐμπεδοκλῆς τέσσαρα τὰ στοιχεῖα ὑποτιθέμενος, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὁμοιομερὲς λέγων, ἐκ πούπων πᾶσαν τὴν γένεσιν αἰτιᾶται. πλὴν ὅτι ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς ἁπλᾶ ταῦτα ὑποτίθησιν, ὁ δὲ Ἀναξαγόρας σύνθετα ταῦτα ἐκ τῶν ὁμοιομερειῶν. (Ibidem τὰ ὁμοιομερῆ interpretatur τὰ εἰς ὅμοια τῷ ὅλῳ μέρη διαιρούμενα. τοιαῦτα δὲ, σὰρξ, καὶ ὀστοῦν, καὶ ξύλον, καὶ λίθος, ἅτινα ὅτι οὐκ ἔστιν ἁπλᾶ, δῆλον.) *Probus* [41]): „Omnem hanc rerum na-

40) loco laudato p. 149. a. Cf. *Aristot.* de generat. et corrupt. 1, 1.

41) ad *Virgil.* ecl. 6, 31.

„turae formam tenui primum et inani mole „dispersam, refert (*Virgilius* siue *Orpheus*) in „quatuor elementa concretam; et ex his „omnia esse postea effigiata Stoici tradunt; „Zenon Citieus, ac Speusippus Solaeus, et „Cleanthes Thasius (leg. Assius), qui princi„pem habuerunt Empedoclem Agrigentinum." *Seruius* [42]): „Variae sunt opiniones de prin„cipiis rerum. Anaxagoras enim omnia igne „procreari dixit, — Empedocles ex quatuor „elementis. vnde *Lucretius* (1, 716.):"

„„Ex imbri, terra, atque anima nascun„tur, et igne.""

Lactantius [43]): „Empe„docles — quatuor elementa constituit, id „est, ignem, aerem, aquam et terram, for„tasse Trismegistum secutus, qui nostra cor„pora ex his quatuor elementis constituta esse „dixit a Deo: habere namque in se aliquid „ignis, aliquid aëris, aliquid aquae, aliquid „terrae, et neque ignem esse, neque aerem, „neque aquam, neque terram: quae quidem „falsa non sunt."

Theodoretus [44]): ὁ δὲ Ἀναξαγορᾶς Ἐμπεδοκλῆς τὰ στοιχεῖα ἔφη τὰ τέτταρα.

Vides, lector, satis magnum locorum numerum. Quorsum vero, inquis, tot verba scriptorum, qui omnes sunt Aristotele recentiores,

42) ad *Virgil.* ecl. 6, 32.

43) 2, 12.

44) de Graec. affect. dissert. II. Vol. IV. p. 729.

atque adeo vim exiguam habent ad demonstrandam veritatem rerum ab ipsorum aeuo longe remotarum? Scilicet attuli ea, primo vt videres, in plerisque scriptoribus, a quibus exspectari recte poterat sententiae Empedocleae illustratio quaedam, quales sunt antiqui Aristotelis interpretes, vix plura inueniri, quam in Aristotele, quem fere omnes secuti sunt, et cuius relationes paulo post oblata occasione tradere constitui, vtque adeo supersedere posses labore illo molestissimo, qui a me impendendus et impensus fuit legendis, excerpendis et componendis locis omnibus. Simul nouo exemplo intelliges, quod ab istis hodiernis saepe cum damno nostro experiri cogimur, scriptorum antiquiorum non raro eandem esse quam famae rationem, quae, dum per manus quasi traditur, crescit et saepe falsa refert pro veris omninoque traditionem acceptam deformat, ita vt iis dectis multo sis quam ante incertior. Ne tamen querulus tibi videar, neque mihi colligendi, tibi collecta legendi labor frustra susceptus sit, periculum faciamus et quaeramus, quid tandem ex hac farragine perceperimus commodi. Nimirum didicimus, *a*) quomodo differant Empedoclis et Anaxagorae de elementis sententiae. Et clarius quidem hoc discrimen traditum fuit, quam his *Aristotelis* [45]) verbis docetur: *Ἀνα-*

45) de coelo 3, 3. Cf. ad h. l. *Themistius* fol. 47. b

ξαγόρας ἐναντίον· Ἐμπεδοκλεῖ λέγει περὶ τῶν στοιχείων. ὃ μὲν γὰρ πῦρ καὶ γῆν, καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις, στοιχεῖα φησὶν εἶναι τῶν σωμάτων, καὶ συγκεῖσθαι πάντ' ἐκ τούτων· Ἀναξαγόρας δὲ τοὐναντίον. *b*) auctores fere omnes, qui Empedoclis de elementis placita referunt, in iis enumerandis primo loco ponere ignem. Quod fortassis non sine causa factum videatur: v. infra. Eodem modo *Aristoteles* [46]): οἱ μὲν ὡς ὕλην τὴν ἀρχὴν λέγουσιν, ἄν τε μίαν, ἄν τε πλείους ὑποθῶσι, καὶ ἐάν τε σῶμα, ἐάν τε ἀσώματον τιθῶσιν· οἷον — Ἐμπεδοκλῆς πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα. *c*) a multis tantum in vniuersum commemorari τὰ τέσσαρα, omisso nomine στοιχεῖα. Similiter *Aristoteles* [47]): παρασημαίνεσθαι (δεῖ) τὰς ἑκάστων δόξας· οἷον ὅτι Ἐμπεδοκλῆς τέτταρά φησι τῶν σωμάτων στοιχεῖα εἶναι. Nam non addidit, quaenam fuerint illa quatuor elementa. E quo satis apparet, quam celebre et omnibus notum hoc dogma fuerit. Quae celebritas vnde nata sit, intelligi potest ex iis, quae §. 6. *Reinesio* duce me dicere memini. *d*) haec quatuor ab aliis vocari στοιχεῖα, ab aliis ἀρχὰς, quod minus

46) metaphys. 1, 6.
47) topic. 1, 12.

recte factum videtur, vt infra patebit *). e) eadem nominari materiam, praeeunte *Aristotele* [48]): Ἐμπεδοκλῆς τέτταρά φησιν εἶναι σώματα, τὴν ὕλην. Item [49]): τὴν ὕλην ἐκεῖνος λέγει πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα. Alia, quae ex allatis locis disci possunt, vel cuilibet facile patent, vel a me tradentur alio loco.

Nunc quidem, priusquam quae de elementis in vniuersum Empedocles statuerit contemplemur, arbitror pauca de eo esse dicenda, quod primus philosophorum legitur quatuor elementa posuisse. *Aristoteles* [50]): Ἐμπεδοκλῆς — τὰ ὡς ἐν ὕλης εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα, τέτταρα πρῶτος εἶπεν. Item [51]): τούτων (τῶν στοιχείων) τὴν ὑποκειμένην ὕλην, οἱ μέν φασι μίαν εἶναι, — οἱ δὲ, πλείω τὸν ἀριθμὸν ἑνός· οἱ μὲν πῦρ καὶ γῆν, οἱ δὲ ταῦτά τε καὶ ἀέρα τρίτον· οἱ δὲ καὶ ὕδωρ τούτων τέταρτον, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς. *Simplicius* [52]): ἕκαστος ὅπερ ἔλε-

*) §. 10. extr.

48) metaph. 1, 7.

49) metaph. 1, 7. extr.

50) metaphys. 1, 4. Cf. *Alexander Aphrod.* ad *Aristot.* metaph. 1, 3. p. 12.

51) de generatione et corruptione 2, 1.

52) ad *Aristot.* phys. 2, p. 60. b.

γὲ πρῶτον ὑποκείμενον, τοῦτο καὶ φύσιν ἐκάλει τῶν ὄντων, εἴτε ἓν ἦν τοῦτο, ὥσπερ Θαλῆς μὲν ὕδωρ ἔλεγεν, Ἀναξιμένης, δὲ ἀέρα, — εἴτε τὰ τέσσαρα, ὡς Ἐμπεδοκλῆς. γῆν δὲ μόνην οὐδεὶς εἶπεν. *Iohannes Philoponus* [53 a]): πῦρ μὲν καὶ γῆν ὁ Παρμενίδης ὑπέθετο. ταῦτα δὲ μετὰ τοῦ ἀέρος Ἴων ὁ Χῖος ὁ τραγῳδοποιός. Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὰ τέσσαρα ὑπέθετο. Item [53 b]): οὕτω δεῖται τοῦ ὑποκειμένου ὁ τῶν ἀρχῶν κατάλογος, ὥστε τῶν ἀρχαιοτέρων τινὲς οὐδὲ ἓν τοῦτο πεποιήκασιν, ἀλλὰ πολλά· Ἐμπεδοκλῆς μὲν, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· Παρμενίδης δὲ, πῦρ καὶ γῆν· ἄλλοι δὲ, τρία· ἕτεροι, ἕν.

At vero, inquis, quicunque historiae philosophorum operam dedit, ille sciat oportet, iam ante Empedoclem fuisse philosophos, qui quatuor elementa statuerent. Saltem ipsi Pythagorae hoc dogma tribuitur a *Diogene Laertio* [54]) et *Sexto Empirico* [55]). Recte. Si quis tamen Aristotelem eiusque interpretes errasse et falsa de Empedocle retulisse existimet, non

53 *a*) ad *Aristot.* de generatione et interitu 2, p. 46. b.
53 *b*) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1. d, 7.
54) 8, 25.
55) adu. Mathematt. 10, 285.

ego quidem assentiar. Potest enim eius relatio cum Diogenis et Sexti traditionibus facile et recte ita conciliari, vt vtraeque appareant verae. Nam e Pythagorica quidem ratione elementa orta esse putabantur ex solidis quibusdam corporibus, haec e figuris planis, hae e lineis, hae e punctis, haec e numeris, hi ex monade et indefinita dyade [56]). Sed Empedocles docebat, elementa esse aeterna. Quatenus igitur ille quatuor elementa statuebat aeterna et vt materiam reliquarum rerum omnium primam (ὡς ἐν ὕλης εἴδει) spectanda esse, hactenus vera tradidisse Aristoteles putandus est.

En vero locos, in quibus Empedocles docuisse dicitur, elementa esse aeterna. *Aristoteles* [57]): τῶν ὄντων τὰ μὲν ἀΐδια εἶναί φησι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα· τὰ δ' ἄλλα γίνεσθαί τε καὶ γεγονέναι ἐκ τούτων. *Hesychius:* ἀγέννητα· στοιχεῖα παρὰ Ἐμπεδοκλεῖ. *Simplicius* [58]): Ἐμπεδοκλέους λέγοντος ἀΐδια μὲν τὰ στοιχεῖα, τήν τε (leg. τὴν δὲ) μίξιν ἐκ τῆς διακρίσεως αὐτῶν γέ-

56) v. *Diog. Laert.* l. l. et *Tiedemanni* Griechenlands erste Philosophen p. 434. sqq. et System des Emped. p. 59. sq.

57) de Xenophane cap. 2. Male ad Zenonem trahit haec verba Cel. *Heeren* ad *Stobae.* ecl. phys. p 61.

58) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 155. a.

νεσιν ἀποδιδόντος. Rursus [59]): εἰ ἀεὶ τὰ αὐτὰ αἴτια ὡρισμένα, καὶ ἡ αὐτὴ ὕλη, δηλονότι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἄφθαρτα ὄντα, καὶ τὴν τάξιν τὴν ἀφ' ἑκατέρου γινομένην ὡρισμένην ἀνάγκη εἶναι, καὶ ἀεὶ τὴν αὐτὴν, καὶ οὐκ ἄλλοτε ἄλλην. *Iohannes Philoponus* [60]): τὸν περὶ αὐτῶν (στοιχείων) προχειρίζεται (Aristoteles) λόγον, εἴτε ἔστι στοιχεῖα τῶν γινομένων τὰ τέσσαρα ταῦτα πολυθρύλλητα, εἴτε μὴ ἔστι. καὶ πότερον γενητά ἐστι ταῦτα ἢ ἀγένητα καὶ ἀμετάβλητα, ὡς ἐδόκει Ἐμπεδοκλεῖ.

Sed cum reperiantur etiam loci, qui, elementorum aeternitatem non creditam fuisse ab Empedocle, videantur ostendere, postulat plenitatis, quam mihi in hoc tractatu proposui, ratio, vt et illos afferam. Itaque *Plutarchus* [61]): Ἐμπεδοκλῆς, inquit, πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θραύσματα ἐλάχιστα, οἱονεὶ στοιχεῖα πρὶν στοιχείων, ὁμοιομερῆ, ὅπερ ἐστὶ στρογγύλα. Vltima tria vocabula pro glossemate esse habenda, non est quod multis demonstretur. Nam non solum formula ὅπερ ἐστὶ hoc satis declarat, sed etiam ipsa

59) ad *Aristot.* de coelo 1, p. 71. b. Cf. ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b.

60) ad *Aristot.* de generatione et corrupt. 1, p. 28. b.

61) de placitis philos. 1, 13.

explicandi ratio. Quis enim dixerit, ὁμοιομερῆ esse rotunda? Immo nomen ὁμοιομερῆ indicat, corpuscula illa prima et quasi elementorum elementa habuisse partes et naturam naturae et partibus elementorum similes. Praeterea *Stobaeus* [62]), qui plane eadem quae Plutarchus refert, nisi quod posuit πρὸ τῶν στοιχείων pro πρὶν στοιχείων, vltima illa verba prorsus omisit. Denique nec in *Galeni* [63]) verbis vllum est τῶν στρογγύλων vestigium: πρὸ τῶν τεσσάρων ῥαύσματα βραχύτατα ἢ ψήγματα οἷον στοιχεῖα ἀπὸ (fort. leg. πρὸ) στοιχείων ὁμοιομερῆ νομίζουσιν εἶναί τινες τὰ λεγόμενα ἐλάχιστα, quibus verbis quin ad Empedoclem respexerit dubitari non potest, nec in similibus locis *Plutarchi* [64]): Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μικροτέρων ὄγκων τὰ στοιχεῖα συγκρίνει, ἅπερ ἐστὶν ἐλάχιστα, καὶ οἱονεὶ στοιχεῖα στοιχείων. *Stobaei* [65]): Ἐμπεδοκλῆς (καὶ Ξενοκράτης) — στοιχεῖα πρὶν στοιχείων. qui etiam alio loco [66]) respicere videtur ad Empedoclem, vbi refert, esse qui putent, εἶναι τὰ πρῶτα σώ-

62) eclog. 1, 15. p. 348. sq.
63) hist. philos. cap. 10.
64) de plac. philos. 1, 17.
65) ecl. 1, 18. p. 368.
66) ecl. 1, 52. p. 860.

ματα ἄτομα, πρὸ τῶν στοιχείων στοιχειωδέστερα. Et iterum *Galeni* [67]): Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μικροτάτων οἴεται τὰ στοιχεῖα συγκρίνειν. Quare *Bruckeri* opinio, qui e verbis illis Plutarchi suspectis collegerat, minimas istas et rotundas particulas ex infinita reliqua materia solas moueri [68]), recte repudiatur a *Tiedemanno* [69]).

Posset quidem ad refutandas has seriorum scriptorum traditiones afferri testimonium *Aristotelis* [70]): Ἐμπεδοκλεῖ τὰ μὲν ἄλλα φανερὸν ὅτι μέχρι τῶν στοιχείων ἔχει τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθοράν· αὐτῶν δὲ τούτων πῶς γίνεται καὶ φθείρεται τὸ σωρευόμενον μέγεθος, οὔτε δῆλον, οὔτε ἐνδέχεται λέγειν αὐτῷ, μὴ λέγοντι καὶ τοῦ πυρὸς εἶναι στοιχεῖον. Quae verba ita exponit vberius *Iohannes Philoponus* [71 a]): γένεσιν τῶν μὲν συνθέτων τῇ συγκρίσει τῶν στοιχείων εἶναι λέγει, αὐτῶν δὲ τῶν στοιχείων γένεσιν οὐκέτι λέγειν δύναται, μὴ ὑποτιθέμενος καὶ αὐτῶν τούτων ἁπλούστερα στοιχεῖα. —

67) hist. philos. cap. 10. Adde locum *Simplicii* ad n. 16. allatum.

68) hist. crit. philos. T. I. p. 1114.

69) System des Emped. p. 44.

70) de generat. et corrupt. 1, 8.

71 a) ad *Aristot.* l. l. p. 36. b. et 37. a.

τῷ Ἐμπεδοκλεῖ τὰ μὲν ἄλλα, τουτέστι τὰ σύνθετα, μέχρι τῶν τεσσάρων στοιχείων ἔχει τὴν ἀνάλυσιν· πρῶτα γὰρ στοιχεῖα εἰσὶν αὐτῷ τὰ τέσσαρα, καὶ διὰ τοῦτο τῶν συνθέτων τῆς γενέσεως ἔχοι ἂν λόγον τὴν τῶν στοιχείων σύγκρισιν· τίνα δὲ τρόπον καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα γίνεται καὶ φθείρεται, οὐκ ἔχει λέγειν, μὴ λέγων καὶ αὐτῶν τῶν τεσσάρων στοιχείων ἁπλούστερά τινα στοιχεῖα. — μὴ λέγοντί οὖν, φησι (Aristoteles), πυρὸς στοιχεῖα, μηδὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὕδατος δηλονότι καὶ ἀέρος καὶ γῆς, οὐχ οἷόν τε ἀποδοῦναι τὴν γένεσιν αὐτῶν. In his enim locis opponuntur elementa rebus compositis, vt in loco *Simplicii* supra ad n. 40. allato, vbi et ἁπλᾶ vocantur 71 b). Negantur etiam elementorum elementa. Sed vti iis locis ad demonstrandam elementorum Empedocleorum aeternitatem nolui, quia oriri et interire dicuntur, quae in aeterna profecto non cadunt.

Age vero, conferamus alios locos, vt tandem, si fieri potuerit, haec obscuritas illustretur, veraque Empedoclis de elementorum aeternitate sententia explicari luculenter possit. Viam huic disputationi muniant verba

71 b) Cf. infra ad n. 133 — 138.

Aristotelis [72]): Ἐμπεδοκλῆς τὰ τέτταρα (τίθησι), πρὸς τοῖς εἰρημένοις γῆν προσθεὶς τέταρτον. ταῦτα γὰρ ἀεὶ διαμένειν καὶ οὐ γίνεσθαι, ἀλλ' ἢ πλήθει καὶ ὀλιγότητι συγκρινόμενα καὶ διακρινόμενα, εἰς ἕν τε καὶ ἐξ ἑνός. Respicere ad hunc locum videtur *Simplicius* [73]): Ἐμπεδοκλῆς τὰ μὲν σωματικὰ στοιχεῖα ποιεῖ τέσσαρα, πῦρ, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, ἄϊδια μὲν ὄντα πλήθει καὶ ὀλιγότητι, μεταβάλλοντα δὲ κατὰ τὴν σύγκρισιν καὶ διάκρισιν. τὰς δὲ κυρίως ἀρχάς, ὑφ' ὧν κινεῖται ταῦτα, φιλίαν καὶ νεῖκος. δεῖ γὰρ διατελεῖν ἐναλλὰξ κινούμενα τὰ στοιχεῖα, ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς φιλίας συγκρινόμενα, ποτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ νείκους διακρινόμενα. Magis perspicue explicatur ab eodem *Simplicio* [74]), vbi in Empedotlis, Democriti et Anaxagorae decretis dicit esse κοινόν τι, τὸ δηλονότι τὸ παρ' ἑκάστῳ τιθέμενα στοιχεῖα ἄϊδια ὄντα, τότε γίνεσθαι δοκεῖν, ὅτε ἀπὸ τῶν ἄλλων διακρίνεται. ὁ μὲν γὰρ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, ὅταν ὕδωρ ἐξ ἀέρος γίνηται, ἢ ἀὴρ ἐξ

72) metaphys. 1, 3. Cf. *Scipio Aquilian.* p. 155. sq.

73) ad *Aristot.* phys. 1, p. 6. b.

74) ad *Aristot.* de coelo 3, p. 155. a. Cf. eiusdem verba ad n. 58. allata.

citia, vel ignis. Primam explicationem pauci secuti reperiuntur. Secunda, quam et sibi placere fatetur Aristoteles, probata est pluribus, vt *Alexandro Aphrodisiensi* [79]): „Naturales auctores, quorum fuit Empedocles, quiddam aliud enti et vni subiiciebant, et haec „illi adeo putabant. Nam Empedocles referens ad notius quiddam, vnum amicitiam „esse statuit, de qua vnum praedicari ait, „quoniam amicitia per ipsum cogendis rebus „causa cuique est, vt vnum sit." Et iterum [80]): „Empedocles vnum amicitiam esse „dixit, Anaximander aerem, quidam infinitum." Atque *Syriano* [81 a]): „Videtur mihi „neque Empedocles aliud quid amicitiam „ipsam supponere, quam ipsum vnum, verum „non quod est omnibus incompositum, sed „vt componitur interminata dualitas, quam „litem ille appellat: a quibus et primum ens „substitit, et intelligibilia omnia, et sensibilis distinctio." Denique *Iohanni Philopono* [81 b]): „Quidnam est vnum? vtrum substantia quaedam est, et in eo, quod vna „est, substantificatur, sicuti Pythagorei prius „dixerant, et postea Plato, vel potius subiicitur vni natura quaedam, et quomodo opor-

79) ad *Aristot.* metaphys. p. 98.

80) ibidem p. 328.

81 *a*) ad *Aristot.* metaph. 2, p. 8. b.

81 *b*) ad *Aristot.* metaph. 20. fol. 4a. a.

„tet dicere notius? Numquid sicuti naturales „dicunt? Veluti Empedocles amicitiam dice„bat, Anaximander vero aerem, alii alia, ita „vt omnes naturam quandam vni subiicie„bant.“ De igni interpretantur τὸ ἓν *Cedrenus* [82]): Ἐμπεδοκλῆς — τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν νεῖκος καὶ φιλίαν λέγων. καὶ τὸ τῆς μονάδος νοερὸν πῦρ τὸν θεόν. Et *Pseudo-Origenes* [83]): Ἐμπεδοκλῆς — τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν νεῖκος καὶ φιλίαν ἔφη. καὶ τὸ τῆς μονάδος νοερὸν πῦρ τὸν θεόν. Vocant autem, quod probe obseruandum, non πῦρ simpliciter, sed πῦρ νοερὸν, i. e. *ignem, qui non sensibus, sed mente tantum percipitur.* Quod vero iidem monadą vocant deum, id, quanquam *Bruckero* [84]) placuit, probari nullo modo posse, omnis Empedocleae philosophiae nexus luculenter declarat, nisi forte quatenus Empedocles in vniuersum elementa deos nominauit. Ad postremam hanc rationem, τὸ

82) in synopsi historiarum T. I. p. 157.

83) philosophum, c. 3. p. 49.

84) hist. crit. philos. T. I. p. 1112. sq. et 1115. Etiam *Augustin. Steuchus Eugubinus* de perenni philosophia 3, 5. p. 136. ed. Lugd. 1540. fol. et *Petr. Lescaloperius* in Humanitate theologica, in qua M. T. Cicero de N. D. argumentis, expositionibus, illustrationibus nunc primum insignis in lucem prodit, Paris. 1660. fol. p. 47. vbi *de Empedoclis Theologia* agit, per vnitatem illam intelligunt Deum.

ἓν esse ignem, pertinet etiam locus in *Theologumenis arithmeticae* p. 8. *τὴν μονάδα ἐκάλουν οἱ Πυθαγόριοι* (ita vitiose editum est pro *Πυθαγόρειοι*) *νοῦν, εἰκάζοντες τῷ ἑνί· ἐν ἀρεταῖς γὰρ εἴκαζον αὐτὴν φρονήσει. τὸ γὰρ ὀρθὸν, ἕν. ἐκάλουν δὲ τὴν οὐσίαν αἴτιον ἀληθείας. ἁπλοῦν παράδειγμα, τάξιν συμφωνίας ἐν μείζονι καὶ ἐλάσσονι τὸ ἴσον· ἐν ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει, τὸ μέσον· ἐν πλήθει δὲ, τὸ μέτριον· ἐν χρόνῳ, νῦν τὸν ἐνεστῶτα. ἔτι δὲ καὶ ναῦν, ἅρμα, φίλον, ζωὴν, εὐδαιμονίαν. πρὸς τούτοις φασὶ περὶ τὸ μέσον τῶν τεσσάρων στοιχείων κεῖσθαί τινα ἐναδικὸν διάπυρον κῦβον, οὗ τὴν μεσότητα τῆς θέας καὶ Ὅμηρον εἰδέναι, λέγοντα* [85])

τόσσον ἔνερθ' Ἄϊδος [86]), *ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.*

ἐοίκασι δὲ, κατά γε ταῦτα, κατηκολουθηκέναι τοῖς Πυθαγορίοις οἵ τε περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Παρμενίδην, (p. 9.) *καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τῶν πάλαι σοφῶν, φάμενοι τὴν μοναδικὴν φύσιν ἑστίας τρόπον ἐν μέσῳ ἱδρύσθαι. καὶ διὰ τὸ ἰσόῤῥοπον φυλάσσειν*

85) Il. 9, 16.

86) Ob metri leges praeferenda est lectio *Ἄϊδεω*, quae est in libris Homeri.

τὴν αὐτὴν ἕδραν. καὶ δὴ Εὐριπίδης, ὡς Ἀναξαγόρου γενόμενος μαθητὴς, οὕτω τῆς γῆς μέμνηται·

ἑστίαν δέ γε οἱ σοφοὶ βροτῶν νομίζουσι 87).

Quid vero? dixerit quis, vbi in his verbis dicit auctor Theologumenon, *τὸ ἓν* Empedoclis esse ignem? Scilicet comparanda sunt verba *Plutarchi* 88): *Νουμᾶς λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον περιβαλέσθαι τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ φρουράν· ἀπομιμούμενος οὐ τὸ σχῆμα τῆς γῆς ὡς Ἑστίας οὔσης, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὗ μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἱδρῦσθαι νομίζουσι, καὶ τοῦτο Ἑστίαν καλοῦσι καὶ μονάδα.* Possem iam multis docere, etiam pluribus modis *τὴν μονάδα* ab antiquis expositam, atque adeo pluribus nominibus appellatam fuisse, quorum non pauca ex iisdem Theologumenis modo commemorata sunt. Recte enim *Hesychius*: *πολυώνυμον· τὴν μονάδα οὕτως ἐκά-*

87) In Cod. Reg. Paris. 1943. non 484. vt e *Labbeo* tradit *Fabricius* biblioth. Graec. Vol. IV. p. 10. e quo codice Wecheliana editio expressa est, legitur *δέ σε*. Similiter ap. *Macrob.* Saturnn. 1, 23. locus ille *Euripidis*, qui e qua fabula desumtus esset ignorabam, ita legitur:

καὶ γαῖα μῆτερ. ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

88) in vita Numae c. 11.

λουν. Verum cum nomina ista, quotquot inueniri potuerunt, in quibus etiam sunt θεὸς, Ἀπόλλων, ὕλη, χάος, summa diligentia e variis scriptoribus collegerit *Meursius* in denario Pythagorico [89 a]), illic ea legi, quam hic exscribi, satius est. Quaeramus potius, quid per τὸ ἕν probabiliter significauerit Empedocles. Et mihi quidem fateor ex omnibus illis, quas attuli, τοῦ ἑνὸς interpretationibus nullam veriorem videri, quam hanc: τὸ ἕν esse vniuersam rudis materiae molem s. chaos, et quidem aeternum, complectens et continens in se omnia elementa, etiam τὸ νεῖκος et τὴν φιλίαν. Faciunt huc verba *Themistii* [89 b]): οἱ φυσικοὶ δὲ, τὸ μὲν ἓν ποιοῦσιν ὑποκείμενον καὶ ὕλην· τὰ ἐναντία δὲ, διαφορὰς τε καὶ εἴδη. ἕτεροι δὲ τῶν στοιχείων μὲν οὐδὲν, ἄλλο δὲ, ὃ πυρὸς μὲν πυκνότερον, ἀέρος δὲ λεπτότερον, ὡς Ἀναξίμανδρος. οὗτος δὲ οὐκ ἔτι ἀλλοιώσει χρῆται πρὸς τὴν γένεσιν τῶν ἐφεξῆς, ἀλλ' ἐκκρίνεσθαί φησιν ἐξ ἀπείρου τοῦ στοιχείου τὰς ἐναντιότητας ἐνυπαρχούσας, ὥσπερ γε καὶ οἱ

89 *a*) cap. 3. Insertus extat hic *Meursii* liber *Gronouii* thesauro antiquitt. Graec. T. IX. Cf. *Plotini* diss. περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων, ἤτοι τοῦ ἑνὸς, in Cel. *Villoisoni* anecdot. Graec. T. II. p. 237 — 241.

89 *b*) ad *Aristot.* phys. auscult. 1, p. 18. a.

πολλὰς ὑποθέμενοι τὰς ἀρχὰς, ἓν δὲ αἴτιον τὸ ποιητικὸν, Ἀναξαγόρας τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς· ὁ μὲν, τάς τε ὁμοιομερίας καὶ τὸν νοῦν· ὁ δὲ, τὰ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα καὶ τὸν σφαῖρον. Item loci *Simplicii* 90): Ἐμπεδοκλῆς πλείους κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀρχὰς ἔθετο, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἓν δὲ τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος. ὅτι παρὰ μέρος ἑκάτερον αὐτῶν ἐπικρατεῖ καὶ ποιεῖ, καὶ οὐχ ἅμα ἄμφω. ἀεὶ γὰρ αὐτῷ οὕτως ἓν τὸ ποιοῦν γίνεται. ἢ οὐχὶ τὸ ποιητικὸν αὐτοὺς (np. Empedoclem et Anaxagoram) ἓν λέγειν ῥητέον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ μίγμα. ὃ ἦν κατὰ μὲν Ἀναξαγόραν ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν ἀπείρων τῷ πλήθει μεμιγμένων, κατὰ δὲ Ἐμπεδοκλέα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ποτὲ μὲν συγκρινομένων ὑπὸ τῆς φιλίας, ποτὲ δὲ διακρινομένων ὑπὸ τοῦ νείκους, καὶ ποιούντων τόνδε τὸν κόσμον. Et: Ἐμπεδοκλῆς δύο ἐν τοῖς στοιχείοις ἐναντιώσεις ὑποθέμενος, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, εἰς μίαν τὰς δύο συνεκορύφωσε τήν τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας, ὥσπερ καὶ ταύτην εἰς μονάδα τὴν τῆς ἀνάγκης. ἀλλ αὕτη μὲν ὡς ἓν, τὸ δὲ νεῖκος καὶ ἡ φιλία ὡς

90) ad *Aristot.* physic. 1, p. 33. a. et p. 43. a.

δύο. καὶ οὐχ ὡς ποιητικὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς στοιχειώδη, ὡς ἡ διάκρισις καὶ ἡ σύγκρισις. ἰσοδυναμεῖ γὰρ τούτοις. Ex hac ratione Empedocles quatuor qualitates elementorum inter se contrarias ad duo quasi genera reduxit, et haec duo rursus ad vnum. Hoc igitur debet esse omnium primum, e quo elementa atque adeo res reliquae omnes ortae sint. Quod vero h. l. vocatur μονὰς τῆς ἀνάγκης, ex eo puto colligi posse, chaos ab Empedocle putatum fuisse aeternum. Indicat enim illa formula haud dubie, non ratiocinationem, non mentem intelligentem quandam, originem dedisse elementis reliquisque rebus, chaos igitur, cum semel adsit, non oriri non potuisse. Similia tradidisse videtur *Stobaeus*. Sed cum locus eius valde corruptus sit, de vera eius lectione primo videndum est. In editione igitur Canteriana et Geneuensi [91]) legitur ita: τὴν ἀνάγκην, ὕλην δὲ αὐτῆς, τὰ δ' στοιχεῖα· εἴδη δὲ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν νεικί· λέγει δὲ καὶ τὰ στοιχεῖα ἀθεους καὶ τὸ μίγμα τούτων τὸν κόσμον, καὶ πρὸς τανλυθήσεται τὸ μονοειδές· καὶ θείας μὲν οἴεται τὰς ψυχὰς θείους, καὶ τοὺς μετέχοντας αὐτῶν καθαροὺς καθαρῶς. Sed Cel.

91) eclog. phys. 1, p. 5.

Heeren sic edidit [92]): *τὸ μὲν ἓν τὴν ἀνάγκην, ὕλην δὲ αὐτὰ τὰ τέσσερα στοιχεῖα, εἴδη δὲ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. λέγει δὲ καὶ τὰ στοιχεῖα θεοὺς, καὶ τὸ μίγμα τούτων τὸν κόσμον· καὶ πρὸς ταῦτα ἀναλυθήσεται τὸ μονοειδές· καὶ θείας μὲν οἴεται τὰς ψυχὰς, θείους δὲ καὶ τοὺς μετέχοντας αὐτῶν καθαροὺς καθαρῶς.* Simili modo ego quoque locum correxeram diu ante quam nuperam viri doctissimi editionem vidissem. In quibus vero dissenserim et nunc quoque dissentiam, ingenue indicabo. Scilicet pro *ἀθεους* placebat mihi emendatio *δ' θεοὺς*, et vitiosa illa verba, *καὶ πρὸς ταυλυθήσεται τὸ μονοειδὲς*, correxeram ita: *ὅς καὶ ἀναλυθήσεται εἰς τὸ μονοειδές.* Cf. infra §. 11. ad n. 60. sqq. De transpositione paginarum, quam Heeren fecit, non ego cogitaueram, quamuis nunc eam mihi placere fatendum sit, et *ὕλην τῆς ἀνάγκης* explicaueram *materiam cuius ratio reddi non potest* s. *quae non esse non potest.* Cum denique in toto hoc loco non reperiatur nomen Empedoclis, et tamen dogma, quod commemoratur, sit Empedocleum, dubium est, quibus verbis praefigendum sit illud nomen. *Heeren* illud latere videri posse ait in verbis *ὕλην δὲ αὐτῆς*, rectius tamen omnia, quae

92) eclog. 1, 3. p. 60.

ex *Stobaeo* retulimus, pro Zenonis Eleatici placito haberi opinatur. Ego vero nomen Ἐμπεδοκλῆς excidisse arbitror, et ita reponendum: ὕλην δὲ αὐτῆς Ἐμπεδοκλῆς, inp. φησὶ, quod verbum in talibus saepe omitti constat. Nam in loco *Aristotelis* [93 a]), quem laudat vir doctissimus, vt ostendat, Zenoni cum Empedocle et in multis aliis conuenisse, et in eo quoque vt coniunctione et dissolutione omnia ex elementis fieri et interire doceret, ita manifesto agi puto de Empedocle, non de Zenone, quippe qui ne nominatus quidem adhuc ab Aristotele fuerat, vt verbis non sit opus. Verum iudicent hanc causam viri me peritiores. Meum est vt progrediar ad similes locos alios. Talis autem est *Plutarchi* [93 b]): τὸ μὴ παντάπασι καθαρεύειν ἀδικίας τὸν ἄνθρωπον οὕτω τὰ ζῶα μεταχειριζόμενον, Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος ὡς ἀληθὲς προσδέχονται, πολλάκις ὀδυρόμενοι καὶ λοιδοροῦντες τὴν φύσιν ὡς ἀνάγκην καὶ πόλεμον οὖσαν. Cum vero non nesciam, haec verba etiam alio posse referri, pono alium locum *Plutarchi* [94]), quem *Stobaeus* [95])

93 *a*) de Xenophane, Zenone et Gorgia c. 2.
93 *b*) de solertia animalium T. II. p. 964. D.
94) de plac. philos. 1, 26.
95) eclog. 1, 5. p. 160.

quoque et *Galenus* [96]) habent, et cuius haec sunt verba: Ἐμπεδοκλῆς οὐσίαν ἀνάγκης αἰτίαν χρηστικὴν τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν στοιχείων. Verba *Plutarchi*, οὐσίαν ἀνάγκης, *Stobaeus* et *Galenus* expliçant vno nomine ἀνάγκην, sed αἰτίαν χρηστικὴν — στοιχείων, bene *Heeren* interpretatur *causam mundi, quatenus vtitur principiis et elementis*, ex quibus omnia sic et non aliter composita esse possunt. Referre etiam huc possis verba *Simplicii* [97]): οἳ τὸ ἄπειρον μόνον τιθέντες ὡς ἀρχὴν, καὶ μὴ προσλογιζόμενοι τινὰς ἄλλας αἰτίας, ὥσπερ Ἀναξαγόρας μὲν τὸν νοῦν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ φιλίαν καὶ νεῖκος, ἠρκέσθησαν πρὸς τὴν πάντων γένεσιν τῇ τοῦ ἀπείρου φύσει, καὶ τῇ ὑλικῇ ταύτῃ ἀρχῇ. — Ἐμπεδοκλῆς τῇ φιλίᾳ καὶ τῷ νείκει καὶ τῇ ἀνάγκῃ ἀνατίθησι, np. οὐ τὴν ὑλικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ποιητικήν τε καὶ τελικὴν ἀρχήν. Et rursus [98]): Ἐμπεδοκλῆς λέγει, ὅτι τὸ κρατεῖν καὶ κινεῖν ἐν μέρει τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος, ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει

96) hist. philos. c. 10.

97) ad *Aristot.* physic. 3, p. 107. a.

98) ad *Aristot.* phys. 8, 1. p. 272. b. Alium *Simplicii* locum huc pertinentem, supra attuli ad n. 14. et infra §. 10. ad n. 6. Cf. §. 10. ad n. 114.

τοῖς πράγμασιν. Nec dissentit *Themistius* [99]): πάντες σχεδὸν οἱ περὶ φύσεως διαλεχθέντες, εἰς τὴν ἀνάγκην ἀνάγουσι τὰς αἰτίας, οὐδὲν ἄλλο τὴν ἀνάγκην, ἢ τὴν ὕλην εἶναι νομίζοντες. ἐπειδὴ γὰρ τὸ θερμὸν τοιονδὶ καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ἕκαστον τῶν ὑλικῶν, ὃ τίθεται ἀρχὴν ἕκαστος, ἐξ ἀνάγκης τόδε ἐγένετο. καὶ γὰρ ὅσοι ποιητικῆς αἰτίας ἐμνημόνευσαν, ὅσον ἁψάμενοι, χαίρειν ἐῶσιν· ὡς Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ εἴ δή τις ἄλλος τῶν παλαιῶν. Cum igitur tot scriptores consentiant, Empedoclem statuisse materiam necessariam siue necessario existentem, non erat quod *Bruckerus* [100]) improbaret *Irenaei* [101]) idem referentis sententiam, nisi quatenus Valentinianae doctrinae errores non ex Graeca, sed ex Orientali philosophia fluxisse demonstratum ibat.

Iam cum ostendisse videamur, τὸ ἓν Empedocli fuisse vniuersam massam materiae, aeternum quidem et necessario existentem, sequitur vt quaeramus, quamnam putauerit primae s. primitiuae illius materiae naturam fuisse. Facile quidem ex iis, quae modo a me allata sunt, collegerit quis, totam hanc mas-

99) ad *Aristot.* phys. auscultatt. 2, p. 27. b.

100) hist. crit. philos. T. III. p. 296.

101) adu. haeres. 2, 19. (2, 14. p. 135. ed. *Massuet.*)

sam Empedocli visam esse nullius elementi habuisse naturam. Cum enim omnia elementa in se contineret, haec vero nondum euoluta quasi et separata a se inuicem essent, homogeneisque quodque partibus associata: materia vniuersa et rudis et indigesta dici non poterat aut ignis aut aquae aut aëris aut terrae naturam habere. Sed Empedocli alia omnia placuisse reperiuntur. Nam cum staret sententia philosopho, omnia orta esse ex vno, non e multis, putabat illi vni non plurium, sed vnius elementi naturam esse tribuendam. Cuiusnam vero elementi naturam tribueret potissimum illi vni s. materiae rudi, dubitare non admodum poterat homo Pythagoricus. Dixit igitur, eam ignis naturam habere, ita vt τὸ ἓν, χάος, ὕλη, πῦρ pene sint pro synonymis habenda *). Quod ne temere a me dictum videatur, audiendi sunt veteres, vt *Aristoteles* [102]): ἔνιοι εὐθὺς τέτταρα λέγουσιν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. συνάγει δὲ καὶ οὗτος εἰς τὰ δύο· τῷ γὰρ πυρὶ τἄλλα πάντα ἀντιτίθησιν. Rursus [103]): Ἐμπεδοκλῆς — τὰ ὡς ἐν ὕλης εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα, τέτταρα πρῶτος εἶπεν. οὐ μὴν χρῆταί γε τέτταρσιν, ἀλλ' ὡς δυσὶν οὖσι μόνοις. (i. e. non

*) Cf. *Scipio Aquilianus* p. 147.

102) de generat. et corrupt. 2, 3.

103) metaphys. 1, 4.

nisi ita rerum principia et causas dicit haec quatuor, vt iis hanc vim tribuat, quasi duo tantum sint, non quatuor.) *πυρὶ μὲν καθ' αὑτὸ, τοῖς δ' ἀντικειμένοις, ὡς μιᾷ φύσει, γῇ τε καὶ ἀέρι καὶ ὕδατι. λάβοι δ' ἄν τις αὐτὸ θεωρῶν ἐκ τῶν ἐπῶν.* Item [104]): Empedocles dixit, *μισγομένων τε καὶ συντιθεμένων πυρὸς, καὶ τῶν μετὰ πυρὸς, γίγνεσθαι τὰ πολλὰ, διαλλαττομένων τε καὶ διακρινομένων φθείρεσθαι. πλὴν καὶ εἶναι τῇ μὲν μίξει πολλά τε καὶ τῇ διακρίσει· τῇ δὲ φύσει τέτταρα ἄνευ τῶν αἰτίων, ἢ ἕν.* Etiam in illo loco, quem ad n. 70. posui, *Aristoteles* dicit, Empedoclem negare, *καὶ τοῦ πυρὸς εἶναι στοιχεῖον*, quae verba *Iohannes Philoponus* fortassis minus recte de omnibus elementis, non de solo igni, intellexerat. Aristoteles enim videtur ibi quoque ex Empedoclis mente ignem distinxisse ab elementis reliquis, et illum his opposuisse. *Alexander Aphrodisiensis* [105]): „Empedoclem primum cau„sam efficientem distinxisse, vsumque fuisse „principiis materialibus, et quatuor corpori„bus pro elementis, at non ipsis parem ho„norem tribuisse, sed igni caetera opposuisse, „ceu tria elementa sint, vna quaedam natura."

104) de Xenoph. Zen. et Gorgia c. 2.
105) ad *Aristot.* metaphys. p. 15.

Iohannes Philoponus [106 a]): *Ἐμπεδοκλῆς τέσσαρα μὲν καὶ αὐτὸς ὑπέθετο στοιχεῖα, θερμοῦ δὲ καὶ ψυχροῦ ἐναντίωσιν εἰσηγεῖτο, τὸ μὲν πῦρ θερμὸν ὑποτιθέμενος, τἄλλα δὲ πάντα ἀντικεῖσθαι τούτῳ φάσκων ὡς ψυχρά. — ὁ Ἐμπεδοκλῆς, φησι, τέσσαρας ἀρχὰς ὑποτιθέμενος τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ὅμως ἐναντίωσιν μίαν ὑπετίθετο, τὸ μὲν πῦρ θερμὸν εἶναι φάσκων, τὰ δὲ ἄλλα τρία ψυχρά.* Et alio loco [106 b]): *ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα λέγων ἀρχὰς, τὸ μὲν πῦρ θερμὸν ἔλεγε, τὰ δὲ λοιπὰ ψυχρά. Lucretius* [107]) quoque videtur sic intellexisse. Dicit enim:

„Quin etiam repetunt a coelo atque ignibus eius,
„Et primum faciunt ignem se vertere in auras
„Aëris: hinc imbrem gigni, terramque creari
„Ex imbri, retroque a terra cuncta reuerti,
„Humorem primum, post aëra, deinde calorem:
„Nec cessare haec inter se mutare, meare
„De coelo ad terram, de terra ad sidera mundi:
„Quod facere haud vllo debent primordia pacto.
„Immutabile enim quiddam superare necesse 'st,

106 *a*) ad *Aristot.* de gener. et interitu 2, p. 50. b. Recte rem eodem modo, quo *Philoponus*, explicat *Scipio Aquilianus* p. 157.

106 *b*) ad *Aristot.* phys. auscult. lib. 1. c, 12. Cf. ad metaphys. 1, fol. 2. b.

107) 1, 782. sqq.

„Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes. —
„Quapropter quoniam, quae paulo diximus ante,
„In commutatum veniunt, constare necesse 'st
„Ex aliis ea, quae nequeant conuertier vnquam,
„Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.
„Quin potius tali natura praedita quaedam
„Corpora constituas, ignem si forte crearint,
„Posse eadem demptis paucis, paucisque tributis,
„Ordine mutato, et motu, facere aëris auras:
„Sic alias aliis rebus mutarier omnes."

Scilicet quanquam id agit Lucretius, vt refutet Empedoclis de elementis sententiam, et quanquam negare videtur, Empedoclem statuisse elementorum elementa, quod concedi hactenus quidem potest, vt dicamus, non diserte eum haec nominasse: facit tamen egregie ad causam nostram, quoniam ex eius quoque verbis apparet, Agrigentino philosopho primam, ex qua omnia atque adeo elementa prodiissent, materiam fuisse massam igneam. De ordine, quo singula elementa ex singulis nata sint, non quidem consentit Lucretius cum aliis scriptoribus, vt infra (§. 12.) patebit. Verum non est cur his turbis turbemur. Nam primo Lucretii auctoritas potior esse debet relatione seriorum scriptorum. Deinde Empedocles ipse non satis sibi constitit hoc in genere, quod demonstrabitur infra *). De-

*) v. paulo post ad not. 108 — 112. et 157. sq.

nique Lucretius iam satis perspicue tradidit rem omnem. Scilicet proprie quidem, Empedocles dicebat, ex igni oriri aërem, ex aëre aquam, ex aqua terram, et hoc ordine opus esse ad gignendas res cunctas. Sed ad easdem destruendas alia omnia fieri et ratione prorsus opposita. Ex terra enim aquam nasci, ex aqua aërem, et ex hoc ignem, vt tandem omnia redeant in chaos s. τὸ ἕν s. ignem; e quo deinde rursus alius mundus existat modo supra indicato. Meare igitur elementa de coelo ad terram, de terra ad sidera mundi, h. e. nunc deorsum ferri, nunc sursum, np. prout vel creandae sint res, vel destruendae. Itaque ignem, vt hoc vtar, non semper sursum ascendere. Significarunt hoc veteres ita, vt dicerent, non definita esse loca elementorum Empedoclis. *Plutarchus* [108]) et *Eusebius* [109]): Ἐμπεδοκλῆς μὴ διὰ παντὸς ἑστῶτας εἶναι, μηδὲ ὡρισμένους τοὺς τόπους τῶν στοιχείων, ἀλλὰ πάντα πως ἀλλήλων μεταλαμβάνειν. Paulo aliter referunt *Stobaeus* [110]) et *Galenus* [111]), nempe postrema verba *Stobaeus* his commutauit: ἀλλὰ πάντας αὐτοὺς ἀλλήλων μεταλαμβάνειν, *Galenus* autem his: ἀλλὰ πάντ'

108) de plac. philos. 2, 7.
109) praep. euang. 15, 38.
110) eclog. phys. 16. p. 558.
111) hist. philos. c. 11.

ἄλλων ἀντιλαμβάνειν, quae haud dubie sunt corrupta et ex caeteris scriptoribus emendanda, vt in eodem *Galeni* loco perperam editur Ἐμπεδοκλῆς μὲν pro Ἐμπ. μή. Caeterum patet ex his, non verum esse, quod Cel. *Heeren* ad Stobaeum annotauit, solum Stobaeum hoc Empedoclis placitum tradidisse. Similis locus est *Achillis Tatii* [112]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὐ δίδωσι τοῖς στοιχείοις ὡρισμένους τόπους, ἀλλ' ἀντιπαραχωρεῖν ἀλλήλοις φησίν. ὥστε καὶ τὴν γῆν μετέωρον φέρεσθαι, καὶ τὸ πῦρ ταπεινότερον. Veram esse meam interpretationem, etiam magis intelligetur inferius, praesertim quando videris, nomina illa allegorica, quibus elementa appellabat Empedocles, non vno modo exposita fuisse a veteribus.

Sed cum demonstrauerim, igni maiorem quasi honorem ab Empedocle tributum fuisse quam reliquis elementis, quid faciemus illis veterum locis, in quibus idem docuisse dicitur, elementa esse aequalia? *Aristoteles* enim [113]), θαυμάσειε δ' ἄν τις, inquit, τῶν λεγόντων πλείω ἑνὸς τὰ στοιχεῖα τῶν σωμάτων, ὥστε μὴ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι, πῶς ἐνδέχεται λέγειν αὐτοῖς

112) ad *Aratum* cap. 4. extr.

113) de generatione et corruptione 2, 6.

εἶναι συμβλητὰ τὰ στοιχεῖα· καίτοι λέγει οὕτω· ταῦτα γὰρ ἴσα πάντα. *Olympiodorus* [114]): ἀνάγκη, φησὶν (Aristoteles), ὀλίγην γῆν εἰς πολὺ ὕδωρ ἀναλύεσθαι, ἵνα μή τις αὐτῷ ἀπορήσῃ λέγων, ὅτι τοῦτο ἀληθὲς κατά σε μεταβλητὰ εἶναι λέγοντα τὰ στοιχεῖα. ἐπεὶ κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα ἀμετάβλητα ὑποτιθέμενον, οὐκ ἔχει χώραν ὁ λόγος. διὰ τοῦτο φησὶ κἂν ἀμετάβλητα ὑποθῇ, οὐδὲν διαφέρει δι' ἣν αἰτίαν, ἐπειδὴ οὐ μόνον ἀμετάβλητα, ἀλλὰ καὶ ἴσα Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγεν εἶναι τὰ στοιχεῖα. εἰ δὲ ἴσα, τί δή ποτε ὁρῶμεν ἐξ ὀλίγου ὕδατος πολὺν ἀέρα γινόμενον, ἢ ἐξ ὀλίγης γῆς πολὺ ὕδωρ; ἄτοπον γὰρ, ἴσων ὄντων τῶν στοιχείων μὴ εἰς ἴσον μέγεθος γίνεσθαι τὴν ἀνάλυσιν αὐτῶν. ἀναιρεῖ οὖν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἑαυτὸν αὐτός. εἰ γὰρ ἀμετάβλητα, πῶς ἴσα; καὶ εἰ ἴσα, πῶς ἀμετάβλητα; *Iohannes Philoponus* [115]): πρὸς Ἐμπεδοκλέα νένευκεν αὐτῷ (Aristoteli) τὰ λεγόμενα. ἐκεῖνος γὰρ ἀμετάβλητα μὲν εἰς ἄλληλα τὰ στοιχεῖα μένειν ἔλεγεν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ περὶ γενέσεως, ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν δόξαν, ὁ φιλό-

114) in meteora *Aristotelis* p. 6. b.

115) ad *Aristot.* meteorolog. 1, p. 81. b.

σοφος ἔγραψεν, ἴσα μέντοι εἶναι κατὰ τὰς δυνάμεις ἀλλήλοις ἅπαντα. ἐπεὶ οὖν αὐτὸς ἐκ τῆς εἰς ἄλληλα τούτων μεταβολῆς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἤλεγξεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ οὐ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα ταῦτα βούλεται, οὐδὲν διαφέρειν τοῦτό φησι πρὸς τὸν ἔλεγχον τῶν ὑποθέσεων, ἐν ὅσῳ τὰ τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἴσά φησιν εἶναι. Et rursus [116]): πρῶτον ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τῷ Ἐμπεδοκλεῖ, ἀμετάβλητα ὑποτιθεμένῳ τὰ στοιχεῖα, συμβλητὰ αὐτὰ φάσκειν. εἰ γὰρ συμβάλλοιντο ἀλλήλοις, ὡς λέγειν τὸ πῦρ ἴσον εἶναι τῷ ἀέρι, ἢ κατὰ τὴν ποσότητα ἔσται, ἢ κατὰ τὴν δύναμιν καὶ ποιότητα. Deinde sequuntur haec [117]): εἰ τοίνυν μήτε κατὰ μέγεθος, μήτε κατὰ δύναμιν, ἢ τὴν αὐτὴν ἢ τὴν ἐναντίαν, οἷόν τέ ἐστι παράθεσιν θεωρεῖν τῶν στοιχείων, ἀμεταβλήτων αὐτῶν φυλαττομένων, ζητητέον μὴ ἄρα κατὰ τὸν τρίτον τρόπον δύναται ὁ Ἐμπεδοκλῆς θεωρεῖν τὴν τῶν στοιχείων σύγκρισιν, τὴν κατὰ ἀναλογίαν τῶν ἑτερογενῶν δυνάμεων, ἵνα εἴπῃ, ὡς τόδε θερμὸν, τόδε λευκόν. φησὶ δὲ ὁ Ἀριστοτέλης, ὅτι

116) ad *Aristot.* de gener. et corrupt. 2, p. 57. b.
117) ibidem p. 58. a.

κατὰ τοῦτον μόνον τὸν τρόπον δυνατὸν αὐτῷ συμβλητὰ λέγειν τὰ στοιχεῖα, ἀμετάβλητα αὐτὰ ὑποτιθεμένῳ. οὐδὲ γὰρ δυνατὸν λέγειν τὰς ἑτερογενεῖς δυνάμεις ὁρᾶν ἢ ὅλως μεταβάλλειν εἰς ἀλλήλας, οἷον τὴν λευκότητα εἰς γλυκύτητα. — μόνως οὕτω συμβλητὰ λέγειν αὐτὰ δύναται ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἀμετάβλητα λέγων. οὐ γὰρ μεταβάλλει τὸ λευκὸν εἰς τὸ θερμὸν, ἢ ἔμπαλιν. ἀμετάβλητα γὰρ εἰς ἄλληλα τὰ ἑτερογενῆ. τὸ δὲ προσκείμενον, τὸ δὲ ὡς τόδε ἐν μὲν ποιῷ σημαίνει τὸ ὅμοιον, ἐν δὲ ποσῷ τὸ ἴσον, βούλεται δηλοῦν, ὡς εἰ μὴ κατὰ ποσὸν συμβλητά ἐστι τὰ στοιχεῖα, ἀλλὰ κατὰ τὴν εἰρημένην ἀναλογίαν, κακῶς ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγε,

φύσιν, ἀντιθεὶς τὸν θάνατον αὐτῇ, δεδήλωκεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς. Item [35]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς διδάξας, ὅτι φύσις παρὰ τὸ φυόμενον οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ θάνατος παρὰ τὸ θνῆσκον. Item [36]): Ἐμπεδοκλῆς φύσιν μηδὲν εἶναι, μίξιν δὲ τῶν στοιχείων καὶ διάστασιν. Pro διάστασις reliquos dicere solere διάκρισις vidimus. *Alexander Aphrodisiensis* [37]): „Empedocles dum sibi compositorum nullam „fieri vnionem persuadet, negat cuiuspiam „esse naturam, i. e. vnionem, sic vt ex com„positione vnum quiddam fiat, et in specie „constituatur, sed mixtionem conuentum „quendam mistorum esse ait, vulgo tamen „naturam ab hominibus nuncupari, miscen„do illa vniri putantibus."

Mire de hoc dogmate consensisse cum Empedocle legitur secta Arabica τῶν מְדַבְּרִים [38]) et fortasse putari potest illud ex Empedoclis carminibus hausisse [39]).

35) ibid. pagina fere extrema.

36) de placitis philos. 1, 30.

37) ad *Aristot.* metaph. p. 172. Cf. §. 9. ad n. 157.—160. Optime rem explicat *Pythagoras* ap. *Ouid.* metamm. 15, 255 sqq. „nascique vocatur, Incipere esse aliud, quam „quod fuit ante; morique, Desinere illud idem."

38) v. *Mosis Maiemonidis* doctor perplexorum 1, 73. p. 149. e versione latina *Ioh. Buxtorfii* fil. Basil. 1629. 4.

39) Cf. supra §. 2. extr. et §. 6. n. 45.

Cum vero putauerit Empedocles, omnia in hoc mundo, atque adeo mundum ipsum, fieri et perire per disiunctionem et commixtionem elementorum, eo quidem modo, quo supra [40]) docuimus: facile patet, eundem negare non potuisse, motum esse in rerum natura. Diserte id testatur *Sextus Empiricus* [41]): εἶναι κίνησιν φασὶν οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Ἐμπεδοκλέα. Quid igitur de motu statuerit, videndum est. Et *Aristoteles* quidem ita refert Empedoclis de eo sententiam [42]): Ἐμπεδοκλῆς φησιν, ἐν μέρει κινεῖσθαι, καὶ πάλιν ἠρεμεῖν· κινεῖσθαι μὲν, ὅταν ἡ φιλία ἐκ πολλῶν ποιῇ τὸ ἕν, ἢ τὸ νεῖκος πολλὰ ἐξ ἑνός· ἠρεμεῖν δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις. — ἔοικε πλάσματι τὸ λέγειν ὅτι πέφυκεν οὕτω (np. nulla ratione idonea addita), καὶ ταύτην δεῖ νομίζειν ἀρχὴν εἶναι· ὅπερ ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς ἂν εἰπεῖν, ὡς τὸ κρατεῖν καὶ κινεῖν ἐν μέρει τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος, ὑπάρχειν τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀνάγκης· ἠρεμεῖν δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον. — βέλτιον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς, κἂν (fortassis legendum καὶ) εἴ τις ἕτερος εἴρηκεν οὕτως ἔχειν, ἐν μέρει τὸ πᾶν ἠρεμεῖν, καὶ κινεῖσθαι πάλιν. Ad quem

40) maxime §. 10.
41) adu: Mathematt. 10, 45.
42) physic. 8, 1.

locum ita commentatur *Themistius* [43]): *ὅτι μέν ἐστι κίνησις πάντες ὁμολογοῦσιν, ὅσοι περὶ φύσεως πραγματεύονται, καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς διαλέγονται· ὅτι δὲ ἀΐδιος, οὐκ ἔθ' ἅπαντες. ἀλλ' ὅσοι μὲν ἀπείρους τοὺς κόσμους εἶναί φασιν* [44]), *καὶ ἀεὶ τοὺς μὲν γίγνεσθαι, τοὺς δὲ φθείρεσθαι, ἀεί φασιν εἶναι τὴν κίνησιν. ἕπεται γὰρ αὐτοῖς τὰς γενέσεις καὶ τὰς φθορὰς εἶναι μετὰ κινήσεως. ὁμοίως δὲ τούτοις, ὅσοι καὶ ἕνα κόσμον καὶ ἀΐδιον ὑποτιθέντες, συνομολογοῦσιν καὶ τὴν κίνησιν ἀΐδιον εἶναι. ὅσοι δὲ ἕνα μὲν, οὐκ ἀΐδιον δὲ, τούτοις ἀκολουθεῖ ταῖς περὶ τοῦ παντὸς ὑποθέσεσιν καὶ περὶ τῆς κινήσεως χρῆσθαι. δύο δὲ οἱ τρόποι τῶν οὐκ ἀΐδιον ποιούντων τὸν κόσμον· καὶ παρὰ τούτους οὐκ ἔστιν ἄλλος. ἢ γὰρ, ὡς Ἀναξαγόρας φησὶν, ἁπάντων ὁμοῦ μεμιγμένων τὸν ἄπειρον χρόνον, ἄρξασθαί ποτε τὸν νοῦν τοῦ κόσμου καὶ τῆς κινήσεως· ἢ ὡς Ἐμπεδοκλῆς. οὗτος μὲν γὰρ ἐν μέρει κίνησιν ποιεῖ τοῦ παντὸς, καὶ ἠρεμίαν· κίνησιν μὲν, ὅταν ἡ φιλία τὸ πᾶν εἰς ἓν ἐκ πολλῶν*

43) ad *Aristot.* l. l. fol. 58. a. b.

44) Ita legendum esse non est quod multis demonstretur. Vulgo legitur εἶναί φασιν εἶναι, καὶ ἀεὶ etc.

συνάγη, ἢ αὖθις τὸ νεῖκος εἰς πολλὰ ἐξ ἑνός· ἠρεμία δὲ, ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις. ὥστε Ἀναξαγόρᾳ μὲν ἡ κίνησις ἀρξαμένη, συνεχῶς ἐστι, καθάπερ δὴ καὶ ὁ κόσμος· Ἐμπεδοκλεῖ δὲ ἐν μέρει, ποτὲ μέν ἐστι, ποτὲ δὲ οὐκ ἔστι, ὥσπερ καὶ ὁ κόσμος. — τὸ ἄλογον καὶ ἀναίτιον μάλιστα ἐπὶ τῆς φύσεως φυλακτέον, ὡς (leg. ὃ) σχεδὸν ἅπαντες παρορῶσι. ἐπεὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ἐν μέρει ποιῶν τὴν κίνησιν καὶ ἠρεμίαν· κίνησιν μὲν ὑπὸ τῆς φιλίας καὶ τοῦ νείκους, ἠρεμίαν δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις· οὐ προστίθησι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐν μέρει ταύτην ἀποδίδωσιν. *Simplicius* [45]): οὕτω (np. διὰ κινήσεως) καὶ Δημόκριτος κοσμοποιεῖ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας, οἱ μὲν συγκρίνεσθαι καὶ διακρίνεσθαι τὰ ἄτομα σώματα καὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα λέγοντες. — Ἐμπεδοκλῆς δηλονότι καὶ τὴν κίνησιν ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου θεωρῶν, γινομένην καὶ φθειρομένην ὑπετίθετο ἀεί. ἐπεὶ καὶ τὸν σφαῖρον εἶναι βούλεται καὶ τὸν κόσμον αἰεὶ, καὶ κίνησιν ἐνόμιζεν ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι. Quod supra vidimus Empedoclem de hoc dogmate reprehendi, id in

45) ad *Aristot.* phys. 8, p. 257. b.

his quoque factum reperitur. *Aristoteles* 46): *περὶ κινήσεως ἁπλῶς λέγει* (Empedocles)· *οὐ γὰρ ἱκανὸν εἰπεῖν, διότι ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος κινεῖ, εἰ μὴ τοῦτ' ἦν φιλίᾳ εἶναι τὸ κινήσει τοιᾳδὶ, νείκει δὲ τὸ τοιᾳδί. ἔδει οὖν ἢ ὁρίσασθαι, ἢ ὑποθέσθαι, ἢ ἀποδεῖξαι ἢ ἀκριβῶς, ἢ μαλακῶς, ἢ ἄλλως γέ πως. ἔτι δ', ἐπεὶ φαίνεται καὶ βίᾳ, καὶ παρὰ φύσιν κινούμενα τὰ σώματα, καὶ κατὰ φύσιν, οἷον τὸ πῦρ, ἄνω μὲν οὐ βίᾳ, κάτω δὲ, βίᾳ· τῷ δὲ βίᾳ τὸ κατὰ φύσιν ἐναντίον. ἔστι δὲ τὸ βίᾳ· ἔστιν ἄρα καὶ τὸ κατὰ φύσιν κινεῖσθαι· ταύτην οὖν ἡ φιλία κινεῖ, ἢ οὔ· τοὐναντίον γὰρ, τὴν γῆν ἄνω, καὶ διακρίσει ἔοικε· καὶ μᾶλλον τὸ νεῖκος αἴτιον τῆς κατὰ φύσιν κινήσεως, ἢ ἡ φιλία. ὥστε καὶ ὅλως παρὰ φύσιν ἡ φιλία ἂν εἴη μᾶλλον. ἁπλῶς δὲ εἰ μὴ φιλία ἦ τὸ νεῖκος κινοίη, αὐτῶν τῶν σωμάτων οὐδεμία κίνησίς ἐστιν, οὐδὲ μονὴ, ἀλλ' ἄτοπον. ἔτι δὲ φαίνεται κινούμενα· διέκρινε μὲν γὰρ νεῖκος· ἠνέχθη δ' ἄνω ὁ αἰθὴρ, οὐχ ὑπὸ τοῦ νείκους. — ἅμα δὲ καὶ τὸν κόσμον ὁμοίως ἔχειν φησὶν ἐπί τε τοῦ νείκους*

46) de generat. et corrupt. 2, 6. Cf. *Ioh. Philop.* ad h. l. fol. 59. a. b. et supra §. 9. ad n. 157. et §. 10. ad n. 23.

νῦν, καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς φιλίας. τί οὖν ἐστι τὸ κινοῦν πρῶτον καὶ αἴτιον τῆς κινήσεως; οὐ γὰρ δὴ ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος, ἀλλά τινος κινήσεως ταῦτα αἴτια· εἰ δέ ἐστιν, ἐκεῖνο ἀρχή. Videtur igitur Empedocles minus diserte, quid de motu statuendum putaret, ostendisse, neque de eius causa exposuisse, neque quando incipere aut desinere motum opinaretur, declarasse. Nam interdum dicitur motum aeternum nominasse, vt ab *Aristotele* [47]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς κινεῖσθαι μὲν ἀεί φησι συγκινούμενα τὸν ἅπαντα ἐνελεχῶς χρόνον. Interdum legitur motus Empedocli non aeternus fuisse [48]). Quo pertinent etiam verba *Simplicii* [49]): δείκνυσι (Aristoteles), — τὸν Ἀναξαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα μόνους ὡς μὴ ἀεὶ κίνησιν εἶναι δοκοῦντας λέγειν. Quae quidem duplex traditio commode potest *Aristotele* duce sic modificata et inflexa quodammodo conciliari, vt Empedoclem dicas non nisi hactenus motum putasse aeternum, quatenus aeterna sit elementorum ac principiorum discordia. Quae pugna cum desinat nonnunquam ex Empe-

47) de Xenophane c. 2. Cf. supra ad n. 43. et §. 10. ad n. 36.

48) vid. v. c. verba *Aristotelis* paulo ante ad n. 42. allata.

49) ad *Aristot.* phys. 8, p. 321. b.

doclis opinione [50]), apparet, nec motum ei esse potuisse simpliciter et omnino aeternum. Cum vero semper alternis vicibus e rudi materia efficiatur mundus, et hic rursus in nouum chaos reuoluatur, patet, motum non nisi tum cessare, cum sub amicitiae imperio omnia in vnum reuersa sint, vel inimicitia imperante ex vno siue chao effectus sit mundus. Quia item in mundo semper quaedam mutantur, ita vt aliae eius partes interire, aliae videantur oriri, omnis autem ortus et interitus pendet ab amicitia atque discordia, quibus sibi inuicem aduersantibus motus existit: puto etiam hactenus ex Empedoclis sententia motum vocari posse aeternum. Sed haec esset aeternitas vt ita dicam particularis, nempe non ad vniuersum mundum spectans [51]). Fortassis igitur voluit Empedocles, nunquam esse tempus, quo non in nonnullis saltem mundi partibus aduersentur sibi elementa et principia, atque adeo quodammodo nunquam motum cessare. Ex his intelligi possunt, quae tradit *Eusebius* [52]): *Ἐμπεδοκλῆς — τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως συμβῆναι ἀπὸ τοῦ τετυχηκέναι κατὰ τὸν ἀθροισμὸν, ἐπιβρίσαντος τοῦ πυρός.*

50) Qua de re supra §. 10. dictum est.

51) Cfr quae dicta sunt §. 10. ad n. 103.

52) praeparat. euangel. 1, 8. p. 24. D.

Monet me hic *Eusebii* locus, e quo, quando motus incipiat, discitur, vt, cum semel de ortu et interitu dicere instituerim, explicem etiam, quae Empedocles de modo, quo mundus aliquando interiturus sit, statuisse reperiatur, quanquam iam supra §. 9. quaedam de eo dicere memini. Scilicet cum Empedocles ignem omnium elementorum praecipuum esse, atque adeo ipsa reliqua elementa explicari ex illo et gigni dixerit, sequitur vt etiam omnia aliquando in vnum, h. e. in ignem, reuerti, atque adeo mundum per ignem interire statuerit. Sed de hac quoque re audienda sunt veterum testimonia. Et *Aristoteles* quidem nihil diserte de ea tradidisse reperitur. Si vero compares haec eius verba [53]): Ἡράκλειτός φησιν, ἅπαντα γίνεσθαί ποτε πῦρ, et alium eiusdem locum [54]): γενόμενον ἅπαντες εἶναί φασιν, ἀλλὰ γενόμενον οἱ μὲν ἀΐδιον, οἱ δὲ φθαρτὸν, ὥσπερ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν φύσει συνισταμένων. οἱ δ' ἐναλλὰξ, ὁτὲ μὲν οὕτως, ὁτὲ δὲ ἄλλως ἔχειν φθειρόμενον, καὶ τοῦτο ἀεὶ διατελεῖν οὕτως, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος. Si, inquam, hos locos inter se comparaueris, atque in altero loco Empedoclem Heraclito tanquam idem

53) physic. 3, 5.
54) de coelo 1, 10.

sentientem iungi animaduerteris, tum saltem verisimile fit, Aristotelem hanc de mundi per ignem interitu opinionem Empedocleam existimasse. Idem visum est *Iacobo Thomasio* [55]). Sed extant etiam alia, eaque luculentiora, de hac re testimonia. *Clemens Alexandrinus* [56]) et ex eo *Eusebius* [57]): οὐ παραπέμπομαι καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὃς φυσικῶς οὕτως τῆς τῶν πάντων ἀναλήψεως μέμνηται, ὡς ἐσομένης ποτὲ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν μεταβολῆς. σαφέστατα Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος ταύτης ἐστὶ τῆς δόξης. *Oecumenius* [58]): δύο ὄντων τῶν συνεκτικωτάτων στοιχείων τοῦ παντὸς, ὕδατος καὶ πυρὸς, ἀφ' ὧν καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα τὸ εἶναι λαμβάνουσιν, ἀὴρ μὲν, ἐξατμιζομένων τῶν ὑδάτων, γῆ δὲ, συγκρινομένων τῶν αὐτῶν, τῆς ἐξατμίσεως ὡς ἐκ πυρὸς καὶ τῆς συγκρίσεως οὐδενὸς τὸν νοῦν ἐχόντων ἀπιστοῦντος· δύο τοίνυν ὄντων καὶ πρότερον τῆς τῶν ἀσεβῶν φθορᾶς διὰ τοῦ ὕδατος γενομένης, ἀνάγκη πάλιν, φησὶ (Petrus apostolus), τὴν τῶν ἀσε-

55) in exercitatione de Stoica mundi exustione (Lips. 1676. 4.) p. 10.

56) stromm. 5. p. 599. B.

57) praep. euang. 13, 13. p. 676.

58) in exegesi ad septem epistolas catholicas, ad 2 Petr. 3, 5. p. 214.

βούντων φθορὰν διὰ τοῦ πυρὸς γενέσθαι. τὸ δὲ γενέσθαι τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς φθορὰν, οὐ μόνον Χριστιανοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς δοκεῖ· ὡς Ἡρακλείτῳ τῷ Ἐφεσίῳ, ὡς Ἐμπεδοκλεῖ τῷ Αἰτναίῳ. Non de nihilo videtur esse, quod in his quoque semper componuntur Empedocles et Heraclitus [59]). De solo autem Empedocle *Georgius Cedrenus* [60]) refert haec: Ἐμπεδοκλῆς ἐδογμάτισε — ὅτι ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνίσταται, καὶ εἰς πῦρ αὖθις ἀναλύεται. Et *Pseudo-Origenes* [61]): Ἐμπεδοκλῆς ἔφη — συνεστάναι ἐκ πυρὸς τὰ πάντα, καὶ εἰς πῦρ ἀναλυθήσεσθαι, ὡς σχεδὸν καὶ οἱ Στωϊκοὶ συντίθενται δόγματι ἐκπύρωσιν προσδοκῶντες. Qui duo loci confirmare simul possunt emendationem verborum *Stobaei* supra [62]) a me propositam.

59) De quo Heracliti placito praeter *Tiedemannum* in System der stoischen Philosophie T. II. p. 99 — 108. et *Pfannerum* in Systemate theologiae gentilis purioris (Basil. 1679. 4.) p. 421. sq. legendae sunt *Gottfr. Olearii* dissertationes de principio rerum naturalium ex mente Heracliti, quae insertae sunt *Stanleii* historiae philosophiae latine versae p. 839 — 869. inprimis p. 848 sq.

60) T. I. chronic. p. 167. ed. Paris. 1647. fol.

61) philosophum. c. 3. p. 49.

62) §. 9. ad n. 91. sq. p. 166. Cf. *Huetii* Alnetanae quaestiones 2, 21.

Verum missa hac causa progrediendum potius est ad ea, quae Empedocles praeterea de ratione mundi sensisse narratur. Scilicet mundum dicitur putasse vnum esse, et exiguam partem vniuersi. *Plutarchus* [63]): Ἐμπεδοκλῆς κόσμον μὲν ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἀρχὴν εἶναι. *Stobaeus* [64]) eadem habet, nisi quod vltima exhibet sic: τὸ δὲ λοιπὸν, ὕλην. *Eusebius* [65]) pro his dedit: τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν εἶναι τὴν ὕλην. Et Cel. *Beckius* etiam in *Plutarchi* loco edidit τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν ὕλην, et *Bruckerus* [66]) vertit *materia iners*, quasi eodem modo legerit. Sed fortassis defendi possit lectio ἀρχήν. Certe in loco illo *Philoponi*, quem infra ad n. 87. posui, ἀρχὴ et ὕλη synonyma sunt. *Stobaeus* iterum [67]): Θαλῆς, Πυθαγόρας, Ἐμπεδοκλῆς, Ἔκφαντος, Παρμενίδης — ἕνα τὸν κόσμον. *Simplicius* [68]): ὅσοι ἕνα τὸν κόσμον φασὶν, ὥσπερ Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς, οὐδεμίαν τῆς ἀπειρίας ἀνάγκην ἔχουσι. Vnde ab eodem *Simpli-*

63) plac. philos. 1, 5.
64) eclog. phys. 18. p. 494.
65) de praeparat. euang. 15, 33.
66) hist. crit. philos. T. I. p. 1114.
67) l. l. p. 496.
68) ad *Aristot.* phys. 1, fol. 38. b.

cio [69]), κόσμος πεπερασμένος vocatur. Cum tamen reperiantur loci, in quibus Empedocles dicitur duplicem mundum posuisse, qualis est locus *Simplicii* [70]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς διάφορα τῶν παρ' αὐτῷ κόσμων τὰ εἴδη ἔλεγεν, ὥστε καὶ ὀνόμασι χρῆσθαι διαφόροις, τὸν μὲν σφαῖρον, τὸν δὲ κόσμον κυρίως καλῶν. hoc quale sit, explicandum est. Nimirum si hanc Simplicii et similium traditionem pro vera habueris, Empedocles putandus erit alterum mundum intellexisse eum, quem nos quoque ita dicimus, adspectabilem omninoque in sensus cadentem, alterum νοητὸν et prioris exemplar statuisse. Illum nominasse legitur κόσμον, et plenum malorum existimasse. Saltem sic intelligenda arbitrabar verba *Pseudo-Origenis* [71]): ὥσπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς πάντα τὸν καθ' ἡμᾶς τόπον ἔφη κακῶν μεστὸν εἶναι, καὶ μέχρι δὲ σελήνης τὰ κακὰ φθάνειν ἐκ τοῦ περὶ γῆν τόπου ταθέντα, περαιτέρω δὲ μὴ χωρεῖν, ἅτε καθαρωτέρου τοῦ ὑπὲρ τὴν σελήνην παντὸς ὄντος τόπου· οὕτω καὶ τῷ Ἡρακλείτῳ ἔδοξεν. Legitur etiam apud *Stobaeum* [72]) docuisse, ὡῷ παραπλησίως τὸν

69) ad *Aristot.* de coelo 2, fol. 124. a.
70) ibid. 1, fol. 72. a.
71) philosophum. c. 4.
72) eclog. phys. 27. p. 566.

κόσμον κεῖσθαι, h. e. formam oblongam habere. Sed νοητὸν illum mundum appellasse Empedocles narratur σφαῖρον, quod nomen et masculino et neutro genere eum dixisse tradit *Simplicius*, quorum illud saltem, ὁ σφαῖρος, pro poetica forma habendum est [73]). Verba *Simplicii* sunt [74]): ὑπέθετο (Ἐμπεδοκλῆς) τόν τε νοητὸν καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων τῶν τεσσάρων συνεστῶτας. τὸν μὲν παραδειγματικῶς δηλονότι, τὸν δὲ εἰκονικῶς. καὶ ποιητικὰ αἴτια, τοῦ μὲν νοητοῦ τὴν φιλίαν, διὰ τῆς ἑνώσεως τὸν σφαῖρον ποιοῦσαν, ὃν καὶ θεὸν ἐπονομάζει, καὶ οὐδετέρως ποτὲ καλεῖ,

σφαῖρον ἔην *)·

τοῦ δὲ αἰσθητοῦ, τὸ νεῖκος, ὅταν ἐπικρατῇ μὴ τελέως, διὰ τῆς διακρίσεως τὸν κόσμον τοῦτον ποιοῦν. Et alio loco [75]): Ἐμπεδοκλῆς περί τε τοῦ νοητοῦ κόσμου καὶ τοῦ αἰσθητοῦ διδάσκων, καὶ ἐκεῖνον τούτου πα-

73) *Schol. Arati* ad v. 33. vbi poeta Δίκτῳ posuit: ἔδει δὲ εἰπεῖν Δίκτῃ. ἀλλ' οἱ ποιηταὶ εἰώθασι τὰ γένη ἐναλλάσσειν, ὡς χώρα, χῶρος. ὠνὴ, ὦνος. Sic igitur σφαῖρα, σφαῖρος.

74) ad *Aristot.* phys. 8, fol. 258. a.

*) Eodem modo *Aratus* phaenom. 226. μήκιστα κύκλα dixit pro μηκίστους κύκλους.

75) ibid. 1, fol. 7. b.

ράδειγμα ἀρχέτυπον τιθέμενος, ἐν ἑκατέρῳ μὲν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα ταῦτα τέθεικε, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ποιητικὰ αἴτια τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος. πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἐν τῷ νοητῷ τῇ νοητῇ ἑνώσει πραττόμενα, διὰ φιλίας μᾶλλον συνάγεσθαί φησι· τὰ δὲ ἐν τῷ αἰσθητῷ, ὑπὸ τοῦ νείκους μᾶλλον διακρίνεσθαι. Vtrumque item mundum, auctoribus Aristotelis interpretibus, statuebat Empedocles aeternum esse, nempe ita, vt supra tribuimus ei opinionem de aeternitate mundi, h. e. vicibus alternis. *Simplicius* [76]): Ἐμπεδοκλῆς, εἰ μὲν κατὰ τὸ σχῆμά τις ἀκούοι τοῦ λόγου, ὡς ποτὲ μὲν σφαῖρον, ποτὲ δὲ κόσμον λέγοντος, δηλονότι καὶ τὴν κίνησιν ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου θεωρῶν, γινομένην καὶ φθειρομένην ὑπετίθετο ἀεί. ἐπεὶ καὶ τὸν σφαῖρον εἶναι βούλεται καὶ τὸν κόσμον αἰεὶ, καὶ κίνησιν ἐνόμιζεν ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι. Item [77]): Ἐμπεδοκλῆς τὸν ὑπὸ τῆς φιλίας ἡνωμένον νοητὸν κόσμον παραδιδοὺς αἰνιγματωδῶς, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις, καὶ τὸν ἐξ ἐκείνου διακρινόμενον ὑπὸ τοῦ νείκους αἰσθητὸν, οὔτε γενητὰ ταῦτα οὔτε φθαρτὰ

76) ibid. 8. fol. 257. b.

77) ad *Aristot.* de coelo 1. fol. 32. a.

ἐν χρόνῳ φησὶν, ἀλλὰ τὸν μὲν νοητὸν κόσμον κατὰ τὸ ὂν ὑπάρχειν, τὸν δὲ αἰσθητὸν κατὰ τὸ γενόμενον. καὶ τοῦτον κατὰ διαδοχήν φησιν ἀϊδίως κινεῖσθαι. *Iohannes Philoponus* [78]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς δύο τοὺς κόσμους εἶναι ὑπέθετο· τόν τε ἐκ τεσσάρων στοιχείων, τὸν αἰσθητὸν, καὶ τὸν σφαῖρον, τουτέστι τὸν νοητὸν, ὃν σφαῖρον ἐκάλει διὰ τὸ πρὸς ἑαυτὸν ἐπεστράφθαι καὶ πρὸς τῷ ἑνὶ εἶναι μᾶλλον· οὓς καὶ μεταβάλλειν ἔλεγεν εἰς ἀλλήλους. ἐπικρατούσης μὲν γὰρ τῆς φιλίας, μεταβάλλειν τὰ στοιχεῖα εἰς τὸν σφαῖρον· ἐπικρατοῦντος δὲ τοῦ νείκους, τὸν σφαῖρον εἰς τὰ στοιχεῖα μεταβάλλειν. οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι οἱ κόσμοι εἰς ἀλλήλους μεταβάλλουσιν, ἀλλὰ τὴν τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας εἰς τοὺς κόσμους τούτους σημαίνων μεταβολήν. ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ καὶ ἑτεροποιὸς καὶ ταυτοποιὸς δύναμις, ὅταν μὲν κατὰ τὴν ταυτοποιὸν δύναμιν ἐνεργήσῃ, ὃν ταυτοῦ κύκλον ὁ Πλάτων ἐκάλεσε, πρὸς τοῖς νοητοῖς γίνεται μᾶλλον· ταύτην δὲ τὴν δύναμιν, φιλίαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκάλεσεν, ὅτι ἡ φιλία

78) ad *Aristot.* phys. auscultt. I. A, 10. Multas nugas hic immiscuisse *Philoponum*, quilibet videt.

ἑνοποιός ἐστιν· ὅταν δὲ κατὰ τὴν ἑτεροποιὸν δύναμιν ἐνεργήσῃ, ἣν Πλάτων θατέρου μὲν κύκλον ἐκάλεσεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ νεῖκος, πρὸς τοῖς αἰσθητοῖς γίνεται. τὴν μὲν οὖν μεταβολὴν τῆς ψυχῆς κατὰ τὸν αἰσθητόν τε καὶ νοητὸν κόσμον, μεταβολὴν τῶν κόσμων ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκάλεσεν. Et rursus [79]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς τέσσαρα ὑπετίθετο τὰ ὑλικὰ αἴτια· ταῦτα δὴ τὰ πολυθρύλλητα στοιχεῖα. — ποιητικὰ δὲ αἴτια, τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν, ἀλλ' οὐχ ἅμα, ἀλλ' ἀνὰ μέρος. τῆς μὲν γὰρ φιλίας ἐπικρατούσης, συνάγεσθαι καὶ συγκρίνεσθαι τὰ στοιχεῖα, καὶ ποιεῖν τὸν νοητὸν κόσμον, ὃν σφαῖρον ἐκάλει· ὅταν δὲ πάλιν κατά τινα περίοδον ἐπικρατήσῃ τὸ νεῖκος, διακρίνεσθαι τὸν σφαῖρον ἐκεῖνον, καὶ ποιεῖν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ τοῦτον τὸν κόσμον.

Iam si quis quaerat, quid per Sphaerum illum verisimiliter intelligatur, dubium non videtur, quin viri docti recentiores [80]) recte intellexerint materiam siue chaos. Idem enim de Sphaero praedicatur, quod alias de chao.

79) ibid. C, 2. Multi loci similes passim supra allati extant, v. c. §. 9. ad n. 167. p. 198. §. 10. ad n. 21: 34.

80) vt *Scipio Aquilianus* p. 147. sq. *Bruckerus* in notis ad *Scip. Aquil.* p. 145. *Tiedemannus* Syst. des Emped. p. 63.

Scilicet σφαῖρος dicitur per φιλίαν e κόσμῳ oriri, et κόσμος per νεῖκος e σφαίρῳ. Videamus verba veterum. *Proclus* [81]): τὰ δὲ αὐτὰ (np. quae Parmenides) καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς. διττὸν γὰρ ποιεῖ τὸν σφαῖρον καὶ ἐκεῖνος, τὸν μὲν, αἰσθητὸν, ἐν ᾧ τὸ νεῖκος δυνασττεύει, τὸν δὲ, νοητὸν, ὑπὸ τῆς Ἀφροδίτης συνεχόμενον. καὶ θατέρου τὸν ἕτερον εἰκόνα καλεῖ. *Simplicius* [82]): Ἐμπεδοκλῆς φιλίαν καὶ νεῖκος λέγων ἐκ μέρους κρατοῦντα, τὴν μὲν συγκρίνειν πάντα εἰς ἕν καὶ φθείρειν τὸν τοῦ νείκους κόσμον, καὶ ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ σφαῖρον· τὸ δὲ νεῖκος διακρίνειν αὖθις τὰ στοιχεῖα καὶ ποιεῖν τοιοῦτον (fort. leg. τοῦτον τὸν) κόσμον. Rursus [83]): εἰ ἐκ τούτου τοῦ κόσμου κόσμος γένοιτ' ἂν ἄλλος, ὁ καλούμενος σφαῖρος, ἤ, ὡς οἱ νῦν φασι, νέος, καὶ ἐξ ἐκείνου πάλιν ἄλλος, αὕτη ἀλλοίωσις ἂν εἴη κόσμου, καὶ οὐ γένεσις ἢ φθορά. εἰ γὰρ καὶ ἡ φιλία συνάγουσα τὰ στοιχεῖα τούτου τοῦ κόσμου διαλυομένου τὸν σφαῖρον ποιεῖ, κόσμος γε μὴν αὖθις ὁπωσοῦν ἔσται. Et alio loco [84]):

81) ad Timaeum 3, p. 160.
82) ad *Aristot.* de coelo 1, fol. 68. b.
83) ibid. fol. 71. b.
84) ibid. 2, fol. 128. a.

ὑπὸ τοῦ νείκους διακρίνοντος τὰ στοιχεῖα τὸν κόσμον τοῦτον γενέσθαι φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, ὥσπερ ὑπὸ φιλίας τῆς συμφερούσης καὶ ἑνούσης αὐτὰ τὸν σφαῖρον. — μᾶλλον δὲ βιάζεται (Aristoteles) οἰόμενος τὸν κόσμον τοῦτον ὑπὸ μόνου τοῦ νείκους κατὰ Ἐμπεδοκλέα γίνεσθαι. ἴσως δὲ καὶ εἰ ὑπερισχύει ἐν τούτῳ τὸ νεῖκος, ὥσπερ ἐν τῷ σφαίρῳ ἡ φιλία, ἀλλ' ἄμφω ὑπ' ἀμφοῖν λέγει γίνεσθαι. *Alexander Aphrodisiensis* [85]): „Empedocles amicitiam incommode princi„pium esse statuebat. Nam cum amicitiam „coactricem effectricemque Sphaeri vocat, hanc „efficientem causam statuere videtur. Rursus „materialem, cum eandem mixturae Sphaerique „partem esse facit." *Iohannes Philoponus* [86]): Ἐμπεδοκλῆς φησι τῆς φιλίας κρατούσης τὰ πάντα ἓν γίγνεσθαι, καὶ τὸν σφαῖρον ἀποτελεῖν ἄποιον ὑπάρχοντα, ὡς μηκέτι μήτε τὴν τοῦ πυρὸς, μήτε τῶν ἄλλων τινὸς σώζεσθαι ἐν αὐτῷ ἰδιότητα, ἀποβάλλοντος ἑκάστου τῶν στοιχείων τὸ οἰκεῖον εἶδος. ὥστε δηλονότι ἀφαιρετὰς ὑποτίθεται τὰς εἰδοποιοὺς διαφορὰς τῶν στοιχείων. ἔτι δὲ καὶ ἐξ ὧν φησιν αὐτὰς γίνεσθαι, ἐπειδὰν τοῦ

85) ad *Aristot.* metaphys. p. 400.
86) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 1, fol. 5. a.

σφαίρου γενομένου, καὶ πάντων εἰς αὐτὸν συνελθόντων, τὸ νεῖκος κρατήσῃ πάλιν. τότε γάρ φησιν ἐκ τοῦ σφαίρου ἑνὸς ὄντος καὶ ἀδιαφόρου σώματος, γίνεται τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, διαφορῶν τινων προσγινομένων δηλονότι καὶ παθῶν ἄλλων ἄλλῳ μέρει αὐτοῦ, αἵστισιν ἀλλήλων διορίζονται τὰ ἐξ ἐκείνου γινόμενα στοιχεῖα. ὥστε εἰ γεγόνασι, καὶ ἀφαιρεθεῖεν ἄν, καὶ μάλιστα τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας ἔτι μαχομένων. ὥστε καὶ γένοιτ' ἂν ἐξ ἀλλήλων. — εἰ ἀδιάφορον παντελῶς τὸ τοῦ σφαίρου σῶμα ὑποτίθεται, καὶ ἀνὰ μέρος ποτὲ μὲν ἐπικρατεῖν τὸ νεῖκος καὶ ποιεῖν τὰ στοιχεῖα, ποτὲ δὲ τὴν φιλίαν καὶ ποιεῖν τὸν σφαῖρον, ἀνάγκη πᾶσα κατὰ ταύτας τὰς ὑποθέσεις, πάντα τὰ στοιχεῖα μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα. ὅτε οὖν, φησιν, ἓν ἦν τὸ πᾶν, τουτέστιν ὁ σφαῖρος, οὔτε πῦρ ἦν ἐν αὐτῷ, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν καθ' ἕξιν. ἐπεὶ οὐκέτ' ἂν ἦν ἕν, ἀλλὰ δηλονότι ἕκαστον τῶν στοιχείων ἐξέστη τοῦ εἶναι ὅπερ ἦν. καὶ μίαν οὐσίαν πάντα ἀπετέλεσε τὴν τοῦ σφαίρου. Rursus [87]): πρὸς Ἐμπεδοκλέα ἀποτείνεται (Aristoteles) ὡς ἀσύμφωνα ὑποτιθέμενον. ἄδη-

87) ibid. fol. 5. b.

λον γάρ φησι ποίαν χρὴ τίθεσθαι ἀρχὴν, ὅσον ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, πότερον τὸν σφαῖρον τῶν στοιχείων, ἢ ταῦτα τοῦ σφαίρου. ἢ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ σφαίρου ὡς ἐξ ὕλης τινὸς ἀποίου καὶ κοινοῦ ὑποκειμένου, κατὰ τὴν ὑπὸ τοῦ νείκους κίνησιν μεταβάλλοντα καὶ εἰδοποιούμενα γίνεται τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ταύτῃ δόξειεν ἂν ἐν ἀρχῆς καὶ ὕλης λόγῳ τὸν σφαῖρον τίθεσθαι· δεῖ γὰρ τὴν πρώτην ἀρχὴν ἄποιον εἶναι· ἢ δὲ πάλιν ἐκ τῆς τῶν τεσσάρων συνθέσεως τῆς φιλίας συγκρινούσης τὸν σφαῖρον ἔλεγε γίνεσθαι, ταῦτα δὲ ἐκ τῆς ἐκείνου διαλύσεως, ἐν ἀρχῆς λόγῳ ἄν τις θείη τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· ἀρχῆς γὰρ ἴδιον τὸ ἁπλούστερον, ἁπλούστερα δὲ τὰ στοιχεῖα τοῦ ἐξ αὐτῶν συγκειμένου σφαίρου. σύνθετος γὰρ ἐκ τούτων ὁ σφαῖρος. Idem *Philoponus* post ea, quae supra §. 9. ad n. 174. p. 201. allata sunt, addit haec: τοῦ νείκους δὲ ἐπικρατήσαντος, ἐξεκρίθησαν ἐκ τοῦ σφαίρου τά τε στοιχεῖα καὶ τὰ τῶν συνθέτων εἴδη. Et alio loco [88]): Ἐμπεδοκλῆς ἐν τῷ σφαίρῳ πάντα λέγων τὰ εἴδη μεμίχθαι ἐν τῇ πρώτῃ διακρίσει τοῦ σφαίρου καὶ τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιΐας, πρὶν

88) ad *Aristot.* phys. auscultt. 2. H, 13.

τελείως τὰ εἴδη διακριθῆναι ἀπ' ἀλλήλων, γενέσθαί τινα ἔλεγε σύμμικτα ζῶα, οἷα καὶ οἱ μῦθοι τοὺς κενταύρους ὑποτίθενται, τὰ μὲν ἄλλα ἵππου ἔχοντας, τὰ ἔμπροσθεν δὲ, λέγω δὴ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν, ἀνθρώπου. Ex his iam patet, cur a *Proclo* [89]) ὁ σφαῖρος dicatur τὴν μίαν ἕνωσιν περιέχειν τῶν θεῶν, h. e. elementorum.

A *Themistio* [90]) σφαῖρος nominatur αἴτιον ποιητικὸν, et alio loco [91]) ita de eo disseritur ab eodem: τοῦ μὲν οὖν αὐτοζώου, τουτέστι τοῦ κόσμου τοῦ νοητοῦ, στοιχεῖα τὰ πρῶτα ἐποίουν τῶν εἰδητικῶν ἀριθμῶν, τὴν τοῦ ἑνὸς ἰδέαν καὶ τὴν τῆς πρώτης δυάδος, καὶ τὴν τῆς πρώτης τριάδος, καὶ τὴν τῆς πρώτης τετράδος. — τὸ μὲν οὖν αὐτόζωον, τουτέστι τὸν κόσμον τὸν νοητὸν, ἐκ τῶν πρώτων ἐποίουν ἀρχῶν. Quem locum, etsi non diserte in eo fiat Empedoclis mentio, tamen huc referendum putaui, quoniam e prae-

89) ad Timaeum 1, p. 6. Cf. *Simplic.* ad *Aristot.* de coelo 3, fol. 145. b. *Syrian.* ad *Aristot.* metaph. 2, fol. 8. b. et 32. b. *Ioh. Philopon.* ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, fol. 59. a. et ad metaph. 14, fol. 66. a. *Ioh. Sarisberiens.* metalog. 4, 31. p. 911. sq. ed. Lugd. Bat. 1639. 8. qui *sphaeram* vocat.

90) ad *Aristot.* phys. auscultt. 1, fol. 18. a.

91) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 66. b.

cedentibus apparet, etiam nostrum philosophum a Themistio intelligi.

Quin etiam deum nominasse Empedocles Sphaerum narratur, prorsus vt apud *Ciceronem* [92]) globus coelestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, dicitur summus deus. *Simplicius* [93]): θεὸν κατ' Ἐμπεδοκλέα λέγει Aristoteles, ἐκ τῶν στοιχείων ὄντα καὶ αὐτὸν, τὸν σφαῖρον. *Alexander Aphrodisiensis* [94]): „vno excepto, quem deum ille (Empedocles) „ac Sphaerum vocat, ab amicitia facto, res „omnes a discordia per ipsum (h. e. ex ipsius „sententia) efficiuntur, qui, praeter deum, „inquit, id est, praeter Sphaerum, quem vnum „quoque appellat." Causam addit *Simplicius* [95]): τὸν σφαῖρον Ἐμπεδοκλῆς θεὸν ὑμνεῖ. ἐκεῖνος γὰρ μόνος τῶν συνθέτων τὸ νεῖκος οὐκ εἴσεται, ἐπεὶ οὐ συμπληροῦται ἐξ αὐτοῦ. Et *Themistius* [96]): συμβαίνει δὲ Ἐμπεδοκλεῖ καὶ ἀφρονέστατον ποιεῖν τὸν θεόν. ὁ μὲν γὰρ σφαῖρος αὐτῷ θεὸς, παριὼν (male editur παριῶν. Fort. leg. προϊὼν) ἐκ τῆς κατὰ τὴν φιλίαν συγκρίσεως, ἀμέτοχος δὲ ὢν τοῦ νεί-

92) somn. Scip. 4. v. *Macrob.* in h. l. 1, 17.

93) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 18. b. Alius eiusdem, qui huc pertineat, locus allatus est supra ad n. 74.

94) ad *Aristot.* metaph. p. 96. Cf. p. 372.

95) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 19. a.

96) ibid. fol. 72. a. b.

κους, οὐ γνωριεῖ μόνος τὸ νεῖκος· τὰ δὲ ζῶα καὶ θνητὰ πάντα, τῷ πάντων μετέχειν, ἅπαντα γνωριεῖ. *Alexander Aphrodisiensis* [97]): „Postquam docuit (Aristoteles), Empedoclis „dicta inter sese pugnare, et eiusdem senten„tia discordiam a solo deo, vt cui non sit ex„istendi efficiens causa, abesse commemora„uit, ipsum hoc nomine damnat, quod deum „ceteris insipientiorem faceret, dum ceteris „omnium cognitionem tribueret, propterea „quod omnia in se principia continerent (si„mile namque a simili cognosci asserebat), „deum vero discordiae cognitione priuaret, „etiamsi aliorum intelligentia ipsum non ex„cluderet: nimirum quia, cum cetera princi„pia obtineret, discordia certe vacaret. Sed „quaerat aliquis, quomodo per Empedoclem „deum idcirco insipientiorem esse dicat, quod „non cuncta intelligat. — An idcirco insi„pientiorem Empedoclem (Leg. eum) esse di„cit, quia non plura intelligit, quam cetera? „Nam cum ipse ex elementis, praeterquam ex „discordia, gignatur, nihil aliud, licet prae„stantius sit, intelligit, quam ea ex quibus „constat, neque alia principia intelligit. — „Quodsi non magis discordia quam amicitia „interitus est causa, hac quoque ratione pro„babile fuerit, deum per Empedoclem ceteris

97) ad *Aristot.* metaph. p. 96.

„esse insipientiorem. Neque enim per ipsum „discordia est vitium quoddam egregium, vt „merito deus ipsum non intelligat. ipse enim „solus, cum sit compositio quaedam, discor„dia vacat.“ *Iohannes Philoponus* [98]): ἐπεὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς, θεὸν καλῶν τὸν σφαῖρον, τὴν μὲν φιλίαν ἐπαινεῖ ὡς αἰτίαν τούτου τῇ πάντων συγκρίσει, τὸ δὲ νεῖκος ψέγει ὡς διακριτικὸν τοῦ θεοῦ (πρῶτα γὰρ ὄντα τὰ στοιχεῖα ταῦ σφαίρου ὑπὸ τῆς φιλίας συγκριθέντα πεποίηκεν αὐτὸν), ὁ Ἀριστοτέλης εἰς τοὐναντίον περιτρέπει τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὅτι μᾶλλον διακρίσεως ἐστὶν αἴτιον κατ' αὐτὸν ἡ φιλία. εἰ γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων ὁ σφαῖρος γέγονεν, οὐ δήπου μενόντων ὡς ἔχουσι φύσεως, οὐκοῦν διέκρινεν ἀπ' αὐτῶν τὰς ἑκάστου (v. §. 10. ad n. 23.) πρὸ τοῦ σφαίρου χαραπτηριζούσας ποιότητας ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων αὐταῖς. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἓν εἶδος ἐλάμβανε πάντα τὸ τοῦ σφαίρου. εἰ οὖν διάκρισίς ἐστιν ὁ τοῦ εἴδους ἀπὸ τῆς ὕλης χωρισμός, τοῦτο δὲ πεποίηκεν ἡ φιλία, διακρίσεως ἄρα μᾶλλον ἐστὶν αἰτία. τὸ δὲ θεοὶ δὲ καὶ ταῦτα, τουτέστι

98) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2. fol. 59. a. Similis eius locus extat ad *Aristot.* metaph. 3, fol. 10. b. Cf. *Syrian.* ad *Aristot.* metaph. 2, fol. 33. b.

τὰ στοιχεῖα. καὶ οὐ μόνον ὁ σφαῖρος θεός. μήποτε δὲ τοῦτο εἶπεν δηλῶν, ὡς οὐ μᾶλλον ἐπαινετὴ ἡ φιλία ὡς ποιοῦσα τὸν σφαῖρον θεὸν ὄντα, ὡς ψεκτὴ διακρίνουσα τὰ στοιχεῖα καὶ φθείρουσα. θεοὶ γὰρ καὶ ταῦτα. Sed cum hi omnes in mente habuerint verba *Aristotelis* [99]): συμβαίνει δὲ Ἐμπεδοκλεῖ γε καὶ ἀφρονέστατον εἶναι τὸν θεόν. μόνος γὰρ τῶν στοιχείων ἓν οὐ γνωριεῖ τὸ νεῖκος, τὰ δὲ θνητὰ πάντα· ἐκ πάντων γὰρ ἕκαστον. Quaeritur, an recte nomen θεὸς explicauerint de Sphaero. Sane *Iohannes Philoponus* [100]), τινὲς δὲ, inquit, ἐπὶ τῆς φιλίας τὸν θεὸν ἐξέλαβον, ὅτι ὁ θεὸς, ὅν φησιν (οὗτος δέ ἐστιν αὐτῷ ἡ φιλία) τὸ νεῖκος ἅτε ἐναντίον ὂν οὐ γνωριεῖ. Ipsum quidem vidimus in hanc partem inclinare, vt interpretetur materiam, vel saltem dicat, partem Sphaeri esse materiam [101]). Nam etiamsi Empedocles nomine σφαῖρος vsus sit in suis carminibus, id quod ex horum reliquiis patebit, vix tamen reperietur locus, vbi sic positum sit, vt, vtra notio et potestas ei sit tribuenda, perspicue appareat. Quae ipsa causa efficit, vt recte liceat dubitare, an Empedoclea

99) de anima 1, 5. Cf. metaph. 2, 4. vbi similia dicit.
100) ad *Aristot.* de anima l. l. F, 3. (fol. 42. a)
101) ad *Aristot.* metaph. 12, fol. 53. a. Cf. fol. 49. a.

putari debeat haec de mundo duplici opinio. *Bruckerus* quidem, vbi eam commemorauit [102]), haec adiicit verba: „recentiores Platonici su„specti testes sunt." Et, alio loco [103]) plura in hanc sententiam disputat, vt demonstret, Platonicorum recentiorum et Eclecticorum esse hoc inuentum. Neque facile quisquam de his refellere Bruckerum audebit. Sed tamen, cum etiam de aliis placitis consentiat philosophia Neo-Platonica et Eclectica cum Empedoclea, v. c. de amicitia et discordia [104]), cumque etiam duplicem solem statuisse Empedocles legatur [105]): parum abest quin in eam inclinem sententiam, vt nonnulla ex iis, quae tradidisse vidimus *Proclum* et caeteros, quorum verba supra apposui, pro veris habenda esse arbitrer. Certe istam de Sphaero doctrinam valde celebratam olim et in vsu communi frequentem fuisse, docet his verbis *Eustathius* [106]): ἰστέον καὶ ὅτι παρὰ τὴν σφαῖραν, ἣ παρώνυμον ὁ Ἐμπεδόκλειος σφαῖρος, πέπαικταί τινι παλαιῷ εἰς ἄσωτον βραχυηλικα τὸ, Χαρίδης ὁ μικρὸς ἐν πένθ' ἡμέραις σφαῖραν ἐποίησε τὴν πατρῴαν οὐσίαν· οὕτω

102) hist. crit. philos. T. I. p. 1117.

103) ibid. p. 395. sq.

104) v. *Brucker.* l. l. T. II. p. 421.

105) v. §. 13. ad n. 43. sqq.

106) ad Odyss. 2, p. 1554, 1. Cf. *Gataker.* ad *Antonin. Philos.* 12, 3.

συνεστρόγγυλεν ἰταμῶς καὶ ταχύ. [107]) Non vero sic intelligi volo, vt mundi adspectabilis exemplar fuisse dicatur mundus νοητὸς siue σφαῖρος, quae ratio haud dubie excogitata est ab Eclecticis et recentioribus Platonicis, qui in quolibet antiquiori systemate philosophiae cuperent inuenire aliquid, quod simile esset Platonis ideis, atque adeo etiam Orpheo idem dogma tribuerent [108]), sed, vt dixi, σφαῖρον explicandum puto de rudi et indigesta materia. Huic meae sententiae non leue, opinor, pondus accedit ex verbis Pythagorei cuiusdam, a *Clemente Alexandrino* [109]) seruatis, vbi κύκλος nominatur hoc vniuersum. Quidni potuerit Empedocles vocabulo σφαῖρος vti, quanquam in alium sensum deflexo?

Cum igitur Empedocles materiam siue chaos pro deo habuerit, manifestum est, quod iam supra (§. 7.) ostendere conatus sum, eum non recte atheis annumerari, sed potius, si quid ei crimini dandum, pantheismi crimine accusandum esse. Quale quid iam *Philoponus* [110])

107) Est pars carminis *Alexidis*, et apud *Athenaeum* 4. p. 165. E. ita legitur:

Ἐπιχαρίδης ὁ μικρὸς ἐν πένῃ' ἡμέραις
Σφαῖραν ἐποίησεν τὴν πατρῴαν οὐσίαν·
Οὕτω συνεστρόγγυλλεν ἰταμῶς καὶ ταχύ.

108) v. *Brucker.* l. l. T. I. p. 395. sq.

109) admonit. ad gentes p. 47. C.

110) ad *Aristot.* phys. auscultt. 3, 4. L, 2. 3.

subodoratus videtur, vbi dicit: ὅσοι, φησὶ (Aristoteles), τῶν πάλαι φυσιολόγων μὴ ἀπέβλεψαν εἰς τὸ ποιητικὸν αἴτιον, ὥσπερ Ἀναξαγόρας μὲν εἰς τὸν νοῦν, ὃν ποιητικὸν εἶναι αἴτιον ἔλεγεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ εἰς τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν, οὗτοι ἦν ὑπέθεντο ὕλην εἶναι τῶν πάντων, ἄπειρόν τε αὐτὴν ὑπέθεντο τῷ μεγέθει, καὶ ἀγέννητον, καὶ ἄφθαρτον. καὶ ταύτην εἶναί τι θεῖον, ὅπερ καὶ διακυβερνᾶν πάντα, καὶ ἐπισατεῖν τῇ τῶν ὅλων συστάσει, ἀθάνατόν γε ὂν καὶ ἀνώλεθρον. — καὶ οὐδέν γε θαυμαστόν, φησιν, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς περιόδῳ, τοὺς πρώτους μὴ ἐπιστήσαντας τῇ ἐφεστηκυίᾳ τῶν ὅλων δυνάμει ἓν τῶν στοιχείων, ὅπερ ἂν ὑπώπτευεν ἕκαστος αἴτιον τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι, τοῦτο εὐθὺς καὶ θεὸν ὑπονοῆσαι. ὥσπερ οὖν αὐτοὶ εἰς τὸ ὑλικὸν μόνον ἀποβλέψαντες, τοῦτο πρῶτον αἴτιον τῶν ὄντων πάντων εἶναι ὑπώπτευσαν· οὕτω δηλαδὴ καὶ Ἀναξαγόρας μὲν τὸν νοῦν ἀρχὴν τῶν ὄντων πάντων ὑπετίθετο, Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. Quamuis enim Empedoclem defendere et laudare videatur, tamen reuera eius amicitiam et discordiam itidem referendas esse ad materiam, supra me satis demonstrasse opinabar. Omnino autem

nullus veterum philosophorum certam et claram et distinctam Dei notionem animo informatam habuisse putandus est, etiamsi Deos esse fere cuncti crediderint. Sed aliis aliud significabant dii, ita vt non raro, significatu hoc eruto, eos statuisse aliquid appareat, quod, si ex nostris de diuina natura notionibus iudices, non admodum abhorreat ab Atheismo ex nostra philosophia spectato, vel saltem a Pantheismo. Quodsi atheus putandus proprie esset Empedocles, non ille materiae tribuisset vitam et vim sentiendi aliasque virtutes diuinas, sed illas oriri e materia inanimata finxisset. Quibus non perpensis factum est, vt minus recte Empedoclis de diis sententiam referrent veteres, v. c. *Macrobius* [111]), „antiquitas, inquiens, et imagines et simula„cra formarum talium prorsus alienis (numi„nibus), et aetates tam incrementi quam dimi„nutionis ignaris, et amictus ornatusque va„rios corpus non habentibus assignauit. Se„cundum haec Pythagoras ipse atque Empe„docles, Parmenides quoque et Heraclitus, de „iis fabulati sunt.“ Quanquam alii ex ipsis Empedoclis verbis docent, eum non inepte de numine diuino sensisse, vt *Ammonius* [112 a]): ὁ Ἀκραγαντῖνος σοφὸς ἐπιῤῥαπίζων τοὺς περὶ θεῶν ὡς ἀνθρωποειδῶν ὄντων παρὰ

111) in somn. Scip. 1, 2. extr.

112 a) ad *Aristot.* περὶ ἑρμηνείας fol. 54. a.

τοῖς ποιηταῖς λεγομένους μύθους, ἐπήγαγε προηγουμένως· μὲν περὶ Ἀπόλλωνος, περὶ οὗ ἦν αὐτῷ προσεχῶς ὁ λόγος [112 b]), κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τοῦ θείου παντὸς ἁπλῶς ἀποφαινόμενος. Et *Tzetzes* [113]):

νοῦν ἐπὶ θείας φύσεως πυρίως φαμὲν μόνον,
ἐπὶ θεοῦ, ἀγγέλων τε, καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων,
ὡς Ξενοφάνης ἔγραψε τοῦτο καὶ Παρμενίδης,
Ἐμπεδοκλῆς τῷ τρίτῳ τε τῶν φυσικῶν, δεικνύων,
τίς ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ, κατ' ἔπος οὕτω λέγων [114]·
οὐ τόδε τι θεός ἐστιν, οὐ τόδε τε καὶ τόδε [115]),
„ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μοῦνον,
„φροντίσι κόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα θοῇσιν."

Quae verba haud scio an explicari sic debeant: *deus est mens sacra* siue *veneranda et ineffabilis* siue *admiranda, cura sua totum mundum complectens.* Nam paulo ante vidimus, *Philoponum* quoque iis philosophis, qui materiam pro deo haberent, tribuere eam sententiam, vt statuerent, τὴν ὕλην διακυβερνᾶν πάντα,

112 b) Haec quo pertineant, intelligi potest ex iis quae dixi §. 6. ad n. 32. sqq.

113) chiliadd. 7, 520. sqq.

114) Alii minus bene habent λέγει.

115) Hic quoque est versus politicus *Tzetzae*, non Empedocleus, quo ille breuiter significare voluit, non hoc vel illud Empedoclem pro deo habuisse, np. non membra humana, quod apparet ex ipsis Empedoclis versibus, quos non solum *Ammonius* l. l. seruauit, sed etiam *Tzetzes* chill. 13, 81. sqq. v. infra vers. 295 — 299.

καὶ ἐπισατεῖν τῇ τῶν ὅλων συστάσει. Iam si *Ammonius* et *Tzetzes* vere Empedoclis verba retulerunt, de quo vix dubitari videtur posse, putem in isto loco *Sexti Empirici* [116]): Πυθαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς — θεὸν ἀπολείπουσιν, verbum ἀπολ. interpretandum esse *in scriptis suis produnt* siue *tradunt*. Saltem hoc sensu aliquoties legi verbum ἀπολείπειν apud *Philonem*, docent lexica, et tale exemplum e *Plutarcho* habes paulo post *).

Videtur autem Empedocles a summo deo distinxisse τοὺς δαίμονας, hosque sibi finxisse multo quam illum viliores ac deteriores. Sed tamen eum daemonas rerum terrestrium administratores existimasse auctor est *Pseudo-Origenes* [117]): Ἐμπεδοκλῆς — καὶ περὶ δαιμόνων φύσεως εἶπε πολλὰ, ὡς ἀναστρέφονται διοικοῦντες τὰ κατὰ τὴν γῆν ὄντες πλεῖστοι. Deteriorem vero daemonum conditionem significare videtur *Plutarchus* [118]) his verbis: τὸ μὲν ἐφεστάναι τοῖς χρηστηρίοις μὴ θεοὺς, οἷς ἀπηλλάχθαι τῶν περὶ γῆν προσηκόν ἐστιν, ἀλλὰ δαίμονας, ὑπηρέτας θεῶν,

116) adu. Mathematt. 9, 64.

*) ad n. 126.

117) philosophum. c. 3. Omnino multa de daemonum a diis et hominibus discrimine disputant *Hierocles* et *Theodor. Marcilius* ad aur. carmm. vers. 1 — 3.

118) de defectu oraculor. T. II. opp. p. 418. E. siue c. 16.

οὐ δοκεῖ μοι κακῶς ἀξιοῦσθαι· τὸ δὲ τοῖς δαίμοσι τούτοις, μονονουχὶ ῥάγδην λαμβάνοντας ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Ἐμπεδοκλέους, ἁμαρτίας καὶ ἄτας καὶ πλάνας θεηλάτους ἐπιφέρειν, τελευτῶντας δὲ καὶ θανάτους ὥσπερ ἀνθρώπων ὑποτίθεσθαι, θρασύτερον ἡγοῦμαι καὶ βαρβαρικώτερον. Videmus igitur, Empedoclem daemonibus varia vitia et peccata tribuisse, ob quae essent ipsis non raro graues poenae luendae. Laudat hunc *Plutarchi* locum bis *Eusebius* [119]), sed respicit ad eundem etiam *Theodoretus* [120]), vbi dicit, sacerdotes oracula edentes προλέγειν οὐδὲν ἀληθές· ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων, ὧν τὸν ἀτμὸν καὶ τὴν ἐπίπνοιαν ἔχειν νεανιεύονται, πολλὰ δεινὰ καὶ χαλεπὰ προαγγέλλειν, οὐ μόνον ἄτας καὶ πλάνας, ἀλλὰ καὶ θανάτους ἀνθρώποις παραπλησίως· καὶ τὰ ἔπη δὲ, οὐκ ἔκ τινος θειασμοῦ καὶ κατοχῆς λέγειν, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἐμπεδοκλέους συλῶντας ποιήσεως. Qui locus *Theodoreti* facit, vt priora quoque *Plutarchi* verba, vbi daemones dicuntur oraculis praesidere et deorum ministri esse, referri posse ad Empedoclis doctrinam videantur. Caeterum pro aduerbio ῥάγδην,

119) praep. euang. 5, 4. p. 185. et 5, 17. p. 205. sq.
120) de Graec. affect. curatione diss. X. Vol. IV. p. 952.

quod est in loco *Plutarchi*, et quod fortassis interpretari liceat *raptim*, vel *temere*, in margine Cod. Venet. 2. est δράγμην, et *Wechelius* suspicatur δράγδην, h. e. *plena iniecta manu* [121]). Quod vero de daemonum peccatis atque adeo poenis dictum est, id confirmatur alio loco *Plutarchi* [122]), quem et ipsum transscripsit in suum opus *Eusebius* [123]): Ἐμπεδοκλῆς καὶ δίκας φησὶ διδόναι τοὺς δαίμονας ὧν ἐξαμάρτωσι [124]) καὶ πλημμελήσωσιν — ἄχρις οὗ κολασθέντες οὕτω καὶ καθαρθέντες [125]), αὖθις τὴν κατὰ φύσιν χώραν καὶ τάξιν ἀπολάβωσι. Eandem ob causam videtur Empedocles daemonas nominasse φαύλους. Quam in rem rursus *Plutarchus* [126]) audiendus est: φαύλους δαίμονας οὐκ Ἐμπεδοκλῆς μόνον ἀπέλιπεν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρύσιππος. Item [127]): ὃ μόνον ἀκήκοα τῶν Ἐπικουρείων λεγόντων πρὸς τοὺς εἰσαγομένους ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους δαί-

121) in priore *Euschii* loco vitiose scribitur ῥγδδην.

122) de Iside et Osir. c. 26. T. II. opp. p. 361. C. Versus Empedoclis, qui post πλημμελ. sequuntur, dedi §. 15. ad n. 73.

123) l. l. 5, 5. p. 187.

124) *Euseb.* habet ὧν ἂν ἐξαμαρτήσωσιν.

125) *Eusb.* haec tria verba οὕτω κ. καθαρθ. omittit.

126) de defectu oraculorum c. 17. T. II. opp. p. 419. A.

127) ibid. c. 20. T. II. p. 420. D.

μονας, ὡς οὐ δυνατόν ἐστι φαύλους καὶ ἁμαρτητικοὺς ὄντας, μακαρίους καὶ μακραίωνας εἶναι, πολλὴν τυφλότητα τῆς κακίας ἐχούσης, καὶ τὸ περιπτωτικὸν τοῖς ἀναιρετικοῖς [128]), εὔηθές ἐστιν. Ex his locis recentiores viri docti collegisse reperiuntur varia. Alii enim, vt *Erasmus* [129]), *Pfannerus* [130]), *Tiedemannus* [131]), primum Empedoclem dicunt distinxisse daemonas siue genios bonos et malos, quorum hi perniciem nobis molirentur, illi iuuare res nostras studerent. Et sane hoc videatur deriuari posse e magica Persarum disciplina, quam imbibisse eum supra (§. 3. ad n. 48.) ostendimus. Sed tamen ex ipsius Empedoclis verbis vix poterit demonstrari, et Thaletem ipsumque Pythagoram iam ante Empedoclem de illo discrimine exposuisse tradit *Plutarchus* [132]). Possit quidem illam virorum doctorum sententiam iuuare *Plutarchus* [133]), vbi dicit: οὐ γὰρ, ὡς ὁ Μένανδρός φησιν,

128) *Xylander* non male vertit *procliuis ad ea, quae interimunt, lapsus.*

129) ad *Terent.* Phorm. 1, 2, 24.

130) in Systemate theologiae gentilis p. 176.

131) ap. *Harlesium* ad *Fabric.* biblioth. graec. Vol. I. p. 810.

132) vel quisquis auctor est libri de plac. philos. 1, 8.

133) de animi tranquillitate c. 15. T. II. p. 474. B.

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγός τοῦ βίου·
ἀγαθὸς, —

ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς, δίττα͵ί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες. At primo nihil hic legitur de distinctione genii boni et mali. Deinde *Plutarchus* docere ibi voluit, nihil in vita humana esse absolute bonum, καθαρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἀμιγὲς, omnia potius ἀντιστοιχείας habere, h. e. alterum alteri, vt elemento elementum, semper aduersari, bonaque malis mixta esse. Denique ipsa verba Empedoclis, quae *Plutarchus* subiunxit, non de geniis, qui vulgo ita vocantur, loqui manifestum est, sed de sensibus et affectionibus et virtutibus humanis, in personas quidem mutatis, quemadmodum omnino daemones in philosophia Empedoclea reuera nihil sunt nisi animi humani. quanquam ne daemonum quidem nomine ipse Empedocles reperiatur de iis, quas dixi, affectionibus vsus esse, et *Plutarchus*, vt paulo post apparebit, nomine παθῶν easdem explicet. Versus Empedoclei sunt:

ἓνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἠλιόπη ταναῶπις,
Δῆρίς θ' αἱματόεσσα, καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις,
Καλλιστώ τ', Αἰσχρή τε, Θόωσά τε, Δηναιή τε,
Νημερτής τ' ἐρόεσσα, μελάγπαρπός τ' Ἀσάφεια [134]).

134) De hoc loco cf. supra §. 4. ad n. 55. sq.

Tum addit *Plutarchus* haec: ὥστε τούτων ἑκάστου σπέρματα τῶν παθῶν ἀνακεκραμένα δεδεγμένης ἡμῶν τῆς γενέσεως, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ἀνωμαλίαν ἐχούσης, εὔχεται μὲν ὁ νοῦν ἔχων τὰ βελτίονα, προσδοκᾷ δὲ καὶ θάτερα.

Patet igitur, comparanda potius haec numina esse cum Cabbalistarum decem Sephiris (סְפִירוֹת) *) quas *Buxtorfius* [135]) explicat vel *decem positiones primas et mysticas de proprietatibus, notionibus siue attributis diuinis*, vel *typum et formam omnium entium*, *Bruckerus* autem [136]) *fontes lucidos ex primogenito homine* (אָדָם קַדְמוֹן) *exortos, per quos prodierint res omnes coelestes, spirituales, angelicae, et materiales.* Et alio loco [137]) interpretatur *aeonas, ideas, effluxus, emanationes, formas, et quaecunque alia philosophorum hac de re vocabula occurrant.* Per aeonas autem [138]) intelligit *virtutes illas substantiales, quae ex Deo egressae et emanantes diuinam quidem naturam et essentiam habent, at suo tamen modo et peculiari*

*) id quod iam vidit *Caesar Longinus* in Trino magico s. secretorum magicorum opere, p. 589. ed. Frcf. 1614. 12.

135) in lexico Talmudico p. 1535.

136) hist. crit. philos. T. II, p. 992.

137) ibid. p. 901.

138) ibid. p. 647. Cf. eiusdem *Bruckeri* diss. exeget ad locum Pauli ad Ephes. 2, 1. 2. (in Tempe Helueticа T. II. p. 58 — 75.) inprimis p. 66.

quadam existendi ratione a suo fonte diuersam. Cabbalistae enim, vt recte obseruare videtur *Villoisonus*, vir longe doctissimus ac celeberrimus, in literis ad me humanissime datis, multa acceperunt e schola Alexandrina Platonicorum ad orientalium philosophiam reformatorum: quod illorum doctrina de λόγῳ siue mente diuina, caeterarum rerum omnium fonte, luculenter demonstrat [139]). Quare idem *Bruckerus* [140]) commendari posse putat eorum opinionem, qui Sephiras ex notione verbi סָפַר / *numerauit*, conferant cum numeris Pythagorae siue ideis Platonis. Sed ostendit simul, non omnino aptam esse hanc comparationem, quia Pythagorici non in ipsis numeris, quae symbola tantum philosophica fuerunt, sed in formis virtutibusque substantialibus ex Deo emanantibus principia haec posuerint, neque adeo Cabbalistae ad numerandi rationes et proportiones attendere potuerint. Et paulo post [141]) Sephiras dictas putat a luce et splendore, vnde etiam sapphirus gemma nomen habeat, quia Sephirae ex luce infiniti, ceu radii ex sole, emanarint. Ipsae autem Sephiroth [142]) sunt hae: כֶּתֶר / *corona*, חָכְמָה /

139) Vberius de eadem re exposuit *Bruckerus* hist. crit. philos. T. II. p 924 — 949. inprimis p. 937. sqq.

140) ibid. p. 1003.

141) ibid. p. 1004.

142) de quibus earumque appellatione luculenter agit

sapientia, בִּינָה / *prudentia*, גְּבוּרָה / *robur*, גְּדֻלָּה / *magnitudo*, תִּפְאֶרֶת / *pulchritudo*, נֵצַח / *victoria*, הוֹד / *gloria*, יְסוֹד / *fundamentum*, מַלְכוּת / *regnum*. Comparemus iam locum *Phurnuti* siue potius *Cornuti*, et vix dubium erit, quin recte contulerim locos Empedocleos cum Sephiris Cabbalisticis, nisi quod in his nulla appareat oppositio et contrarietas, per quam Empedocles videtur indicare voluisse perpetuum et indissolubilem boni malique in rebus humanis nexum. Verba *Cornuti* sunt [143]): οὗτοι (Titanes) δ' ἂν εἶεν διαφοραὶ τῶν ὄντων, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἐξαριθμεῖται, φυσώ τε καὶ φθιμένην, εὐναίην τε, καὶ ἔγερσιν, κινώ τε, καὶ ἀστεμφῆ, πολυστέφανον, καὶ μεγιστὼ, φορίην, καὶ σοφὴν, καὶ ὀμφάλην, καὶ πολλὰς ἄλλας, τὴν εἰρημένην ποικιλίαν τῶν ὅλων αἰνιττόμενος. In Codice MS. apud *Galeum* ad h. l. versus ordinati sunt sic:

Bruckerus l. l. p. 1002.— 1022. Cf. *Reuchlin.* de arte cabalistica, quod opus editum est vna cum *Petri Galatini* de arcanis catholicae veritatis libris 12. Frcf. 1672. fol. lib. 3. p. 734. sq. *C. A Heumanni* Acta philosophorum, T. I. p. 241 — 245. *W. C. Kriegesmanni* wahre u. richtige Cabalah, Frcf. et Lips. 1774. 8. et *Ioelis Loewii* Bemerkung. über die Sephiroth, vornehmlich das יְסוֹד und den cabalistischen Baum, in *Eichhornii* allgem. Biblioth. der bibl. Literatur, Vol. V. fascic. III.

143) de natura deor. c. 17. p. 176. ed. *Gale* in Opuscc. mytholog.

Φυσώ τε, Φθιμένη τε, καὶ Εὐναίη, καὶ Ἔγερσις,
Καινώ τ' ἀστέμφης τε πολυστέφανός τε Μεγίστω,
καὶ Φερίη (al. *Φορύη*), *Σόφη τε καὶ Ὀμφαί.*

In Codice Parisiensi, olim regio, 2720. cuius, vt sequentium codicum, collationem debeo *Villoisono*, ita legitur: *ὡς γὰρ Ἐμπεδοκλῆς φυσικῶς ἐξαριθμεῖται·*

Φυσώ τε, Φθιμένη τε, καὶ Εὐναίη, καὶ Ἔγερσις,
Καινώ τ' ἀστημφὴς, πολυστέφανός τε Μεγίστω·
καὶ Φορίην, σοφήν τε, καὶ ὀμφαίην.

Cod. reg. 3052. habet *ἀστυμφῆ* pro *ἀστεμφῆ*, et *Μεγιστὼ* pro *Μεγίστω*. Vterque autem legit *ποικιλίαν τῶν ὄντων* pro *π. τ. ὅλων*. Codex Florentinus Laurentianus Mediceus, qui est 37 plutei 31: *ὡς γὰρ Ἐμπ. ἐξαριθμ.*

Φύσω τε, Φθιμένη τε, καὶ Εὐν. π. Ἔγ.
Καίνω τ' ἀστέμφης τε, πολυστέφανός τε Μεγίστω
καὶ Φορίη, Σόφη τε, καὶ Ὀμφάλη, καὶ πολλὰς etc.

Alius codex Florentinus, qui est 20 plutei 56:

καὶ Φθιμένη τε, καὶ Εὐναίη τε, καὶ Ἔγερσις,
Κινώ τ', ἀπέμφης τε, πος τ. (sic) *Μῳ* (sic)
καὶ Φορίη, Σοφίη τε καὶ Ὀμφάλη.

Quemadmodum igitur in Sephiris est כֶּתֶר / חָכְמָה et בִּינָה / גְּבוּרָה et גְּדוּלָה / תִּפְאֶרֶת / יְסוֹד / sic hic apud Empedoclem *πολυστέφανος*, *Σόφη* siue *Σοφίη*, *Μεγίστω*, *Καλλίστω*, *ἀστεμφὴς*, et vt ibi apparet אָדָם קַדְמוֹן / *homo primus*, quem in media arbore cabbalistica

ponendum censuerunt, ita hic est Φυσώ. Illustrari etiam res potest verbis *Procli* [144 a]) his: ἄξιον δὲ μὴ ἐκεῖνο παραλιπεῖν, ὅτι μιμεῖται (ὁ Πλάτων) τοὺς θεολόγους, πρὸ τῆς κοσμοποιΐας τὸ πλημμελὲς καὶ ἄτακτον ὑφιστάς. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι πολέμους τε καὶ στάσεις εἰσάγουσι τῶν Τιτάνων πρὸς τοὺς Ὀλυμπίους, ῥῦτω δὴ καὶ ὁ Πλάτων δύο ταῦτα προϋποτίθεται, τό τε ἄκοσμον καὶ τὸ κοσμοποιὸν, ἵνα θάτερον κοσμηθῇ, καὶ μετάσχῃ τῆς τάξεως. ἀλλ' ἐκεῖνοι θεολογικῶς.

Alii viri docti, vt *Wierus* [144 b]), *Huetius* [145]), *Gale* [146]), *Chr. Gottli. Schwarzius* [147]), vestigia lapsus, quem theologi vocant, angelorum inuenisse in doctrina Empedoclea, ducibus locis *Plutarchi* supra allatis, sibi visi sunt. Quae opinio refutatione vix eget, quamuis verba

144 *a*) ad Timaeum 2, p. 119, 7. Cf. quae *Plutarchus* de Is. et Osir. c. 47. refert e Persarum disciplina, et c. 77. ex Aegyptiaca.

144 *b*) de praestigiis daemonum 1, 1. p. 55.

145) in Aluetanis quaestionibus de concordia rationis et fidei 2, 4. p. 133. ed. Lips. 1692. 4. siue p. 105. ed. Frcf. et Lips. 1719. 4.

146) in notis ad *Sallust.* de diis et mundo c. 12. in eius opuscc. mythelog. p. 266.

147) in dissert. de lapsu primorum humani generis parentum a paganis adumbrato, Altorf. 1730. 4. p. 11 sq.

Plutarchi in alio loco [148]) non parum ei fauere videantur. *Plutarchus* enim, ὁ δὲ ἅπαξ ἐνειλῃθεὶς, inquit, μένει χρεώστης διαπαντὸς, ἄλλον ἐξ ἄλλου μεταλαμβάνων ἀναβάτην, ὥσπερ ἵππος ἐγχαλινωθείς· ἀποφυγὴ δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὰς νομὰς ἐκείνας καὶ τοὺς λειμῶνας, ἀλλὰ πλάζονται, καθάπερ οἱ θεήλατοι καὶ οὐρανοπετεῖς ἐκεῖνοι τοῦ Ἐμπεδοκλέους δαίμονες. Cui vero haec legenti non in memoriam reuocentur ea, quae dicta sunt in Apocalypsi [149])? quanquam ne hic quidem de lapsu angelorum agi, certissime mihi persuasum habebam.

Quid igitur? Num nihil omnino definiri constituiue potest de Empedoclis circa numen diuinum sententia? Scilicet nihil certi. Fortasse vidit ille, vnum deum esse, sed diserte id dicere non ausus mox σφαῖρον eum nominauit, mox τὸ ἕν, mox νεῖκος, mox πῦρ, mox ita descripsit, vt, qui non essent obesae naris, veram eius sententiam possent odorari. Daemonas potuit viliores fecisse, vt, quam parum fidendum putaret oraculis, ostenderet. Verum cum non nesciam, quam incerta et lubrica sit haec opinio, aliorum iudicia rectiora libentissime me amplexurum esse profiteor [150]).

148) de vitando aere alieno c. 7. T. II. opp. p. 830. F.

149) 12, 8. sq.

150) Cf. quae infra dixi de animis §. 15.

§. 12.

Sequitur, vt, quae de praecipuis mundi adspectabilis partibus Empedocles statuisse dicatur, consideremus. Et in his quidem primum locum sibi poscere iure quodam suo videntur ignis, aqua, aër, terra.

Ignem quidem dicebat ille ortum esse post aetherem, et propter huius densitatem sursum ferri, non tamen semper. De qua eius opinione etsi iam supra [1]) exposuerim, tamen nec hoc loco ea praetermittenda videbatur. *Plutarchus* [2]) et ex eo *Eusebius* [3]) de ordine, quo elementa orta sint, ita disserit: Ἐμπεδοκλῆς, τὸν μὲν αἰθέρα, πρῶτον διακριθῆναι (np. per discordiam e materia), δεύτερον δὲ, τὸ πῦρ· ἐφ' ᾧ τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἄγαν περισφιγγομένης τῇ ῥύμῃ τῆς περιφορᾶς (*Euseb.* τῆς σφαίρας), ἀναβλύσαι τὸ ὕδωρ· ἐξ οὗ θυμιαθῆναι τὸν ἀέρα. Eodem fere modo *Eusebius* alio loco [4]): Ἐμπεδοκλῆς ἐκ πρώτης φησὶ τῆς τῶν στοιχείων κράσεως ἀποκριθέντα τὸν ἀέρα, περιχυθῆναι κύκλῳ· μετὰ δὲ τὸν ἀέρα, τὸ πῦρ ἐκδραμὸν, καὶ οὐκ ἔχον ἑτέραν χώραν ἄνω ἐπιτρέχειν ὑπὸ

1) §. 9. ad n. 107. sqq.
2) de placitis philos. 2, 6.
3) praep. euangel. 15, 37.
4) ibid. 1, 8. p. 24.

τοῦ πέρὶ τὸν ἀέρα πάγου. E quibus locis intelligi possunt haec verba *Eustathii* [5]): τὸ ἀνόπαια — δοκεῖ τισι ἀντὶ τοῦ ἀνωφερῆς εἶναι, ὡρμημένοις ἐκ τῶν Ἐμπεδοκλέους, εἰπόντος ἐπὶ πυρὸς τὸ, καρπαλίμως ἀνόπαιον. ἐξ οὗ δῆλον, ὅτι καὶ οὐδετέρου γένους ἐστὶ τὸ ἀνόπαιον, h. e. *sublime tendens, altum petens.* Omnino de isto ortus elementorum ordine legendus est *Ocellus Lucanus* [6]). Cum *Lucretio*, cuius locum §. 9. laudaui, consentit *Iohannes Philoponus* [7]). Caeterum ex Empedoclis sententia ignem dominari in oculo dicit *Vincentius Bellouacensis* [8]), h. e. oculum vim videndi maxime ab igni accipere. Verba *Vincentii* sunt: „Ad probandum Aristotelis „sententiam et imitantium eum, quod aqua „videlicet dominetur in oculos, plures sunt „rationes. — verbi gratia, si dominaretur „ignis in oculo, sicut dixerunt Empedocles

5) ad Odyss. α, p. 1419.

6) de Vniuerso p. 522 — 526. ed. *Gale* in Opuscc. mytholog. Cf. *Aug. Fr. Guil. Rudolphi* diss. qua exhibetur adornandae editionis Ocelli Lucani ratio et obseruationum maxime criticarum ad eum specimen, Viteb. 1794. 4. p. 17 — 19. it. *Scipio Aquilian.* p. 151 — 153. et *Tiedemann.* Syst. des Emp. p. 49. sq.

7) in locis §. 9. ad n. 163. et 173. allatis. Cf. *Themist.* ad *Aristot.* de coelo 3, 7. fol. 52. a.

8) in Speculo naturali 25, 37. Cf. infra plura, vbi de visu ago.

„et Plato, — tunc accideret, quod lux egre„diens ab oculo medium illuminaret, et se„cundum hoc colores in tenebris videri con„tingeret, quod vtique non habet." Lucem secundum Empedoclis sententiam versari ποτὲ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ περιέχοντος (h. e. τοῦ οὐρανοῦ), ἡμᾶς δὲ λανθάνειν, auctor est *Aristoteles* [9]), cuius verba ita illustrat idem *Philoponus* [10]): δείξας ὅτι οὐκ ἔστι σῶμα τὸ φῶς, ἐγκαλεῖ τοῖς οὕτως ὑπειληφόσιν, ὧν ἐστι καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὃς ἔλεγεν ἀπορρέον τὸ φῶς σῶμα ὂν ἐκ τοῦ φωτίζοντος σώματος γίνεσθαι πρῶτον ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τῆς τε γῆς καὶ οὐρανοῦ, εἶτα ἀφικνεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς, λανθάνειν δὲ τὴν τοιαύτην αὐτοῦ κίνησιν διὰ τὴν ταχύτητα. — τὸ ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δυσμὰς κινεῖσθαι ἀνεπαισθήτως, τῷ ὄντι μέγα λίαν αἴτημα. δι' ὧν δὲ ἀντιλέγει πρὸς Ἐμπεδοκλέα, δείκνυσι πάλιν ὅτι οὐκ ἔστι σῶμα τὸ φῶς. εἰ γὰρ ἦν σῶμα, κινήσεως αὐτῷ ἔδει ἵνα ἔλθῃ πρὸς ἡμᾶς. εἰ δὲ κινήσεως, καὶ χρόνου· πᾶσα

9) de anima 2, 7.

10) ad *Aristot.* l. l. K, 16. (fol 80. b.) Cf. *Themist.* ad eundem *Aristotelis* locum fol. 79. a. e quo sua hausisse videtur *Philoponus*. Sed ap. *Themist.* male editur ταχυτῆτα pro ταχύτητα. Cf. etiam *Aristot.* meteorol. 1, 3. et infra §. 13. ad n. 28. sq.

γὰρ κίνησις ἐν χρόνῳ· νῦν δ' ἅμα φωτίζεται καὶ τὰ ἐγγὺς καὶ τὰ πόῤῥω τοῦ φωτίζοντος ὄντα. Quid de nocte statuerit Empedocles, docet *Eusebius* [11]): εἶναι δὲ κύκλῳ περὶ τὴν γῆν φερόμενα δύο ἡμισφαίρια, τὸ μὲν καθόλου πυρὸς, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ἀέρος καὶ ὀλίγου πυρὸς, ὅπερ οἴεται τὴν νύκτα εἶναι. De coelo et reliquis rebus coelestibus, quarum tractatio cum hac de igni doctrina cohaeret, dicam paulo inferius.

Aquae autem originem paulo ante verbis *Plutarchi* et *Eusebii* tradidi, nimirum ex terra nimis incitatae conuersionis impetu compressa. Empedoclem aquae primum frigidum tribuisse narrat *Plutarchus* [12]): καὶ τὰ αἰσθητὰ ταυτὶ προανακινῆσαι βέλτιόν ἐστιν, ἐν οἷς Ἐμπεδοκλῆς τε — καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὰς οὐσίας εἴδενται τῶν δυνάμεων· οἱ μὲν Στωικοὶ, τῷ ἀέρι τὸ πρώτως ψυχρὸν ἀποδιδόντες, Ἐμπεδοκλῆς δὲ — τῷ ὕδατι. Omnium succorum siue saporum genera in sese continere aquam putabat Empedocles. *Aristoteles* [13]): ἀνάγκη δὲ ἢ ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἔχειν τὰ γένη τῶν χυμῶν ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα, καθάπερ

11) praeparat. euang. 1, 8. p. 24.
12) de primo frigido T. II. opp. p. 948. C.
13) de sensu c. 4.

Ἐμπεδοκλῆς φησιν, ἢ ὕλην τοιαύτην ἐνεῖναι, οἷον παντοσπερμίαν χυμῶν etc. *Alexander Aphrodisiensis* [14]): ὡς Ἐμπεδοκλεῖ δοκεῖ, ἀνάγκη τὸ ὕδωρ ἔχειν ἐν αὑτῷ πάντα τὰ γένη πάντων τῶν χυμῶν, τουτέστι πάντα τὰ εἴδη τῶν χυμῶν ἐγκαταμεμιγμένα, ἀναίσθητα δὲ διὰ σμικρότητα, τουτέστι διαφεύγοντα τὴν αἴσθησιν διὰ σμικρότητα. — κατὰ τὴν Ἐμπεδοκλέους δόξαν, προϋπάρχουσιν οἱ χυμοὶ ἐνεργείᾳ ἐν τῷ ὕδατι. Thermarum siue calidarum aquarum originem ita explicabat, auctore *Seneca* [15]), vt existimaret ignibus, quos multis locis terra opertos tegit, aquam calescere, si subiecti sunt solo, per quod aquis transcursus est. „Facere solemus, „addit *Seneca*, dracones et miliaria et com„plures formas, in quibus aeri tenui fistulas „struimus, per decliue circumdatas: vt saepe „eundem ignem ambiens aqua per tantum „fluat spatii, quantum efficiendo calori sat „est. Frigida itaque intrat, effluit calida. „Idem sub terra Empedocles existimat fieri: „quem non falli credent ii, quibus balnearia „sine igne calefiunt." Mare dicebat esse

14) ad *Aristot.* l. l. fol. 105. b. Latine haec legas in *Nic. Leonici Thomaei* commentario ad *Aristot.* parua quae vocant naturalia (Paris. 1530. fol.) p. 56. sq.

15) natural. quaestt. 3, 24.

ἱδρῶτα τῆς γῆς ἐκκαιομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ τὴν ἐπιπόλαιον πλύσιν, teste *Plutarcho* [16]). Eadem fere habent *Galenus* [17]) et *Eusebius* [18]), nisi quod ille omittit verba διὰ τὴν ἐπιπόλαιον πλύσιν, et hic legit διὰ τὴν ἐπὶ τὸ πλεῖον πίλησιν, quae verba *Bruckerus* [19]) vertit *nimia eius compressione*, quanquam non nisi *Plutarchi* locum laudauit, vbi *Reiskius* reponi iubebat καῦσιν. Verum propter ea, quae supra ad n. 2. sq. adscripsi, vix dubito quin vera sit *Eusebii* lectio. Poeticam esse rationem illam Empedoclis, non physico dignam, qui debet rerum causas scrutari, recte ostendit *Aristoteles* [20]): γελοῖον καὶ εἴ τις εἰπὼν ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλατταν, οἴεταί τι σαφὲς εἰρηκέναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς. πρὸς ποίησιν μὲν γὰρ οὕτως εἰπὼν, ἴσως εἴρηκεν ἱκανῶς· ἡ γὰρ μεταφορὰ, ποιητικόν· πρὸς δὲ τὸ γνῶναι φύσιν, οὐχ ἱκανῶς. Consentiunt eius interpretes, vt *Olympiodorus* [21]): εἰ μὲν πρὸς ποίησιν ἀποβλέπων Ἐμπεδοκλῆς τῇ δι' ἀλλή-

16) plac. philos. 3, 16. Cf. *Lucret.* 5, 488. sq.
17) hist. philos. c. 22.
18) praep. euangel. 15, 59.
19) hist. crit. philos. T. I. p. 1120.
20) meteorol. 2, 3.
21) ad *Aristot.* l. l. fol. 34. a.

λων δείξει ἐχρήσατο, φήσας τὸν ἱδρῶτα θάλατταν ζώου εἶναι, καὶ τὴν θάλατταν ἱδρῶτα γῆς, ἴσως συγχωρητέον αὐτῷ ὡς ποιητῇ· εἰ δέ γε φυσικῶς τοῦτο εἶπεν, οὐ συγχωρητέον. πρῶτον μὲν ἀσαφὴς ἡ διάλληλος ὑπάρχει δεῖξις. ἔπειτα δὲ τίς (ita enim legendum est pro τὶς) ἡ ἀποκλήρωσις, ἵνα πρῶτον μὲν ἱδροῦσα ἡ γῆ ποιήσῃ τὴν θάλατταν, νῦν δὲ ἱδροῦσα μὴ καὶ ἄλλας ποιήσῃ. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δῆλον, πῶς ἐκ γλυκέος γίνεται ἱδρώς. καὶ τὸ ἄλλο δὲ ζητητέον, πῶς γίνεται ἁλμυρὸν τὸ ἐν τοῖς ζώοις περίττωμα. Et *Alexander Aphrodisiensis* [22]): τινές φασιν οἷον ἱδρῶτα τινὰ τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλασσαν. θερμαινομένην γὰρ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ταύτην ἀφιέναι τὴν ὑγρότητα· διὸ καὶ ἁλμυρὰν αὐτὴν εἶναι. ταύτης τῆς δόξης Ἐμπεδοκλῆς γέγονε. Item [23]): γελοῖον δέ φησιν εἶναι, καὶ τὸ ἡγεῖσθαι τὴν αἰτίαν ἀποδεδωκέναι τῆς ἁλμυρότητος τῆς θαλάττης, τοὺς εἰπόντας ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλασσαν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει. οὐδὲ γὰρ σαφῶς τοῦτο ὁ εἰπὼν λέγει. πρὸς μὲν γὰρ ποίησιν ἴσως

22) ibid. fol. 91. a. b.
23) ibid. fol. 96. a.

ἱκανῶς (mallem ἱκανὸν) τὸ οὕτως εἰπεῖν· ποιητικὸν γὰρ, τὸ χρῆσθαι μεταφορᾶς (leg. μεταφοραῖς). οὐδὲ γὰρ εἰ εἴποι τις πάλιν τὸν ἱδρῶτα τοῦ σώματος τῶν ζώων, θάλασσαν, τί ποτέ ἐστιν ὁ ἱδρὼς εἴρηκεν, ὁμοίᾳ κεχρημένος τῇ μεταφορᾷ. ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἄδηλος ἡ ποιότης ἡ τοιαύτη, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἱδρῶτος ἄδηλον, διὰ ποίαν αἰτίαν, γλυκέος ὄντος τοῦ πόματος, ἁλμυρὸς γίνεται ὁ ἱδρώς· πότερον ἀπελθόντος τινὸς καὶ συναναλωθέντος μόνον ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ σῶμα οἷον τοῦ γλυκυτάτου, ἢ συμμιχθέντος χυμοῦ τινος αὐτῷ ἀπὸ τοῦ σώματος, καθάπερ τοῖς διὰ τέφρας ἡθουμένοις ὕδασιν, ἢ δι' ἄμφω. ταυτὸν δὲ αἴτιον φησὶν (Aristoteles) ὅ ἐπὶ τοῦ ἱδρῶτος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ εἰς τὴν κύστιν ἀθροιζομένου περιττώματος εἶναι. καὶ γὰρ ἐπὶ τούτου αὐτὸ πικρόν τε καὶ ἁλμυρὸν γίνεται, γλυκέος ὄντος τοῦ πινομένου. Sed quamuis per illam metaphoram poeticam nullo modo rem explicari fatendum sit, putem tamen Empedoclem non omnino neglexisse causas physicas, etiamsi ex eius carminibus neque Aristoteles, neque alius scriptor antiquus locum aliquem, qui ad explanandam rem pertineat, seruauerit. Nam saltem causam aliquam phy-

sicam attulisse legitur, cur in mari sit dulcis quaedam aqua, qua pisces alantur. *Aelianus* [24]): *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγάντῖνος λέγει τι εἶναι γλυκὺ ἐν τῇ θαλάττῃ ὕδωρ, οὐ πᾶσι δῆλον, τρόφιμον δὲ τῶν ἰχθύων· καὶ τὴν αἰτίαν τοῦδε τοῦ ἐν τῇ ἅλμῃ γλυκαινομένου λέγει φυσικὴν, ἣν ἐπεῖθεν εἴσεσθε.* Eodem modo *Plinius* [25]) causam, cur piscium genus omne praecipua celeritate adolescat, maxime in Ponto, reddit multitudinem amnium, dulces inferentium aquas. Et alio loco [26]), „dulcis," inquit, „haustus in mari plurimis locis, vt „ad Chelidonias insulas, et Aradum, et in „Gaditano Oceano."

Aërem quando ortum esse statuerit Empedocles, supra statim ab initio paragraphi vidimus. Videamus iam, quae praeterea de eo sensisse fertur. Et primo quidem putabat, eum non semper tendere ad supremas regiones. Testis est *Aristoteles* [27]): *Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ἀεὶ τὸν ἀέρα ἀποκρίνεσθαι ἀνωτάτω φησὶν, ἀλλ' ὅπως ἂν τύχῃ.* Dicebat etiam, aërem cessisse solis impetui siue motui, atque tum vrsas se inclinasse, et boreales

24) hist. animm. 9, 64.

25) hist. nat. 9, 15.

26) ibid. 2, 103.

27) physic. 2, 4. Cf. *Simplic.* ad h. l. fol. 81. a. et quae supra §. 9. ad n. 158. et 163. attuli.

quidem partes erectas fuisse, australes vero depressas, sicut totum mundum. *Plutarchus* [28]): *Ἐμπεδοκλῆς, τοῦ ἀέρος εἴξαντος τῇ τοῦ ἡλίου ὁρμῇ, ἐγκλιθῆναι τὰς ἄρκτους, καὶ τὰ μὲν βόρεια* [29]) *ὑψωθῆναι, τὰ δὲ νότια ταπεινωθῆναι, καθ' ὃ καὶ τὸν ὅλον κόσμον.* Eadem habent *Eusebius*, [30]), *Stobaeus* [31]) et *Galenus* [32]), praeterquam quod *Eusebius* μὲν ante *βόρεια* omittit, et apud eundem et apud *Stobaeum* scribitur *καθὸ καὶ* etc. et hic exhibet *ἐπικλιθῆναι*. Credidit igitur Empedocles, vt docte obseruauit Cel. *Heeren* *), coelum duabus constare naturis, ignea et aërea, has esse duabus coeli regionibus separatas, et illam aestus, hanc frigora efficere. Anni autem tempestates iis ita effici, vt impulsu solis altera pars mundi, borealis, deprimatur, eoque igneam naturam extolli et superiorem euadere, quo aestas efficitur; hieme vero borealis iterum extollatur, altera deprimatur. Perhibetur item disputasse Empedocles, vtrum aër infinitus esset, an finitus. *Auctor dialogi, qui*

28) plac. philos. 2, 8.

29) *Bruckerus* l. l. T. I. p. 1117. *τὰς ἄρκτους* vertit *septentriones*, atque adeo *τὰ βόρεια partes iis vicinas.*

30) praep. euang. 15, 39.

31) eclog. phys. 16, p. 358.

32) hist. philos. c. 11.

*) ad *Stobae.* ecl. phys. 9, p. 263.

inscribitur Sisyphus [33]): οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ ἀέρος Ἀναξαγόραν τε καὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μεταρσιολέσχας ἅπαντας οἶσθα ζητοῦντας πότερον ἄπειρός ἐστιν, ἢ πέρας ἔχων; Ratione facultatis producendi siue gignendi seiungebat aërem a terra, et vtrique suas partes tribuebat, ita vt ille esset germinum auctor, haec radicum. *Theophrastus* [34]): ἓν γάρ τι τὸ γεννῶν, καὶ οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς διαιρεῖ καὶ μερίζει, τὴν μὲν γῆν εἰς τὰς ῥίζας, τὸν δ' αἰθέρα εἰς τοὺς βλαστούς, ὡς ἑκάτερον ἑκατέρου χωριζόμενον, ἀλλ' ἐκ μιᾶς ὕλης, καὶ ὑφ' ἑνὸς αἰτίου γεννῶντος. Denique aërem et aquam nominabat Νῆστιν αἴγλην. Νῆστιν μέν, διὰ τὸ ὑγρὸν, ἀπὸ τοῦ νάειν καὶ ῥεῖν· αἴγλην δὲ, ὡς διαφανῆ, vt inquit *Simplicius* [35]). *Iohannes Philoponus* [36 a]): σημαίνει δὲ διὰ μὲν τῆς Νήστιδος, παρὰ τὸ νάειν, τὸ ὑγρὸν τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἀέρος· διὰ δὲ τῆς αἴγλης,

33) in *Platonis* opp. T. III. p. 389. a. Alia dicendi locus est infra, vbi ipsa Empedoclis verba attuli.

34) de causis plantarum 1, 13. Cf. paulo post ad not. 46. sq.

35) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 18. b.

36 *a*) ad eundem locum F. 1. (fol. 41. a.) Cf. supra §. 9. extr.

τὸ διαφανές. Possumus in hac interpretatione acquiescere. Quanquam, cum Aegle apud *Virgilium* [36 b]) sit Naiadum vna, formula Empedoclea videatur potius aquam solam significare. Dubium enim est, vtrum nominatiuus constituendus sit Νῆστις αἴγλη, id quod a veteribus grammaticis factum videmus, an potius Νήστιδος αἴγλη, h. e. Νῆστις αἰγλήεσσα.

Terram denique dicebat ortam esse tertio loco, nempe post aërem et ignem, et natura ferri deorsum, verum non semper: de quibus omnibus supra veterum verba attuli. Praeter haec terram putabat medium mundi locum occupasse, et ab initio quidem circumactam fuisse, sed velocissimam coeli circa terram contortionem effecisse, vt haec fixa maneret neque amplius moueretur. *Aristoteles* [37 a]): ὅτι δὲ μένει (ἡ γῆ), ζητοῦσι τὴν αἰτίαν, καὶ λέγουσιν, — ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, τὴν τοῦ οὐρανοῦ φορὰν κύκλῳ περιθέουσαν καὶ θᾶττον φερομένην, τὴν τῆς γῆς φορὰν κωλύειν, καθάπερ τὸ ἐν τοῖς κυάθοις ὕδωρ [37 b]).

36 *b*) eclog. 6, 21.

37 *a*) de coelo 2, 12.

37 *b*) Praestigiatores tale quid facere consueuisse, ostendit *Simplicius* ad *Aristot.* l. l. p. 128. περιφερομένων γὰρ ἄγαν τῶν κυάθων ὑπὸ τῶν θαυματοποιῶν, ὡς νῦν τῶν πυλίπων κάτω τῷ χαλκῷ πολλάκις ἐπάνω τῶν κυάθων

καὶ γὰρ τοῦτο, κύκλῳ τοῦ κυάθου φερομένου, πολλάκις κάτω τοῦ χαλκοῦ γινόμενον, ὅμως οὐ φέρεται κάτω, πεφυκὸς φέρεσθαι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. In sequentibus refellit Empedoclem. 'Item alio loco [38]): εἰ κινούμενον τὸ κωλύον φέρεσθαι, καθάπερ φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, τὴν γῆν ὑπὸ τῆς δίνης ἠρεμεῖν, ποῦ ἂν ἐφέρετο; Simplicius [39]): οὐδὲ διὰ τὴν ταχεῖαν τοῦ αἰθερίου σώματος περιφορὰν μειουμένης τῆς κατὰ τὴν οἰκείαν ῥοπὴν βαρεῖαν οὖσαν φορᾶς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἥ τε τοῦ οὐρανοῦ κίνησις ἀΐδιος διαμένει, καὶ ἡ τῆς γῆς ἐν τῷ μέσῳ στάσις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἐδόκει λέγειν. Item [40]): τῶν λεγόντων τὸν κόσμον πεπερασμένον, οἱ πλεῖστοί φασι τὴν γῆν κεῖσθαι ἐν τῷ μέσῳ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς. Rursus [41]): τῶν περὶ Ἐμπεδοκλῆ, οἵ τινες τὴν τοῦ οὐρανοῦ περιδίνησιν τῆς μονῆς τῆς γῆς αἴτιον ποιοῦνται. Item [42]): ἐπὶ τὸ μέσον συνελθεῖν φασι τὴν

ἢ τῆς κύλικος γενόμενον τὸ ὕδωρ, ὅμως οὐ φέρεται κάτω διὰ τὴν δινησιν.

38) ibid. 3, 2.

39) ad *Aristot.* de coelo 2, fol. 91. b.

40) ibid. fol. 124. a.

41) ibid. fol. 126. b.

42) ibid. fol. 128. a.

γῆν πάντες, ὅσοι τοῦ κόσμου γένεσιν παραδιδόασιν. οὐ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μόνον. Deinde repetit fere verba Aristotelici loci illius, quem priore loco exscripsi paulo ante. Idem facit *Themistius* [43]): „Empedocles coeli „motum, qui in orbem fertur, ac maiore ce„leritate, rectum terrae motum, qui deorsum „instituitur, cohibere dicit, terramque vndi„que ad medium compellere.“ Caeterum hoc ipsum dogma Empedocleum, quamuis non nominato Empedocle, refert etiam *Plato* [44]). Denique illam Empedoclis opinionem, qua terram putasse radicum causam a *Theophrasto* perhibebatur [45]), reprehendit *Aristoteles* [46]): Ἐμπεδοκλῆς οὐ καλῶς εἴρηκε τοῦτο, προστιθεὶς αὔξησιν συμβαίνειν τοῖς φυτοῖς, κάτω μὲν ῥιζουμένων, διὰ τὸ τὴν γῆν οὕτω φέρεσθαι κατὰ φύσιν· ἄνω δὲ διὰ τὸ πῦρ ὡσαύτως· οὔτε γὰρ τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω καλῶς λαμβάνει· οὐ γὰρ ταυτὸ πᾶσι τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, καὶ τῷ παντί. *Simplicius* [47]): οὐδὲ ἐν τοῖς ζῶσι διὰ τὴν τῶν στοιχείων φορὰν ἡ αὔξησις, ὡς ἐν τοῖς φυτοῖς

43) paraphras. in libb. *Aristot.* de coelo 2, 12. fol. 35. b.

44) in Phaedone T. I. opp. p. 99. B.

45) v. supra ad n. 34.

46) de anima 2, 4. De quo et *Theophrasti* loco v. *Marsil. Cagnati* varr. obseruatt. 1, 4.

47) ad *Aristot.* l. l. fol. 31. a.

δοκεῖ λέγειν Ἐμπεδοκλῆς· διὰ μὲν τὴν γῆν κάτω κινουμένην τὴν ῥίζωσιν, διὰ δὲ τὸ πῦρ τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω αὔξησιν.

§. 13.

Iam quid Empedocles de coelo rebusque coelestibus senserit, ducibus scriptoribus antiquis exponendum est. Et primo quidem aiunt, etiam Empedoclem coelum putasse crystallinum. *Diogenes Laertius* [1]): τὸν οὐρανόν φησι κρυσταλλοειδῆ. *Achilles Tatius* [2]): Ἐμπεδοκλῆς κρυσταλλώδη τοῦτον (np. τὸν οὐρανὸν) εἶναί φησιν, ἐκ τοῦ παγετωδους συλλεγέντα. *Plutarchus* [3]), *Eusebius* [4]), *Stobaeus* [5]) et *Galenus* [6]): Ἐμπεδοκλῆς στερέμνιον εἶναι τὸν οὐρανὸν [7]), ἐξ ἀέρος συμπαγέντος [8]) ὑπὸ πυρὸς κρυσταλλοειδῶς, τὸ [9]) πυρῶδες καὶ ἀερῶδες [10]) ἐν ἑκατέρῳ τῶν

1) 8, 77.

2) introd. in Arat. c. 5. p. 128. C. (p. 76. ed. Antuerp. 1703. fol.)

3) plac. philos. 2, 11.

4) praep. euangel. 15, 42.

5) eclog. phys. 24, p. 500.

6) hist. philos. 12.

7) *Galen. στερ. τὸν οὐρ. ὑπάρχειν οἴεται.*

8) *Stob. παγέντος. Euseb.* paulo post *ὑπὸ τοῦ πυρ.*

9) *Gal. κρυσταλλοειδοῦς, τό τε πυρ.*

10) *Stob, καὶ τὸ ἀερ.*

ἡμισφαιρίων περιέχοντα [11]). Hoc ipsum placitum tetigit etiam *Lactantius* [12]): „An, si „mihi quis dixerit, aeneum esse coelum, aut „vitreum; vt Empedocles ait, aërem glacia„tum; statimne adsentiar, quia, coelum ex „qua materia sit, ignorem?“ Ita edidit *Bünemannus*. Alii legunt „aut vitreum, aut, vt „Emp.“ Alii „aut vitr. vt Emp. aut aërem „gl.“ At cum κρύσταλλος significet *glaciem*, facile iudicari de vera lectione a quolibet potest. Coelum ab Empedocle, vt videtur, simpliciter nominatum fuit ὁ περιέχων [13]) et ὁ κρύσταλλος [14]). Quorum nominum ratio e superioribus patet cuique. Ex aethere ortum esse coelum, dicitur Empedocles apud *Plutarchum* [15]) et *Eusebium* [16]) statuisse. Quae traditio potest videri probabilior. Cum enim aër proximas circa terram regiones occupauerit, astra ibi esse non possunt. Docuisse quoque legitur, coelum non ortum esse per

11) *Galen.* ἑπάτερα τὰ ἡμισφαίρια περιέχειν.

12) de opificio Dei 17, 6. p. 1207. ed. *Bünemann.*

13) v. supra §. 12. ad n. 9. et 10. et infra §. 14. ad n. 36. Cf. *Plutarch.* quaestt. Rom. c. 5. extr. Sic *Parmenides* ap. *Clem. Alex.* stromm. 5, p. 614. A. οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχοντα. *Heliodorus* Aethiop. 3, 13. *aërem* vocat τὸ περιέχον.

14) v. *Euseb.* praep. euang. 15, 30. *Plutarch.* plac. philos. 2, 13.

15) plac. philos. 2, 6.

16) praep. euang. 15, 37.

amicitiam [17]). Cur non deorsum feratur coelum, siue cur nunquam desinat eodem modo moueri, causae loco afferebat physicam potius necessitatem. *Simplicius* [18]): οἱ δὲ φυσικὴν ἀνάγκην ἀντὶ αἰτίου τιθέασι, διατὶ μὴ φέρεται κάτω (ὁ οὐρανὸς), δηλονότι τὴν περιφορὰν ὑπερισχύουσαν τῆς οἰκείας ῥοπῆς ἥττονος οὔσης, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι καὶ Ἀναξαγόρας. Quae verba paulo luculentiora videntur, quam quae dicit *Aristoteles* [19]): διὰ τὴν δίνησιν θάττονος τυγχάνοντα (τὸν οὐρανὸν) φορᾶς τῆς οἰκείας ῥοπῆς, ἔτι σώζεσθαι τοσοῦτον χρόνον, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησιν (οὐχ ὑπολητέον). De distantia coeli ac terrae sententiam Empedoclis ita refert *Stobaeus* [20]): Ἐμπεδοκλῆς τοῦ ὕψους τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἕως οὐρανοῦ, ἥτις ἐστὶν ἀφ' ἡμῶν ἀνάτασις, πλείονα εἶναι τὴν κατὰ τὸ πλάτος διάστασιν, κατὰ τοῦτο τοῦ οὐρανοῦ μᾶλλον ἀναπεπταμένου, διὰ τὸ ὠῷ παραπλησίως τὸν κόσμον κεῖσθαι.

Solem putabat Empedocles ortum esse repercussu lucis coelestis ad terram. *Plutar-*

17) *Aristotelis* hanc in rem verba iam supra exhibui §. 10. ad n. 116. p. 249. sq.

18) ad *Aristot.* de coelo 2, fol. 91. a.

19) de coelo 2, 1.

20) ecl. phys. 27. p. 566.

chus [21]): *ὑμεῖς τοῦ Ἐμπεδοκλέους καταγελᾶτε, φάσκοντος τὸν ἥλιον περὶ γῆν* [22]) *ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον.* Sed alio loco, si quidem est *Plutarchi* [23]), quem *Eusebius* quoque habet [24]), sol dicitur ex igni ortus esse. Quare Empedocles apud *Diogenem Laertium* [25]) legitur solem nominasse *πυρὸς ἄθροισμα μέγα.* Aduersari his videntur alia *Eusebii* verba [26]), vbi ex Empedoclis mente ita de sole disputat: *ὁ δὲ ἥλιος τὴν φύσιν οὐκ ἔστι πῦρ, ἀλλὰ τοῦ πυρὸς ἀντανάκλασις, ὁμοία τῇ ἀφ' ὕδατος γινομένῃ.* Scilicet videtur Empedocles putasse, solem non esse lucem primigeniam, sed lucis receptaculum, vt obseruauit magnus *Grotius* [27]). Solis autem lucem siue radios prius in locum inter solem et terram intermedium, quam ad visum vel in terram peruenire existimabat. *Aristoteles* [28]): *Ἐμπεδοκλῆς φησιν ἀφικνεῖσθαι πρότερον τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς εἰς τὸ*

21) de Pythiae oraculis c. 12. T. II. opp. p. 400. B. Cf. infra post n. 50. p. 329.

22) *Wyttenbach.* corrigi iubet *τὸν ἥλιον περιαυγῆ.*

23) plac. philos. 2, 6.

24) praep. euang. 15, 37.

25) 8, 77.

26) praep. euang. 1, 8. p. 24.

27) de veritate religionis Christ. 1, 16. p. 36. sq. ed. *Ioh. Clerici* Amst. 1709. 8. Cf. infra ad n. 43 — 50.

28) de sensu c. 6.

μεταξὺ, πρὶν πρὸς τὴν ὄψιν, ἢ ἐπὶ τὴν γῆν. Et probatur haec sententia Aristoteli, cuius verba vberius interpretatur *Alexander Aphrodisiensis* [29]): λέγει Ἐμπεδοκλῆς, τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς, πρῶτον ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς γῆς γίνεσθαι, εἶθ' οὕτως ἐν τῇ γῇ. — ὥστε καὶ ἡ ἀκτὶς ἡ ἀπὸ τοῦ ἡλίου οὕτως ὡς φησιν Ἐμπεδοκλῆς ὁρᾶτο (leg. ἑωρᾶτο vel ὁρᾶται) οὐκ εὐθὺς τῷ τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι, οὐδὲ ἅμα ὑπὸ πάντων οἷς ἀνέτελλεν, ἀλλ' ἐν χρόνῳ καὶ πλείονι τοῖς ποῤῥωτέρω οὖσιν. Haud dubie igitur, cum ita statueret Empedocles, in mente habuit eximiam luminis solaris celeritatem. Solis porro circuitu circumscribi mundi terminum putabat. *Plutarchus* [30]): Ἐμπεδοκλῆς τὴν τοῦ ἡλίου περιδρομὴν [31]) εἶναι περιγραφὴν τοῦ κόσμου, καὶ τοῦτο πέρας αὐτοῦ. Paulo melius hoc placitum refert *Stobaeus* [32]): Ἐμπεδοκλῆς τὸν τοῦ ἡλίου περίδρομον εἶναι περιγραφὴν τοῦ πέρατος τοῦ κόσμου. Fortassis Empedocles voluit significare, vniuer-

29) ad *Aristot.* l. l. fol. 116. b. Cf. quae de luce retuli §. 12. ad n. 9. et 10. p. 309.

30) plac. philos. 2, 1.

31) Hoc nomen *Bruckerus* hist. crit. philos. T. I. p. 1116. non bene vertit *sphaeram.*

32) eclog. phys. 22. p. 440.

sum mundum, etiam vltimas eius partes, luce solis illustrari, atque adeo, quocunque splendor iste non penetraret, ibi mundum esse desinere siue finiri. Cur vero sol non recto prorsus tramite moueatur, hanc causam afferebat, quod sol impediatur a sphaera eum continente et a tropicis circulis. *Plutarchus* [33]) et *Galenus* [34]): Ἐμπεδοκλῆς ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν (np. τὸν ἥλιον) σφαίρας κωλυόμενον ἄχρι παντὸς εὐθυπορεῖν [35]), καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων [36]). Iam quamuis hodie constet et vero etiam ex parte olim constiterit inter astronomos, solem nunquam vltra Tropicos euagari, atque in septentrionalibus Zodiaci signis diutius morari, quam in australibus, et quo longius a terra absit, verbi causa dum e Cancro transit in Libram, eo lentius moueri videri: non tamen putem, ex hac sententia interpretandum esse placitum Empedoclis, verum potius ex illa eiusdem opinione, qua statuebat, coelum esse corpus solidum et crystallinum, quo aër et sol cum stellis continerentur [37]). Quamuis item multi veterum motu circulari mundum moueri crediderint ab ortu ad occasum, solem vero ab

33) plac. philos. 2, 23.
34) hist. philos. c. 14.
35) *Galenus*: μέχρι πόλων εὐθ.
36) *Galenus* addit εἰργόμενον.
37) v. supra ad n. 3. sqq. omninoque infra ad n. 43—51.

occasu ad ortum [38]): nolim tamen vt cuiquam probabile videatur, Empedoclem in eadem fuisse sententia, aut *Scholiasten Arati* [39]), cui etiam de reliquis nonnullis quodammodo cum Empedocle conuenit, ad Empedocleum placitum respexisse. Verba eius sunt: *ἡλίου κέλευθος ἐστὶν ἡ διὰ μέσου τῶν ιβ' ζωδίων τῆς ἐναντίας τῷ παντὶ κινήσεως. ἄλην δὲ αὐτὴν εἶπεν* [40]), *οὐκ ἀπεικός· ἀνώμαλος γάρ ἐστι καὶ βραδεῖα. ἀγόμενος δ' ὁ ἥλιος ὑπὸ τῆς τοῦ οὐρανοῦ περιφορᾶς, εἰς τοὐπίσω κατὰ μικρὸν ὑπονοστεῖ, καὶ ταύτην αὐτοῦ ἰδίαν κίνησιν λέγουσιν ἄνισον, ἐν ἰσημερίαις καὶ διαστήμασι χρόνου θεωρουμένην.* Eadem fere leguntur in scholiis *Theonis*, nisi quod post *κινήσεως* habet *ἣν ἄλλην εἰπεῖν οὐκ ἀπεικὸς*, vbi tamen legendum est *ἄλην*, et pro *περιφορᾶς* scripsit *περιφερείας*, item post hoc nomen inserit pronomen *αὐτὸς*, tum *μετὰ μικρὸν*, exhibet pro *κατὰ μικρὸν*, et *λέγει* pro *λέγουσι*, denique postrema ita posuit: *ἐν ἰσημερίοις· καὶ χειμερινοῖς τοῖς διαστήμασι*, etc. Deinde Empedocles legitur

38) v. *Achill. Tat.* introduct. in Aratum c. 10. p. 25. sq. in *Petauii* Vranologio ed. Antuerp. 1703. fol. et *Macrob.* in somn. Scip. 1, 18.

39) ad Phaenomena v. 321.

40) Scilicet *Aratus* tribuerat Soli *ἄλησιν*.

docuisse, olim multo quam nunc lentius iuisse solem. *Plutarchus* [41]) et *Galenus* [42]): *Ἐμπεδοκλῆς ὅτε ἐγεννᾶτο τῶν ἀνθρώπων γένος ἐκ τῆς γῆς, τοσαύτην γενέσθαι τῷ μήκει τοῦ χρόνου, διὰ τὸ βραδυπορεῖν τὸν ἥλιον, τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστιν ἡ δεκάμηνος· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τοσαύτην γενέσθαι τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστιν ἡ ἑπτάμηνος. διὰ τοῦτο καὶ τὰ δεκάμηνα γόνιμα καὶ τὰ ἑπτάμηνα, τῆς φύσεως τοῦ κόσμου οὕτω μεμελετηκυίας αὔξεσθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἢ *) τίθεται νυκτὶ τὸ βρέφος.* Scilicet, vt bene interpretatus est *Beckius*, Empedocles censuit naturam ita instituisse ab initio, vt vno die perficeretur infans, qui praecedente eum nocte conceptus fuerat. Tum vero diem fuisse decem mensibus aequalem. Aucta solis celeritate, idem spatium fuisse necessarium, vnde decimestres partus esse vitales. Eadem ratio est septimestrium Quemadmodum autem Empedocles duo mundos, ita etiam duplicem solem statuisse fertur, alterum *ἀρχέτυπον*, alterum *τὸν φαινόμενον*. quam opinionem ita explicant *Plutarchus* [43]), *Gale-*

41) plac. philos. 5, 18.

42) hist. philos. c. 34.

*) Haud dubie legendum est *ἧς*, id quod iam *Beckius* monuit.

43) plac. philos. 2, 20. Cf. Obseruatt. Halens. T. IV.

nus [44]) et *Stobaeus* [45]): Ἐμπεδοκλῆς δύο ἡλίους, τὸν μὲν, ἀρχέτυπον, πῦρ [46]) ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου, πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον, ἀεὶ καταντικρὺ τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυτοῦ τεταγμένον· τὸν δὲ, φαινόμενον, ἀνταύγειαν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τῷ τοῦ ἀέρος τοῦ θερμομιγοῦς πεπληρωμένῳ, ἀπὸ κυκλοτεροῦς [47]) τῆς γῆς κατ' ἀνάκλασιν ἐγγινομένην [48]) εἰς τὸν ἥλιον τὸν [49]) κρυσταλλοειδῆ, συμπεριελκομένην δὲ [50]) τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου. ὡς δὲ βραχέως εἰρῆσθαι συντεμόντα, ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν ἥλιον. His vero vix aliud quid dicitur, quam quod supra iam (ad n. 21 — 27.) ex aliis veterum locis attuli. Omnia enim eo redeunt, vt Empedocles statuisse putandus sit, illum solem, quem nos apparere et lucere videmus in nostro hemisphaerio, quod aëre quidem ille, sed ad-

p. 385. sq. vbi vir doctus Empedoclem ita statuisse credit ideo, vt alia quadam ratione, quam per antichthonem, sacro Pythagorae denario consuleret. Cf. ibid. p. 405. sq.

44) hist. philos. c. 14.

45) ecl. phys. 26. p. 530.

46) *Stob.* habet ὃν inter πῦρ et ἐν.

47) *Galen.* male omisit verba πεπληρ. ἀπὸ κυκλοτ.

48) *Stob.* γιγνομένην.

49) *Stob.* et *Galen.* omittunt τὸν ante κρυσταλλοειδῆ.

50) Apud *Stob.* hoc δὲ non legitur.

mixto tamen calore, impletum opinabatur, semper oppositum esse Soli alterius hemisphaerii, hoc est, igni siue luci coelesti, atque adeo nostrum solem, cui, vt coelo, tribuebat crystalli naturam, esse ignis illius in sole nostro repercussi resplendentiam quasi et refractionem, atque hanc ipsam ob causam ignis eiusdem siue Solis ignei et veri motum sequi. Apte igitur *Stobaeus* huic placito statim iunxit illud de Solis conuersione [51]): *τροπὴν δὲ*, inquiens, *γίγνεσθαι, ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σφαίρας κωλυομένου ἄχρι παντὸς εὐθυπορεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων.* Nam si Sol *ἀρχέτυπος* idem est, qui ignis coelestis, et huius luminis repercussu noster sol vim lucendi accipit, sane Solis nostri motus non potest contrarius esse motui coeli, sed debet hunc sequi. Denique de magnitudine et defectu solis nostri haec tradidisse Empedoclem refert *Stobaeus*: *ἴσον δὲ τῇ γῇ τὸν κατὰ τὴν ἀνταύγειαν, ἔκλειψιν δὲ γίγνεσθαι σελήνης αὐτὸν ὑπερχομένης.*

Lunam, quam sole minorem esse Empedocles docebat [52]), vocabat *ἀπάσπασμα τοῦ ἡλίου*, h. e. partem quandam a sole auulsam, vt interpretatur *Petauius*. *Achilles Tatius* [53]),

51) v. supra ad n. 33 — 40.

52) v. *Diog. Laert.* 8, 77.

53) introd. in *Arati* phaenomena cap. 16.

vbi disserit de ordine septem sphaerarum, addit haec: ἡ πλείων δόξα πρώτην τὴν σελήνην λέγει. ἐπεὶ καὶ ἀπόσπασμα τοῦ ἡλίου λέγουσιν αὐτήν· ὡς καὶ Ἐμπεδοκλῆς. Idem tradit *Achilles* alio loco [54]): Ἐμπεδοκλῆς ἀπόσπασμα αὐτὴν φησιν ἡλίου, quanquam in priore loco adscripserat ipsa Empedoclis verba:

πυκλοτερὲς περὶ γαῖαν ἐλίσσεται ἀλλότριον φῶς.

E quibus manifestum est, eum rectius de luna sensisse, quam colligas ex interpretatione *Petauii*, ita vt luna ἀπόσπασμα τοῦ ἡλίου nominetur, quia lucis solaris est particeps. Alio modo descripsisse lunam legitur apud *Plutarchum* [55]): Ἐμπεδοκλεῖ δυσκολαίνουσι, πάχος ἀέρος καλαζώδη ποιοῦντι τὴν σελήνην, ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς σφαίρας περιεχόμενον. Similiter apud *Eusebium* [56]): σελήνην δέ φησι συστῆναι καθ' ἑαυτὴν ἐκ τοῦ ἀπολειφθέντος ἀέρος ὑπὸ τοῦ πυρός· τοῦτον γὰρ παχῆναι, καθάπερ καὶ τὴν χάλαζαν· τὸ δὲ φῶς αὐτὴν σχεῖν ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Quae *Eusebii* verba possunt simul *Achillis Tatii* et *Plutarchi* verbis illustrandis seruire. Paulo

54) ibid. cap. 21. p. 141. B. (p. 83. ed. Antuerp.)
55) de facie in orbe lunae T. II. opp. p. 922. C.
56) praep. euangel. 1, 8. p. 24.

diuersa ratione Empedoclis sententiam enarrat *Stobaeus* [57]): Ἐμπεδοκλῆς ἀέρα συνεστραμμένον νεφοειδῆ, πεπηγότα ὑπὸ πυρὸς, ὥστε σύμμικτον, διακοειδῆ δὲ τῷ σχήματι. Vnde *Baco de Verulamio* [58]) dicit, Empedoclem lunae tribuisse substantiam flammae impurae et feculentae. Lunam autem a sole illustrari auctore Empedocle, praeter *Eusebium* et *Stobaeum* [59]) tradit *Plutarchus* [60]): ἀπολείπεται τὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους, ἀνακλάσει τινὶ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν σελήνην γίνεσθαι τὸν ἐνταῦθα φωτισμὸν ἀπ' αὐτῆς. Eandem ob causam, et quia luna non radios, quales sol, emittit, et quia densa neque pellucida est, videtur illa ab Empedocle nominata esse lapidea. *Plutarchus* [61]): Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἑκατέρων (np. solis ac lunae) ἀποδίδωσιν οὐκ ἀηδῶς διαφοράν·

ἥλιος ὀξυμελὴς, ἡδὲ λάϊνα σελήνη.

τὸ ἐπαγωγὸν αὐτῆς καὶ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον οὕτω προσαγορεύσας. Scilicet lucet quidem luna et exhilarat homines, sed ita, vt oculos

57) ecl. phys. 27. p. 552.

58) in descriptione globi intellectualis c. 7. p. 625. edit. opp. quam curauit *Sim. Iah. Arnoldus*, Lips. 1694. fol.

59) ecl. phys. 27. p. 558.

60) de facie in orbe lunae T. II. opp. p. 929. D.

61) ibid. p. 920. C.

non laedat. Figuram lunae dicebat disco similem esse [62]). E quo intelligi potest locus *Plutarchi* [63]): *τὸ φαινόμενον σχῆμα τῆς σελήνης, ὅταν ᾖ διχόμηνος, οὐ σφαιροειδὲς, ἀλλὰ φακοειδές ἐστι καὶ δισκοειδές· ὡς δὲ Ἐμπεδοκλῆς οἴεται, καὶ τὸ ὑποκείμενον*, h. e. materia ei subiecta, vel eae lunae partes, quas nobis videre non licet. Nimirum significare voluisse videtur *Plutarchus*, lunam ab Empedocle non solum tum, cum est semiplena, sed in vniuersum putatam fuisse disci formam habere. Lunam duplo longius a sole, quam a tellure distare Empedocles credidisse perhibetur a *Plutarcho* [64]), *Eusebio* [65]), et *Galeno* [66]): *Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἤπερ ἀπὸ τῆς γῆς.* Contra vero sensisse legitur apud *Stobaeum* [67]): *Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ γῆς, ἤπερ ἀπὸ τοῦ ἡλίου.* Eadem haud dubie lecta fuerunt in fragmento illo, quod nunc in codicibus quinque vetustis bibliothe-

62) v. *Diog. Laert.* 8, 77. *Plutarch.* plac. philos. 2, 27. *Euseb.* praep. euang. 15, 28. *Galen.* hist. philos. c. 15. et supra ad n. 57.

63) quaestt. Rom. 101. T. II. opp. p. 288. B.

64) plac. philos. 2, 31.

65) praep. euang. 15, 53.

66) hist. philos. c. 15.

67) ecl. phys. 27. p. 566.

cae Marcianae vitiose scriptum extat post indicem capitum libri quinti magnae syntaxeos *Ptolemaei*, et a quo non differt illud, quod est in Codice Mediceo et a *Bandinio* [68a]) indicatur, vt me per epistolam docuit *Morellius*, vir egregius [68b]). En igitur verba: Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ τῆς γῆς ἐδόξαζεν. Desunt ergo verba ἢπερ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Nam dubitare vix licet, quin totum fragmentum haustum sit e *Stobaeo*, quod etiam docent sequentia, quae non piguit huc adscribere, vt possint cum *Stobaei* libris conferri. Nimirum statim post ἐδόξαζεν leguntur haec: οἱ δὲ ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἀκριβέστερον ἐπιβάλλοντες ὀκτωκαιδεκαπλάσιον. Ἐρατοσθένης τὸν ἥλιον ἀπέχειν ἀπὸ τῆς γῆς σταδίων μυριάδας $\overline{\eta}$, τὴν δὲ σελήνην ἀπέχειν τῆς γῆς σταδίων μυριάδας $\overline{\sigma\eta}$. Vtra vero traditio genuinum Empedoclis decretum nobis retulerit, vix definiri a quoquam potest.

Stellas dicitur Empedocles ignitas putasse. *Achilles Tatius* [69]): Ἐμπεδοκλῆς πυρίνους

68 *a*) in catalogo codicum graecor. biblioth. Laurent. T. II. p. 1.

68 *b*) Cf. eiusdem *Morellii* bibliothecae manuscriptae T. I. p. 182. sq.

69) introduct. in *Aratum* c. 11.

αὐτοὺς (np. τοὺς ἀστέρας) εἶπε. *Galenus* [70]: Θαλῆς μὲν ὑπολαμβάνει γεώδη εἶναι τὰ ἄστρα, ἔμπυρα δέ· Ἐμπεδοκλῆς δὲ, πύρινα μόνα. Paulo vberius rem explicant, et pauca quaedam de discrimine stellarum fixarum et errantium addunt *Plutarchus* [71]), *Eusebius* [72]) et *Stobaeus* [73]): Ἐμπεδοκλῆς πύρινα (τὰ ἄστρα) ἐκ τοῦ πυρώδους, ὅπερ ὁ αἰθὴρ [74]) ἐν ἑαυτῷ περιέχων ἐξέθλιψε [75]) κατὰ τὴν πρώτην διάκρισιν (np. τῶν στοιχείων). — Ἐμπεδοκλῆς τοὺς μὲν [76]) ἀπλανεῖς ἀστέρας συνδεδέσθαι τῷ κρυστάλλῳ [77]), τοὺς δὲ πλάνητας ἀνεῖσθαι.

De arctis siue vrsis quid placuerit Empedocli, iam supra monitum fuit [78]).

De Tropicis non nisi haec reperi, quae referunt *Plutarchus* [79]), *Eusebius* [80]), *Gale-*

70) hist. philos. c. 13.

71) plac. philos. 2, 13.

72) praep. euang. 15, 30.

73) ecl. phys. 25. p. 506.

74) *Euseb.* omittit articulum ὁ, et *Stob.* habet ἀὴρ pro αἰθὴρ. Cel. *Heeren* praefert αἰθήρ. v. supra p. 322. sq.

75) *Euseb.* ἐξανέθλιψε. *Stob.* ἐξανέλαμψε, ἤτοι ἐξανέθλιψε.

76) *Stob.* vtrumque hoc placitum statim iunxit, sic: καὶ τοὺς μ.

77) h. e. coelo v. supra ad n. 14.

78) §. 12. ad n. 28. sqq. p. 316.

79) plac. philos. 2, 10.

80) praep. euang. 15, 41.

nus [81]), et *Stobaeus*[82]), et quae hic ponere liceat: Ἐμπεδοκλῆς δεξιὰ μὲν [83]), (scilicet τοῦ κόσμου) τὰ κατὰ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ἀριστερὰ δὲ, τὰ κατὰ τὸν χειμερινόν. Iam cum ὁ θερινὸς τροπικὸς sit Tropicus Cancri, quem vbi Sol tangit, efficitur nobis solstitium aestiuum, ὁ χειμερινὸς autem Tropicus Capricorni, quem cum Sol adit, fit brumale solstitium, cumque ille vergat ad septentriones, hic ad meridiem *): patet, dextras mundi partes esse septentrionales, sinistras autem meridianas. Haec ratio Empedoclea est antiquissima, quippe ab Aegyptiis orta. *Plutarchus* [84]): Αἰγύπτιοι οἴονται, τὰ μὲν ἑῷα, τοῦ κόσμου πρόσωπον εἶναι, τὰ δὲ πρὸς βορρᾶν δεξιὰ, τὰ δὲ πρὸς νότον ἀριστερά. Neque dubium est quin eadem fuerit Pythagorica **), quamuis *Stobaeus* loco laudato Pythagoram dicat idem statuisse, quod Platonem et Aristotelem, dextras mundi partes esse orientales, sinistras autem occidentales. Sed

81) hist. philos. c. 11.

82) ecl. phys. 16, p. 358.

83) *Galen.* δεξιὰ εἶναι, et paulo post τῶν θερινῶν τροπῶν, et τῶν χειμερινῶν.

*) v. *Achill. Tat.* introd. in *Arat.* cap. 23. et 25.

84) de Iside et Osiride c. 32.

**) Et his iam scriptis, laetus vidi, hoc diserte dicere *Achillem Tatium* l. l. cap. 28. οἱ Πυθαγόρειοι δεξιὰ μὲν τὰ βόρεια, ἀριστερὰ δὲ τὰ νότια καλοῦσιν.

Ioachimus Camerarius iam [85]) animaduertit, Aristotelis subtilitatem hunc situm inuertisse, quippe qui [86]) dicit, dextras mundi partes esse ad ortum, et sinistras ad occasum. Graeci vero reperiuntur secuti esse Empedoclis rationem. Nimirum animo fingi et cogitari mundus debet similis homini, qui, vbi ita collocatus est, vt a tergo solem habeat orientem, septentriones habet a dextra. Cum autem dextra apud plerasque gentes atque adeo apud Graecos fuerit honoratior, intelligitur, cur Graeci, vbi de coelo seruarunt, conuerterint se ad septentriones, ita vt a dextra haberent Orientem, quae plaga putabatur feliciora Occasu omina praebere. Latini contra, cum dextras ad meridiem partes, laeuas ad septentrionem esse dicerent [87]), in captandis auspiciis conuertebant se ad meridiem, ita vt plagam orientalem haberent a sinistra, quia; quae nobis laeua sunt, a diis dextra ex parte dimitti putabant [88]). Quare, vt notum est, dextra Graecis fausta fuerunt, Latinis sinistra. Idem *Camerarius* etiam alio loco de ista re

85) de generibus diuinationum, Lips. 1576. 8. p. 72.

86) de coelo 2, 2.

87) v. *Liu* 1, 18. et *Varro* lib. 5. epistolicar. quaestionum, ap. *Festum* in *Sinistrae aues*.

88) Saltem *Alex. ab Alexandro* causam hanc affert in Diebus genialibus 5, 13. Alia habet *Plutarch.* quaestt. Rom. c. 78.

disserit [89]) sic: ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καθάπερ ἱστόρησεν ὁ Πλούταρχος (v. supra), ἐποίησε δεξιὰ μὲν τὰ κατὰ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τὸν χειμερινόν. — ὁ Ἁλικαρνασσεὺς [90]) φυλαξάμενος τὴν Ἐμπεδοκλείην, ὡς ἔοικε, παράδοσιν, καὶ παρ' αὐτοῖς δὴ τοῖς Ῥωμαίοις τὰ βόρεια μέρη ὡς δεξιὰ παρασησάμενος, ἠτιολογήσατο τὴν ἀρίστην οὖσαν καθέδραν καὶ στάσιν τῶν ἐπ' οἰωνοῖς μαντευομένων, τὴν βλέπουσαν πρὸς ἀνατολάς.

De ventis quid senserit Empedocles, non nisi ex *Olympiodoro* colligi potest, cuius haec sunt verba [91]): τί μέν ἐστιν ἄνεμος, ὅτι κίνησις τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως καὶ οὐ τοῦ ἀέρος. καὶ πῶς γίνεται, ὅτι τῆς ἀναθυμιάσεως ταύτης ἐκδιδομένης καὶ μὴ ἐκπυρουμένης. καὶ τί τὸ κινοῦν αὐτοὺς λοξὴν κίνησιν· ὅτι οὐ τὸ γεῶδες καὶ τὸ πυρῶδες τὴν ἐναντίαν κινούμενα κίνησιν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ᾤετο, ἀλλ' ὁ κύκλῳ κινού-

89) in quaestionib. promiscuis, Ἐτυμολογίαι decur. VI. problem. III. in *Gruteri* thesauro critico T. IV. p. 165.

90) v. *Dionys. Halicarn.* archaeol. Rom. 2, p. 80. sq. ed. *Sylburg.* quem locum si quis attente legerit, intelliget, *Camerarium* hic errasse, et *Dionysium* prorsus consentire cum *Liuio.*

91) ad *Aristot.* meteor. 1, 13. fol. 22. b.

μενος ἀήρ. Putauit igitur Empedocles, motum ventorum obliquum existere ex motu materiae terrenae et igneae inter se contrario.

De fulgure vel igni illo in nubibus, e quo fulgura et tonitrua oriantur, ita statuisse narratur ab *Aristotele* [92]): τοῦτο (np. τὸ πῦρ ἐν τοῖς νέφεσιν) Ἐμπεδοκλῆς φησιν εἶναι τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων. Sed *Aristoteles* hanc opinionem vocat ἄλογον, cuius refutationem sic refert *Alexander Aphrodisiensis* [93]): λέγει (Aristoteles) τινὰς ἡγεῖσθαι, πῦρ τι ἐν τοῖς νέφεσιν ἐναπολαμβάνεσθαι, καὶ κεῖνο αἴτιον εἶναι τῆς τε βροντῆς καὶ τῆς ἀστραπῆς. τοῦτο δὲ τὸ πῦρ, Ἐμπεδοκλέα μὲν. λέγειν εἶναι τὸ ἐναπολαμβανόμενον ἐν τοῖς νέφεσι μέρος τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων. — τούτου δὴ τοῦ πυρὸς, τοῦ ἐν τοῖς νέφεσιν ἀπειλημμένου, τὴν μὲν διάλαμψιν, ἀστραπὴν εἶναι· τὸν δὲ γινόμενον ψόφον καὶ τὴν σίξιν (leg. πλῆξιν), ἐναποσβεννυμένου αὐτοῦ ἐν τῷ νέφει, βροντήν. ὡς καθ' ἣν φαίνονται τάξιν, οὕτω καὶ γινομένων αὐτῶν, πρώτης μὲν τῆς ἀστραπῆς, δευτέρας δὲ τῆς βροντῆς. εἰπὼν δὲ ταῦτα, δείκνυσιν αὐτὰ καὶ ἄλλως ἀπόπως

92) meteor. 2, 9.

93) ad *Aristot.* l. l. fol. 111. b. et 112. a.

λεγόμενα. καὶ πρῶτον μὲν ἀλόγως φησὶ λέγεσθαι, τὸ εἶναι πῦρ, τὸ ἐναπολαμβανόμενον ἐν τοῖς νέφεσιν, — ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὑπὸ Ἐμπεδοκλέα (leg. Ἐμπεδοκλέους) λεγόμενον πιθανὸν, τὸ εἶναι ἐν τοῖς νέφεσι πῦρ, τὴν ἀπὸ τῶν ἀκτίνων ἀπολαμβανομένην ἐν αὐτοῖς θερμότητα, ἣν γίνεσθαι τῆς τε ἀστραπῆς καὶ τῆς βροντῆς αἰτίαν. — ἔσται γὰρ οὕτω τὸ αἴτιον τῆς βροντῆς τε καὶ ἀστραπῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ἀποκείμενόν τι καὶ κεχωρισμένον, καὶ προϋπάρχον, ἐνεργείᾳ ὂν ἤδη τόδέ τι καὶ περιεχόμενον ἐν τῷ νέφει. *Stobaeus* autem ita exponit mentem Empedoclis [94]): Ἐμπεδοκλῆς ἔμπτωσιν φωτὸς (h. e. radiorum solis) εἰς νέφος, ἐξείργοντος τὸν ἀνθεστῶτα ἀέρα, οὗ τὴν μὲν σβέσιν καὶ τὴν θραῦσιν κτύπον ἀπεργάζεσθαι, τὴν δὲ λάμψιν, ἀστραπήν· κεραυνὸν δὲ, τὸν τῆς ἀστραπῆς γόνον.

Quomodo hiemem et aestatem oriri putauerit Empedocles, docent *Plutarchus* [95]) et *Stobaeus* [96]): Ἐμπεδοκλῆς καὶ οἱ Στωϊκοὶ, χειμῶνα μὲν γίνεσθαι τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦν-

94) ecl. phys. 30, p. 592.
95) plac. philos. 3, 8.
96) ecl. phys. 9, p. 262.

τος τῇ πυκνώσει καὶ εἰς τὸ ἀνωτέρω [97]) βιαζομένου· θερείαν δὲ, τοῦ πυρὸς (np. ἐπικρατοῦντος), ὅταν εἰς τὸ κατωτέρω βιάζηται (np. ὁ ἀήρ). Quae verba vt recte intelligantur, conferenda sunt, quae supra attuli [98]).

§. 14.

Persequamur iam etiam de reliquis mundi, inprimis terrae, partibus placita Empedoclis. Et de lapidum quidem virtutibus earumque causis eum exposuisse, diserte ostendit *Psellus* [1]): τῶν παρὰ τοῖς λίθοις δυνάμεων αἰτίας πολλοὶ ἐθάῤῥησαν ἀποδοῦναι, τῶν μὲν ἀρχαιοτέρων σοφῶν Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος. Sed nihil eius sententiarum ex hoc genere hodie superest, nisi quod de magnete seruauit *Alexander Aphrodisiensis* [2]): Ἐμπεδοκλῆς μὲν ταῖς ἀποῤῥοίαις ταῖς ἀπ' ἀμφοτέρων (np. λίθου καὶ σιδήρου), καὶ τοῖς πόροις τοῖς λίθου, συμμέτροις οὖσιν τοῖς ἀπὸ τοῦ σιδήρου, τὸν σίδη-

97) *Stob.* omittit καὶ, et habet εἰς τὸ ἀνώτερον, vt paulo post εἰς τὸ κατώτερον.

98) ad n. 3. sqq. et §. 12. ad n. 29 — 32. p. 316.

1) de lapidum virtutibus p. 38. ed. *Bernard.* Lugd. Bat. 1745. 8.

2) in Ζητήμασι φυσικοῖς, ap. *Trincauellum* editis 1536. fol. lib. 2. cap. 23.

ρον φέρεσθαι λέγει πρὸς τὴν λίθον. αἱ μὲν γὰρ ταύτης ἀπόῤῥοιαι τὸν ἀέρα τὸν ἐπὶ τοῖς τοῦ σιδήρου πόροις ἀπωθοῦσί τε καὶ κινοῦσι τὸν ἐπιπωματίζοντα αὐτούς. τούτου δὲ χωρισθέντος ἀθρόᾳ ἀποῤῥοίᾳ ῥεούσῃ τὸν σίδηρον ἔπεσθαι. φερομένων δὲ τῶν ἀπ' αὐτοῦ ἀποῤῥοιῶν ἐπὶ τοὺς τῆς λίθου πόρους, διὰ τὸ συμμέτρους τε αὐτοῖς εἶναι καὶ ἐναρμόζειν, καὶ τὸν σίδηρον σὺν ταῖς ἀποῤῥοίαις ἕπεσθαί τε καὶ φέρεσθαι. Et quae de praecipitiorum, scopulorum et saxorum origine ex Empedoclis mente tradunt *Aristoteles* atque *Plutarchus*. Illius quidem haec sunt verba [3]): διὰ τί ὑπὸ τῶν θερμῶν ὑδάτων μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν ψυχρῶν πήγνυνται λίθοι; πότερον ὅτι τῇ τοῦ ὑγροῦ ἐκλείψει γίνεται λίθος, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἢ τοῦ ψυχροῦ ἐκλείπει τὸ ὑγρὸν, καὶ ἀπολιθοῦται δὴ διὰ τὸ θερμόν; καθάπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι τάς τε πέτρας καὶ τοὺς λίθους, καὶ τὰ θερμὰ τῶν ὑδάτων γίνεσθαι. Vbi ante τὰ θερμὰ excidisse διὰ videtur, nisi pro καὶ malis διὰ reponere, quae ratio mihi quidem magis placebat. Paulo luculentiora sunt haec *Plutarchi* [4]):

3) problemm. 24, 11.

4) de primo frigido T. II. opp. p. 953. E.

τὰ ἐμφανῆ, κρημνοὺς καὶ σκοπέλους καὶ πέτρας, Ἐμπεδοκλῆς ὑπὸ τοῦ πυρὸς οἴεται τοῦ ἐν βάθει τῆς γῆς ἑστάναι καὶ ἀνέχεσθαι διερειδόμενα φλεγμαίνοντος. De poris, quorum paulo ante facta erat mentio, affert Empedoclis doctrinam *Aristoteles* [5]): οἱ μὲν ἐπί τινων οὕτως διώρισαν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ποιούντων καὶ τῶν πασχόντων, ἀλλὰ καὶ μίγνυσθαί φασιν, ὅσων οἱ πόροι σύμμετροι πρὸς ἀλλήλους εἰσίν. Exemplum habuimus supra in magnete et ferro. Deinde, vbi Leucippum docuisse dixit, ἐκ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ἑνὸς οὐκ ἂν γενέσθαι πλῆθος, οὐδ' ἐκ τῶν ἀληθῶς πολλῶν ἕν· ἀλλ' εἶναι τοῦτ' ἀδύνατον, adiicit haec: ἀλλ' ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τῶν ἄλλων τινές φασι πάσχειν διὰ τῶν πόρων, οὕτω πᾶσαν ἀλλοίωσιν καὶ πᾶν τὸ πάσχειν τοῦτον γίνεσθαι τὸν τρόπον, διὰ τοῦ κενοῦ γιγνομένης τῆς διαλύσεως καὶ τῆς φθορᾶς. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς αὐξήσεως, ὑπεισδυομένων στερεῶν [6]). σχεδὸν δὲ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ ἀναγκαῖον λέγειν, ὥσπερ καὶ Λεύκιππός φησιν· εἶναι γὰρ ἄττα στερεά, ἀδιαίρετα δὲ, εἰ μὴ πάντη

5) de generat. et corrupt. 1, 8.

6) *Ioh. Philoponus* ad h. l. fol. 35. a. habet *ἑτέρων*, quod vix cuiquam probabitur.

πόροι συνεχεῖς εἰσι· τοῦτο δὲ ἀδύνατον· οὐδὲν γὰρ ἔσται ἕτερον στερεὸν παρὰ τοὺς πόρους, ἀλλὰ πᾶν κενόν. ἀνάγκη ἄρα, τὰ μὲν ἁπτόμενα εἶναι ἀδιαίρετα, τὰ δὲ μεταξὺ αὐτῶν κενὰ, οὓς ἐκεῖνος λέγει πόρους. Ex his intelligi potest alius *Aristotelis* locus [7]): εἰ δὲ στήσεταί (*cessabit*) που ἡ διάλυσις, ἤτοι ἄτομον ἔσται τὸ σῶμα, ἐν ᾧ ἵσταται, ἢ διαιρετὸν μὲν, οὐ μέντοι διαιρεθησόμενον οὐδέποτε· καθάπερ ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς βούλεσθαι λέγειν. Satis prolixus est *Iohannis Philoponi* in priorem *Aristotelis* locum commentarius. Sed tamen potiora ex eo huc referenda videbantur [8]): οἱ μὲν διὰ πόρων ἔλεγον γίνεσθαι τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν, ὧν ἦν καὶ Ἐμπεδοκλῆς. εἶναι γὰρ πόρους ἐν τοῖς σώμασιν, ἐν οἷς εἰσιὸν τὸ ποιοῦν οὕτω δρᾶν εἰς τὸ πάσχον. — οἱ δὲ περὶ Δημόκριτον καὶ Λεύκιππον διὰ τοῦ κενοῦ τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν γίνεσθαι ἔλεγον. κενῷ γὰρ διαλαμβάνεσθαι τὰς ἀτόμους, ἐν ᾧ γινόμενον τὸ ποιοῦν, οὕτως ἀλλοιοῦν μεταθὲν τῇ κινήσει ἢ μετατάττον τὰς ἀτόμους, ἢ προστιθέμενον αὔξειν. διαφέρουσι δὲ τοῦ

7) de coelo 3, 6.

8) ad *Aristot.* de generat. et interitu l. l. fol. 35. b.

κενοῦ οἱ πόροι, διότι οἱ τοὺς πόρους εἰσάγοντες κενὸν εἶναι οὐκ ἔλεγον. πεποροποιῆσθαι μὲν γὰρ τὰ σώματα, πλήρεις δ' εἶναι τοὺς πόρους τούτους ἑτέρου σώματος, οἷον ἀέρος ἢ τινος τοιούτου. ἐπαινεῖ δὲ (Aristoteles) μᾶλλον τοὺς περὶ Δημόκριτον Ἐμπεδοκλέους. — περὶ Ἐμπεδοκλέους λέγων, εἰσιέναι φησὶ λέγειν αὐτὸν τὸ ποιοῦν εἰς τοὺς πόρους, καὶ οὕτω ποιεῖν· οὐχ ὡς τὸ πρώτως δὲ ποιοῦν, οἷον τὴν ἰατρικήν, ἀλλ' ὡς τὸ προσεχῶς, οἷον τὸ φάρμακον ἢ τὸ σιτίον. καὶ διὰ τοῦτο δὲ, φησὶν, ἔλεγε μᾶλλον ὁρᾶσθαι τὰ ὁρατὰ διὰ τὸ (leg. τῶν) μᾶλλον διαφανῶν, διότι τὰ μᾶλλον διαφανῆ, μᾶλλον ἔχει καὶ πυκνοτέρους καὶ κατὰ στοῖχον τοὺς πόρους. Idem nonnullis interiectis haec dicit [9]): ἐξ ὧν ὑποτίθεται ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἀνάγκη αὐτὸν ἄτομα εἰσάγειν σώματα. εἰ γὰρ διὰ πόρων ὑποτίθεται τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν, ἀνάγκη πᾶσα, εἰσιόντα εἰς τοὺς πόρους τοῦ ποιοῦντος καὶ τοῦ πάσχοντος, τὰ περιέχοντα τοὺς πόρους σώματα, ἀπαθῆ εἶναι καὶ ἀδιαίρετα. εἰ γὰρ πάσχοιεν, ἐπειδὴ τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν οὐκ ἄλλως ἢ διὰ πόρων φησὶ γίνεσθαι, ἀνάγκη

9) ibid. fol. 36. b. Cf. fol. 40. a.

καὶ κεῖνα πόρους ἔχειν, καὶ πάλιν τὰ σώματα τὰ περιέχοντα τοὺς πόρους ἐκείνους· ὥστε ἢ τὸ ὅλον πόρος ἔσται, ἢ, εἰ τοῦτο ἀδύνατον, ἀνάγκη εἶναί τινα ἔσχατα ἀπαθῆ καὶ ἀδιαίρετα σώματα. τοῦτο δὲ καὶ ὁ Δημόκριτος ἔλεγεν. — ἀναγκαῖον τῷ Ἐμπεδοκλεῖ λέγειν, εἶναί τινα στερεὰ καὶ ἀδιαίρετα, διὰ τὸ μὴ εἶναι πάντη τοῦ σώματος πόρους συνεχεῖς. τοῦτο γὰρ ἀδύνατον· πόρος γὰρ ἂν εἴη τὸ πᾶν σῶμα καὶ κενόν. ὥστε εἰ τοῦτο ἄτοπον, ἀνάγκη τὰ μὲν ἁπτόμενα μόρια τοῦ σώματος στερεὰ εἶναι καὶ ἀδιαίρετα, τὰ δὲ μεταξὺ αὐτῶν κενὰ, ἅπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς πόρους ἐκάλεσεν. Ex his intelligitur, quam late pateat τῶν πόρων nomen, sed etiam magis id apparet ex alio eiusdem Grammatici loco. Verba *Philoponi* sunt [10]): Ἐμπεδοκλῆς ἐν ἅπασι τοῖς σώμασι τοῖς ὑπὸ σελήνην, οἷον ὕδασι, ἐλαίοις καὶ τοῖς ἄλλοις, εἶναι ἔλεγεν — ἀναμεμιγμένους πόρους καὶ ναστά. καὶ τοὺς μὲν πόρους ἐκάλεσε κοῖλα· τὰ δὲ ναστὰ, πυκνά. καὶ ὧν μέν εἰσι τὰ ναστὰ καὶ οἱ πόροι, τουτέστι τὰ κοῖλα καὶ πυκνὰ, σύμμετρα, ὥστε δύνασθαι δ' (leg. δι') ἀλλήλων χωρεῖν, τούτων

10) ad *Aristot.* de generat. animm. 2, fol. 59. a.

ἔφασκεν εἶναι μίξιν καὶ κρᾶσιν, οἷον ὕδατος καὶ οἴνου· ὧν δὲ ἀσύμμετρα, ἄμικτα ταῦτα εἶναι ἔφασκεν, ὥσπερ ἔλαιον καὶ ὕδωρ. Quod Empedocles dicitur negasse, vacuum esse in mundo, id comprobatur etiam aliis locis non paucis, vt *Aristotelis* [11]): ἔνιοι τῶν μὴ φασκόντων εἶναι κενὸν, οὐδὲν διώρισαν περὶ κούφου καὶ βαρέως· οἷον Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς. *Plutarchi* [12]): οἱ ἀπὸ Θάλεω φυσικοὶ πάντες μέχρι Πλάτωνος τὸ κενὸν ἀπέγνωσαν. Ἐμπεδοκλῆς,

οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει, οὐδὲ περισσόν.

Ita enim legendum putabam cum *Theodoreto* *) pro οὐδέν τι τοῦ π. κενὸν π. *Simplicii* [13]): Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ἔλεγον εἶναι κενόν. Item [14]): εἴπερ ὅλως οὐδέν ἐστι κενὸν, οὔτε κεχωρισμένον οὔτ' ἐνεσπαρμένον, οὐδ' ἐκτείνεται τὰ σώματα, ὡς οἱ περὶ Δημόκριτον τῇ ἐναπολήψει τοῦ κενοῦ

11) de coelo 4, 2. Paululum mutata repetit *Aristotelis* verba *Simplicius* ad h. l. fol. 167. b.

12) plac. philos. 1, 18. in quo loco Cel. *Heeren* ad *Stobae.* ecl. phys. 19, p. 380. non immerito suspecta habet verba *μέχρι Πλ.*

*) de Graec. affect. curatione diss. IV. Vol. IV. opp. p. 796.

13) ad *Aristot.* de coelo 3, fol. 156. a.

14) ibid. fol. 155. b.

ἐκτείνεσθαί φασιν αὐτὰ, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν καὶ τὰ μικτὰ φυλάττει, ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας ἐβουλήθησαν. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ταῦτα λέγοντες. *Bruckerus* [15]) ex alio loco *Plutarchi* [16 a]) sequi dicit, non dari vacuum extramundanum, quale tamen admiserit schola Pythagorea. Non igitur recordatus videtur illorum locorum, quos modo attuli, vbi omnino vacuum negatur. Cum eadem illa de poris doctrina cohaeret Empedoclis sententia de ratione, qua fiat, vt arbores retineant folia. *Plutarchus* [16 b]): ἔνιοι μὲν ὁμαλότητι πράσεως οἴονται παραμένειν τὸ φύλλον· Ἐμπεδοκλῆς δὲ πρὸς τούτῳ καὶ πόρων τινὰ συμμετρίαν αἰτιᾶται, τεταγμένως καὶ ὁμαλῶς τὴν τροφὴν διιέντων, ὥστ' ἀρκούντως ἐπιῤῥεῖν. Eodem pertinet placitum de colore, quem auctoribus *Plutarcho* [17]), *Stobaeo* [18]) et *Galeno* [19]) putabat esse τὸ τοῖς πόροις τῆς ὄψεως ἐναρμόττον. Apud *Stobaeum* addita reperiuntur haec: τέτταρα δὲ τοῖς στοιχείοις ἰσάριθμα, λευκὸν, μέλαν,

15) hist. crit. philos. T. I. p. 1114.
16 *a*) quem supra attuli §. 11. ad n. 63. p. 276.
16 *b*) sympos. 3, 2, 2. T. II. opp. p. 649. C.
17) plac. philos. 1, 15.
18) ecl. phys. 17, p. 362. et 364.
19) hist. philos. c. 10. Cf. paulo post ad n. 21.

ἐρυθρὸν, ὠχρόν. quod dogma *Plutarchus* in vniuersum Pythagoreis tribuit. Scilicet statuebat omnium rerum extra nos positarum emanationes quasdam, ἀποῤῥοίας siue ἀποῤῥοὰς, h. e. species ex rebus ipsis quasi emanantes, et per visus poros siue meatus in nos penetrantes. *Plutarchus* [20]): σκόπει δὴ, κατ' Ἐμπεδοκλέα,

γνοὺς ὅτι πάντων εἰσὶν ἀπόῤῥοιαι ὅσσ' ἐγένοντο.

Plato [21]): ΣΩ. οὐκοῦν λέγετε ἀποῤῥοάς τινας τῶν ὄντων κατὰ Ἐμπεδοκλέα; MEN. σφόδρα γε. ΣΩ. καὶ πόρους, εἰς οὓς καὶ δι' ὧν αἱ ἀποῤῥοαὶ πορεύονται; MEN. πάνυ γε. ΣΩ. καὶ τῶν ἀποῤῥοῶν τὰς μὲν ἁρμόττειν ἐνίοις τῶν πόρων, τὰς δὲ, ἐλάττους ἢ μείζους εἶναι; MEN. ἔστι ταῦτα. ΣΩ. οὐκοῦν καὶ ὄψιν καλεῖς τι; MEN. ἔγωγε. ΣΩ. ἐκ τούτων δὴ σύνες ὅ τι λέγω, ἔφη Πίνδαρος. ἔστι γὰρ χρόα, ἀποῤῥοὴ σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός. *Alexander Aphrodisiensis* [22]): λέγει (Aristoteles) τὸν αὐτὸν (np. Ἐμπεδοκλέα) ποτὲ μὲν τὸ ἀπὸ τῆς ὄψεως ἐκπεμπόμενον φῶς αἰτιᾶσθαι τοῦ ὁρᾶν, ποτὲ δὲ ἀποῤῥοίας τινὰς ἀπὸ

20) quaestt. natural. T. II. opp. p. 916. C.
21) in Menone T. II. opp. p. 76. C. D.
22) ad *Aristot.* de sensu fol. 97. a. Cf. fol. 103. a.

τῶν ὁρωμένων. Ex eadem hypothesi explicasse narratur species rerum, quas in speculo videmus. *Plutarchus* [23]) et *Galenus* [24]): Ἐμπεδοκλῆς κατὰ ἀποῤῥοίας μὲν τὰς συνισταμένας ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κατόπτρου, τελειουμένας δὲ ὑπὸ τοῦ ἐκκρινομένου ἐκ τῆς κατόπτρου [25 a]) πυρώδους, καὶ τὸν προκείμενον ἀέρα εἰς ὃν φέρεται τὰ ῥεύματα συμμεταφέροντος. Exp. *Kühnius* [25 b]) ita interpretatur: „Empedocles cernere nos arbitra„batur imagine rei externae visu perçipien„dae ad oculos nostros translata: ipsam vero „imaginem a radiis formari ex omni re visu „percipienda oculos ingressis, ibique a vi „quadam iguea, aërem, in quem ista efflu„uia ferrentur, simul transferente, collectis „atque dispositis." Sed haec interpretatio dubito an se probare viris eruditis possit. Plura ex hoc genere afferenda sunt infra, vbi Empedoclis de visu placita exponere animus est.

Plantarum causam Empedocli fuisse litem et amicitiam, videtur tradere voluisse *Themistius* [26]), vbi dicit: „terra ex se nec plantam

23) plac. philos. 4, 14.

24) hist. philos. c. 25.

25 *a*) Verba τελειουμένας — κατόπτρου perperam omissa sunt in *Galeni* libris. Sed pro τ. κατόπτρου legendum videtur τοῦ ὀφθαλμοῦ.

25 *b*) in laudata diss. p. 37.

26) paraphras. in duodecimum librum *Aristot.* de prima

„producit, nec semen vllum, at sol mouet „terram ceteraque elementa, et semina ad plan„tam generandam. Hinc veritatis vi conuin„citur, ponentes materiam omnia praecedere, „velint nolint causam actu existentem adesse „fateri, vt — Empedocles litem et amicitiam.“ De incremento plantarum Empedoclis placitum supra iam *Aristotelis* et *Simplicii* verbis exposui [27]). Non vero pigebit hic legisse verba *Themistii* [28]): Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ, τὴν αἰτίαν τῆς αὐξήσεως ἀνάπτων ταῖς ῥοπαῖς τῶν στοιχείων, οὐ τῇ ψυχῇ. τὰ γὰρ φυτά φησι κάτω μὲν ῥιζοῦσθαι, διὰ τὸ τὴν γῆν φέρεσθαι κάτω, καὶ ὅσον ἐν αὐτοῖς μᾶλλον γεώδες· ἄνω δὲ, τοῖς κλάδοις, καὶ ὅσον ἐν αὐτοῖς μᾶλλον πυρῶδες. οὔτε γὰρ τὸ ἄνω καὶ κάτω καλῶς λαμβάνει. οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ πᾶσι τὸ ἄνω καὶ κάτω, ἀλλ' ἡμῖν μὲν ταυτὸν τὸ ἄνω, ὅπερ καὶ ἐν τῷ παντί· τοῖς φυτοῖς δὲ, τοὔμπαλιν ἔχει. τὸ γὰρ κάτω τοῦ παντὸς, ἐκείνοις ἄνω ἐστίν· ὃ γὰρ ἡ κεφαλὴ τῷ ζώῳ, τοῦτο ἡ ῥίζα τῷ φυτῷ, εἰ χρὴ τὰ ὄργανα

philosophia p. 11. Alia de plantarum origine dedi infra §. 14. ad n. 73. sqq.

27) §. 12. extr. Verba *Theophrasti* non dissimilia allata sunt ibid. ad n. 54. p. 317.

28) ad *Aristot.* de anima 2, 4. fol. 76. b.

λέγειν ἕτερα καὶ ταυτὰ τοῖς ἔργοις. ὥσπερ οὖν τοῖς ζώοις ἡ κεφαλὴ ἄνω, ἐν ᾗ τὸ στόμα καὶ τὰ ὄργανα τὰ πρὸς τροφὴν, οὕτω τοῖς φυτοῖς αἱ ῥίζαι ἄνω, δι' ὧν ἕλκουσι τὴν τροφήν. ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ἄν τις παρὰ Ἐμπεδοκλέους οὕτω λέγοντος ἐπιζητήσειε· τί τὸ συνέχον εἰς τἀναντία φερόμενα τό τε πῦρ καὶ τὴν γῆν. διασπασθήσεται γὰρ ἐπὶ τὰ ἀντικείμενα, γενομένης τῆς φορᾶς τῶν στοιχείων, εἰ μὴ τὸ συνέχον ἄμεινον ἔσται, καὶ διακρατήσει τὰς ἀντικειμένας ῥοπάς· τοῦτο δὲ οὐ τῶν στοιχείων ἄν τι εἴη, ἀλλὰ ψυχή· εἰ δὲ τοῦτο, αὕτη αἰτία τοῦ αὐξάνεσθαι καὶ τοῦ τρέφεσθαι, οὐ τὰ στοιχεῖα. Ἐμπεδοκλῆς μὲν οὖν τὴν γῆν καὶ τὸ πῦρ τῆς αὐξήσεως αἰτιᾶται. In eandem sententiam disputat *Iohannes Philoponus* [29]), nisi quod etiam ostendit, quomodo quis defendere Empedoclem aduersus Aristotelem possit: πρὸς ὃ τις ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογούμενος ἐρεῖ, ὅτι ἐκεῖνος τὸ ἄνω καὶ κάτω ὡς πρὸς τὸ πᾶν ἔλεγεν. αἱ μὲν γὰρ ῥίζαι ὡς ἐπὶ τὸ κέντρον αὐξουσαι· τὸ δὲ λοιπὸν, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανόν. Et sane Aristoteles de hoc quoque Empedocleo dogmate nimis sophistice argutatus videtur. Porro Empedocles tribuisse

29) ad *Aristot.* de anima 2. H, 15. 16. (fol. 64. a. b.)

plantis dicitur mentem, sensum, cupiditatem, et alia animalium attributa. *Aristoteles* [30]: *Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐπιθυμίᾳ ταῦτα* (np. *τὰ φυτὰ*) *κινεῖσθαι λέγουσιν, αἰσθάνεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι διαβεβαιοῦνται. — ὁ Ἀναξαγόρας, καὶ ὁ Δημόκριτος, καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ νοῦν καὶ γνῶσιν ἔχειν εἶπον τὰ φυτά.* *Simplicius* [31]: *ἔνιοι καὶ τὰ φυτὰ* (np. *ἐδόκουν ταῖς λογικαῖς ζωοῦν* [32]) *ψυχαῖς*), *ὡς Ἐμπεδοκλῆς.* *Plutarchus* [33]: *Πλάτων, Ἐμπεδοκλῆς, καὶ τὰ φυτὰ ἔμψυχα καὶ ζῶα. φανερὸν δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ σαλεύεσθαι, καὶ ἐντεταμένους ἔχειν τοὺς κλάδους, καὶ ἐν ταῖς ἐπαναγωγαῖς εἴκειν, καὶ πάλιν σφοδρῶς ἀναχαλᾶσθαι, ὥστε καὶ συνέλκειν βάρη* [34]). Videatur quidem his aduersari *Plutarchus*, *τηρεῖται*, inquiens [35]), (np. *ἡ φύσις*) *τοῖς μὲν*

30) de plantis 1, 1.

31) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 19. b.

32) Quodsi vera est lectio, *ζωοῦν* potest accipi pro infinitiuo verbi antiqui *ζωόω*.

33) plac. philos. 5, 26.

34) Ita Cel. *Beckius* e *Galeni* hist. philos. c. 38. edidit pro monstro lectionis *πάλιν σπονδιὸς ἀναχαλασθέν· ὥστε καὶ συνελθεῖν*, quanquam *Galenus* pro *Πλάτων*, *Ἐμπ.* habet *Θαλῆς καὶ Πλάτων*.

35) Sympos. 6, 2, 2. T. II. opp. p. 688. A.

φυτοῖς ἀναισθήτως ἐκ τοῦ περιέχοντος, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, ὑδρευομένοις τὸ πρόσφορον· ἡμᾶς δὲ ἡ ὄρεξις ζητεῖν διδάσκει καὶ διώκειν τὸ ἐκλεῖπον τῆς κράσεως. Verum ex his omnibus nihil ad Empedoclem pertinere putabam, nisi vocabulum τοῦ περιέχοντος, h. e. τοῦ οὐρανοῦ [36]). Et, quod caput rei est, *Sextus Empiricus* [37]) seruauit ipsius Empedoclis versum, e quo apparet, vera tradidisse *Aristotelem* vel quisquis scripsit libellos de plantis. Verba *Sexti* sunt: ῥητῶς ὁ Ἡράκλειτός φησι τὸ μὴ εἶναι λογικὸν τὸν ἄνθρωπον, μόνον δ' ὑπάρχειν φρενῆρες τὸ περιέχον. ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἔτι παραδοξότερον πάντα ἠξίου λογικὰ τυγχάνειν, καὶ οὐ ζῶα μόνον, ἀλλὰ καὶ φυτὰ, ῥητῶς γράφων·

πάντα γὰρ ἴσθι φρόνησιν ἔχειν, καὶ νώματος αἶσαν.

Ex hoc loco aliisque argumentis *Bruckerus* demonstratum ibat [38]), Empedoclem docuisse animam mundi, ob quem conatum ille reprehensus fuit a *Tiedemanno* [39]) et aliis. Et profecto, quamuis *Bruckeri* opinionem non omni-

36) v. supra §. 12. ad n. 9. 10. et §. 13. ad n. 13. p. 322.

37) adu. Mathematt. 8, 286.

38) hist. crit. philos. T. I. p. 1113. sq. Cf. infra §. 15. ad n. 106.

39) Syst. des Emped. p. 70. sq.

no ineptam putandam esse arbitrer, malim ego tamen ex iis rem explicare, quae supra [40]) ducibus scriptoribus antiquis Empedoclem de elementorum vi cognoscendi statuisse ostendi. Denique docuisse quidem legitur Empedocles, plantas aeque atque animalia generare, et genus in illis vtrumque reperiri, masculinum et femininum, sed commixta esse haec duo genera. *Aristoteles* [41]): ὁ Ἐμπεδοκλῆς γένος ἐν τούτοις (τοῖς φυτοῖς) κεκραμένον εἶναι ἐδόξασεν. Item [42]): ζητητέον — τοῦτό ἐστιν, ὅπερ εἶπεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἤγουν εἰ εὑρίσκεται ἐν τοῖς φυτοῖς γένος θῆλυ καὶ γένος ἄρρεν, καὶ εἰ ἔστιν εἶδος κεκραμένον ἐκ τούτων τῶν δύο γενῶν. — πάλιν ὀφείλομεν ζητεῖν, πότερον εὑρίσκονται ταῦτα τὰ δύο γένη κεκραμένα ἅμα ἐν τοῖς φυτοῖς, ὡς εἶπεν Ἐμπεδοκλῆς. — εἶπε πάλιν Ἐμπεδοκλῆς, ὅτι τὰ φυτὰ, εἰ καὶ νεοσσοὺς (ita enim legendum pro νεοσσὸς) οὐ γεννῶσι· διότι τὸ γεννώμενον οὐ γεννᾶται, εἰ μὴ ἐκ τῆς φύσεως τοῦ σπέρματος, καὶ ὅπερ μὲν εἰ ἐξ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀρχῇ τροφὴ γίνεται τῆς ῥίζης, καὶ τὸ γεννώμενον κινεῖ αὐτὸ ἑαυτὸ

40) §. 9. n. 179 — 194. p. 205. sqq. Cf. §. 15. ad n. 106.
41) de plantis 1, 1.
42) ibid. 1, 2.

παραυτίκα· ὅμως οὔπως ὀφείλομεν ὑπολαμβάνειν καὶ ἐν τῇ μίξει τῶν ἀῤῥένων καὶ τῶν θηλέων φυτῶν, ὡς ἐπὶ τῶν ζώων, ὅτι καὶ ἡ μίξις τῶν φυτῶν ἐστιν ἐν διοικήσει τινί. — εἶπε πάλιν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ὅτι τὰ φυτὰ ἔχουσι γένεσιν ἐν κόσμῳ ἐλαττωμένῳ, καὶ οὐ τελείῳ κατὰ τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ, ταύτης δὲ συμπληρουμένης οὐ γεννᾶται ζῶον. Non me pudet fateri, me sensum horum verborum non satis capere. Primo enim non video, quomodo cohaereant verba ζητητέον — δύο γενῶν. Neque enim Empedocles putandus est ipse voluisse rem dubiam tradere, cum paulo post dixisse perhibeatur, vtrumque sexum commixtum esse in plantis. Aeque male cohaerent verba ὅτι τὰ φυτὰ — διοικήσει τινὶ, quod quilibet vel non monitus sentiet. Offendit me in his verbis etiam vocabulum ὅπερ, quod post coniunctionem καὶ positum est, pro quo debebat esse δι' ὅπερ siue διόπερ aut διότι, et in superioribus pluralis εὑρίσκονται cum nomine neutro plurali. Denique in verbis postremis non intelligo, quis sit κόσμος ἐλαττωμένος, et quomodo hic dici possit οὐ τέλειος κατὰ τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ, et quomodo τῆς συμπληρώσεως συμπληρουμένης non nascatur animal. Itaque non dubito eorum sequi sen-

tentiam, qui libros illos de plantis, quos vulgo tanquam Aristotelicos circumferri constat, negant ab *Aristotele* profectos esse [43]), praesertim cum *Aristoteles* alio loco [44]) de Empedoclis placito luculentius tradiderit haec: *ἐν μὲν οὖν τοῖς ζώοις πᾶσι τοῖς πορευτικοῖς κεχώρισται τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, καὶ ἔστιν ἕτερον ζῶον θῆλυ, καὶ ἕτερον ἄρρεν, τῷ δὲ εἴδει ταυτόν· οἷον ἄνθρωπος ἀμφότερα. ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς μεμιγμέναι αὗται αἱ δυνάμεις εἰσὶ, καὶ οὐ κεχώρισται τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος. διὸ καὶ γεννᾷ αὐτὰ ἐξ αὑτῶν, καὶ οὐ προΐεται γονὴν, ἀλλὰ κύημα, τὰ καλούμενα σπέρματα. καὶ τοῦτο καλῶς λέγει Ἐμπεδοκλῆς ποιήσας·*

αὕτως δ' ὡσοπεῖ μικρὰ δένδρεα πρῶτον ἐλαίας.

Quem versum ita interpretatur *Iohannes Philoponus* [45]): *λέγει δὲ μικρὰ δένδρεα, καὶ ἐλαίας τὰς πυρίνας, ὧν τὸ περικάρπιον ἐσθίομεν· ἀντὶ οὖν τὸ* (leg. *τοῦ*) *εἰπεῖν, οὕτως καὶ δένδρεα αἱ ἐλαῖαι γεννῶσιν ἐλαίας, ὧν ἐν τῇ γῇ αἱ πυρῖναι σπαρεῖσαι, πρῶτον μὲν γίνονται ἐξ αὐτῶν μικρὰ δένδρα, εἶθ'*

43) v. c. *Iul. Caes. Scaliger*, cuius praeclari in istos libellos commentarii prodierunt Geneuae 1566. fol.

44) de generatione animalium 1, 23.

45) ad *Aristot.* de generat. animam. l. l. fol. 31. a. b.

οὕτω ἐλαῖαι, εἶπεν, οὕτω δ' ὠοτοκεῖ. διὰ γὰρ τὸ εἶναι τὸ ὠὸν, οὐ τὸ ὑπηνέμιον, ἀλλὰ τὸ ἐξ ὀχείας γεγονὸς, κύημα, εἶναι δὲ καὶ ἑκάστην τῶν πυρινῶν κύημα, τροπῇ χρησάμενος ὡς ποιητὴς, εἴρηκε τὰς ἐλαίας, αὐτὰ φημὶ τὰ ἤδη καρποφορεῖν δυνάμενα δένδρα, ὄρνιθας ὠοτοκούσας, τικτούσας δὲ οὐχὶ ὠὰ, ἀλλὰ ἐλαίας [46]). δένδρα δὲ μικρὰ ἐκάλεσεν αὐτὰς, ὅτι δυνάμει δένδρα εἰσίν. ὥσπερ δὲ, φησὶ (Aristoteles, cuius verba vulgo vitiose edi solita, ex his *Philoponi* possunt emendari), μέρος μέν τι τοῦ ὠοῦ γίνεται νεοττὸς, μέρος δέ τι καταλιμπάνεται, εἰς τροφὴν τοῦ νεοττοῦ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν μέρος μέν τι γίνεται βλάστη, μέρος δέ τι τροφὴ τῆς βλάστης, ἤτινι (ita lego pro ἤ τινι) τροφὴ ἐπιγίνεται καὶ ἄλλη καθ' ἑκάστην ἐκ τῆς γῆς, καὶ οὕτω καταβραχὺ αὔξεται ἡ βλάστη. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο εἴη ἂν τὸν Ἐμπεδοκλέα εἰπεῖν τὰς ἐλαίας ὠοτοκεῖν. Iam negari quidem nequit, *Philoponum* nomen ἐλαίας bene explicasse de fructu, non de arbore, oleae, atque adeo de nucleo vel ossiculo oliuae, et vero etiam bene obseruasse poeticam dicendi formam, qua

46) Sic enim rescribere ausus sum pro δένδρα ὄρνιθας ὠοτοκούσας, οὐχὶ ὠὰ, ἀλλὰ ἐλαίας, δένδρ.

oleae comparantur cum volucribus oua parientibus. Sed reliquam eius interpretationem nemo concoquet, qui intellexerit, eum verba μικρὰ δένδρεα accepisse in accusatiuo, cum oporteat ea vt nominatiuos accipi, quoniam alias desit subiectum, ad quod referatur verbum ὠοτοκεῖ. Excusari tamen *Philoponus* facile ab eo poterit, qui eum perpenderit depraua ta lectione, quae in *Aristotelis* quoque libris regnat, deceptum fuisse. Legendum enim esse μακρὰ δένδρεα, h. e. *arbores adolefactae, procerae*, manifesto docet hic locus *Theophrasti* [47]): οὐ κακῶς Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε, φάσκων ὠοτοκεῖν μακρὰ δένδρα. παραπλησία γὰρ τῶν σπερμάτων ἡ φύσις τοῖς ὠοῖς. πλὴν ἔδει περὶ πάντων (intell. φυτῶν) εἰπεῖν, καὶ μὴ μόνον τῶν δένδρων. Caeterum non negligendum est, etiam a recentioribus Botanicis germen fructus, quod infimum locum occupat in plantarum pistillo, nominari *ouarium*. Quemadmodum autem paulo ante oleam Empedocles nominasse videtur pro arboribus in vniuersum, ita aliis in locis laurum eodem modo adhibuisse reperitur. *Plutarchus* [48]): οὐ μόνης, ὡς ἔοικε, κατ' Ἐμπεδοκλέα τῆς δάφνης τῶν φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθαι χρὴ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων

47) de causis plantarum 1, 7.

48) sympos. 3, 1, 2. T. II. opp. p. 646. D.

φείδεσθαι δένδρων ἁπάντων. Versum philosophi, qui haud dubie in his verbis latet, potes vel ita constituere:

τῆς δάφνης χρὴ τῶν φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθαι,

vel sic:

χρὴ τῆς δάφνης τῶν φ. ἀ. π. ἔχ.

Cur vero laurum potissimum nominauerit, et cur ab eius foliis abstineri iusserit, nemo veterum attulit causam. Iam non ego quidem contemnendum putarem commentum, si quis Empedoclem diceret ideo sic docuisse, quia veteres omnino laurum putauerint arborem inprimis sacram, quippe quam obseruassent egregie valere ad sanandos morbos permultos [49]), et vero etiam saepe ea ad superstitionem abusi sint [50]), verbi causa lauri folia noctu puluino supposita opinati vim habere somnia vera et veridica efficiendi [51]). Fateor tamen mihi magis placere, vt causa repetatur ab illa Empedoclis opinione, qua plantis facultatem sentiendi et intelligendi, laetandi item atque dolendi tribuebat [52]), et laurum specia-

49) v. *Ioh. Gerardi Wagneri* laurus ex omni antiquitate eruta, Helmst. 1732. 8. p. 144 — 170. et *Mich. Gottli. Agnethleri* diss. de lauro, Hal. 1751. 4. p. 14 — 35.

50) v. *Wagner.* l. l. p. 89 — 112. et *Agnethler* p. 39 — 42.

51) v. *Fulgentii* mytholog. 1, 15. p. 46. Tom. II. mythographor. *Munckeri.*

52) de qua sententia paulo ante exposui ad n. 30. sqq.

tim existimasse fertur eam arborem esse, in quam, si tamen in plantam aliquam transeundum esset, optime migraret hominis anima. *Aelianus* [53 a]): *λέγει καὶ Ἐμπεδοκλῆς, τὴν ἀρίστην εἶναι μετοίκησιν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὲν εἰς ζῶον ἡ λῆξις αὐτὴν* [53 b]) *μεταγάγοι, λέοντα γίνεσθαι· εἰ δὲ εἰς φυτὸν, δάφνην. ἃ δὲ Ἐμπεδοκλῆς λέγει, ταῦτ' ἐστιν·*

ἐν θηρσὶ δὲ λέοντες ὀρειλεχέες γαμαιεῦναι
γίνονται, δάφναι δ' ἐνὶ δένδρεσιν ἠυκόμοισιν.

Quae Empedoclis verba, vt id obiter commemorem, dubium saltem esse potest annon rectius putentur ad originem animalium plantarumque a philosopho nostro descriptam referenda, ita vt *γίνονται*, praesens, vim praeteriti habeat. In ista enim descriptione potuit ille recte praecipuam ex vtroque genere speciem nominare, reliquas tamen non exclusas velle. Fingere etiam potuit, primos inter feras ortos esse leones, inter arbores lauros. Atque sic nouam causam haberemus, cur lauri potissimum mentionem fecerit, vbi omnes arbores vellet intelligi. Caeterum dubitari adeo potest, an vere Empedoclei sint illi versus. v. ad vers. 227. Ad animalia referuntur

53 *a*) hist. animm. 12, 7.

53 *b*) Cel. *Schneiderus*, *Gesnerum* secutus, edidit *αὐτὸν*, quod sane mihi quoque placebat.

plantae atque adeo arbores ex mente Empedoclis, in his quoque locis. *Plutarchus* [54]) et *Galenus* [55]): Ἐμπεδοκλῆς πρῶτα τῶν ζώων τὰ δένδρα ἐκ γῆς ἀναδῦναί [56]) φησι, πρὶν τὸν ἥλιον περιαπλωθῆναι, καὶ πρὶν ἡμέραν καὶ νύκτα διακριθῆναι· διὰ δὲ συμμετρίας τῆς κράσεως τὸν τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος περιέχειν λόγον, αὔξεσθαι δ' ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ γῇ θερμοῦ διαιρουμένου, ὥστε γῆς εἶναι μέρη, καθάπερ καὶ τὰ ἔμβρυα τὰ ἐν τῇ [57]) γαστρὶ, τῆς μήτρας μέρη. τοὺς δὲ καρποὺς περιττεύματα [58]) εἶναι τοῦ [59]) ἐν τοῖς φυτοῖς ὕδατος καὶ πυρός· καὶ τὰ μὲν ἐλλιπὲς ἔχοντα τὸ ὑγρὸν, ἐξικμαζομένου αὐτοῦ [60]) τῷ θέρει φυλλορροεῖν, τὰ δὲ πλείονα παραμένειν [61]), ὥσπερ ἐπὶ τῆς [62]) δάφνης, καὶ τῆς ἐλαίας, καὶ τοῦ φοίνικος [63]). τὰς δὲ διαφορὰς τῶν χυμῶν, παραλλαγὰς

54) plac. philos. 5, 26.
55) hist. philos. c. 38.
56) *Galen.* ἐκ τῆς γῆς ἀναφῦναι.
57) *Galen.* articulum τῇ et καὶ post καθάπερ omittit.
58) *Galen.* habet περιττώματα.
59) τοῦ recte legitur ap. *Galen.* Itaque addidi.
60) *Galen.* τούτου.
61) *Galen.* addit verba ἀεὶ φύλλοις τεθηλότα.
62) Articulum τῆς omittit *Galenus.*
63) Ap. *Galen.* desunt verba καὶ τοῦ φοίνικος.

τῆς πολυμερείας, καὶ τῶν φυτῶν [64]) γίνεσθαι, διαφόρους ἐχόντων [65]) τὰς ἀπὸ τοῦ τρέφεσθαι ὁμοιομερείας [66]), ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων. οὐ γὰρ αἱ διαφοραὶ τούτων χρηστικὸν οἶνον ποιοῦσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ τρέφοντος ἐδάφους [67]). *Reiskius* ab initio pro πρὶν τὸν ἥλιον περιαπλωθῆναι, quod verbum negat satis conuenire soli, quippe qui terram amicire dici nequeat, legendum censet πρὶν τὸν ἥλιον περιπυκληθῆναι aut περιπυκλωθῆναι καὶ τὸν ἀέρα περιαπλωθῆναι. Sed multo magis mihi probatur *Beckii* V. C. ratio, cui verbum περιαπλωθῆναι, ad solem relatum, videtur ex poetica Empedoclis oratione desumtum esse. Nam etiam *Tzetzes*, qui primam placiti Empedoclei partem refert, vtitur verbo simplici ἁπλωθῆναι. Refert autem

64) Ita recte edidit *Beckius* e *Galeno* pro τῶν αἰτίων, et sensum verborum τὰς δὲ — γίνεσθαι dicit esse hunc: ex succorum (qui ex elementis scil. oriuntur) diuersitate oriri varietatem multarum partium, etiam in plantis.

65) Ap. *Plutarch.* vulgo legitur διαφορὰς ἐχόντων, et ap. *Galen.* διαφόρων, ἐλκόντων. Ego *Beckium* sum secutus.

66) Vulgo in *Plut.* est τοῦ τρέφοντος πολυμερείας, in *Galeno* τῶν τρεφόντων ὁμοιομερείας. Sed τοῦ τρέφεσθαι est e Cod. Mosqu. *Plut.*

67) *Galen.* αἱ διαφ. τ. ποιοῦσι τὸν οἶνον διαλλάττοντα, ἀλλὰ τοῦ τρέφοντος ἐδάφους. Vulgaris lectio ap. *Plut.* est χρηστ. οἶν. π. ἀλλ' ἐκ τοῦ τρέφεσθαι ἐδάφους.

sic [68 a]): Ἐμπεδοκλῆς καὶ πρὸ τοῦ ἁπλωθῆναι τὸν ἥλιον φησὶ φυτὰ γενέσθαι καὶ ζῶα. Iam cum ἁπλοῦμαι in Gloss. vett. explicetur verbo *panidor*, cum apud *Pollucem* [68 b]) verba ἐκτεῖναι, προτεῖναι, ἁπλῶσαι, καλάσαι synonyma sint, et opponantur συναγαγεῖν, συστεῖλαι, συγκάμψαι, cumque a *Phaeorino* [69]) verbum ἁπλῶ significare dicatur τὸ ἐπ' εὐθείας τὰς παλάμας ἐκτείνω, cum denique *Cicero* [70]) Vergilius dicat praepandere hiberni temporis ortus, et apud *Lucretium*, [71]) clara lumina menti praepandere significet clare docere: non video, cur non formula πρὸ τοῦ ἁπλωθῆναι siue πρὶν περιαπλωθῆναι τὸν ἥλιον verti possit *antequam solis radii panderentur*, *antequam sol lucere primum inciperet*, prorsus vt in Mosaica de origine mundi historia plantae et arbores prius dicuntur natae esse quam sol et luna. Supra enim vidimus [72]), Empedoclem germinum auctorem existimasse aërem, et radicum causam terram.

De animalibus in Empedoclis de rerum

68 *a*) ad *Hesiodi E. n. H.* p. 40. a.
68 *b*) onomast. 5, 168.
69) in v. ἁπλᾶ.
70) in Arateis v. 40. ed. *Ernest.*
71) 1, 145.
72) §. 12. ad n. 34. p. 317. Cf. p. 361.

natura carmine multa tradita fuisse, cum per se intelligatur, tum multi veterum scriptorum loci satis declarant. Inprimis autem diligenter eum versatum esse in exponendis parvorum animalium et reptilium historiis ac naturis, verisimile ex eo fit, quod *Plinius* se in conficiendo libro historiae naturalis vndecimo, vbi de paruis illis animalibus agit, praeter alios etiam Empedocle dicit vsum esse, in reliquis autem libris, quibus aliorum animalium historiae continentur, nullam in indice auctorum, quos in quolibet libro secutus sit, eius mentionem facit. Vt igitur primo, quae fuerit Empedoclis de origine animalium sententia, videamus, legitur ille docuisse, animalia ab initio fuisse manca necdum e membris coniunctis composita, deinde ista membra disiuncta casu *) coiisse, tum eas partes coniunctas fuisse, quae ex se inuicem nascerentur, vel potius, quae inter se congruerent, tandem animalia non amplius orta esse ex particulis similibus, tanquam ex aqua et terra, sed per generationem. *Plutarchus* [73]) et *Galenus* [74]): Ἐμπεδοκλῆς τὰς πρώτας γενέσεις τῶν ζώων καὶ φυτῶν μηδαμῶς ὁλοκλήρους γενέσθαι, ἀσυμφυέσι δὲ τοῖς μορίοις διεζευ-

*) Cf. quae infra ad n. 106. sqq. posui, cum verbis *Philoponi* supra §. 10. ad n. 48. p. 230. allatis.

73) plac. philos. 5, 19.

74) hist. philos. a. 35.

γμένας· τὰς δὲ δευτέρας, συμφυομένων τῶν μερῶν εἰδωλοφανεῖς [75])· τὰς δὲ τρίτας, τῶν ἀλληλοφυῶν· τὰς δὲ τετάρτας [76]), οὐκ ἔτι ἐκ τῶν ὁμοίων, οἷον [77]) ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, ἀλλὰ δι' ἀλλήλων ἤδη, τοῖς μὲν πυκνωθείσης τῆς τροφῆς [78]), τοῖς δὲ τῆς εὐμορφίας τῶν γυναικῶν, ἐπερεθισμὸν τοῦ σπερματικοῦ κινήματος ἐμποιησάσης. Pleraque animalium membra casu orta putasse Empedoclem, constans traditio est. *Aristoteles* [79]): Ἐμπεδοκλῆς — τὰ μόρια τῶν ζώων ἀπὸ τύχης γενέσθαι τὰ πλεῖστα φησίν. *Themistius*, vbi eadem retulit, addit haec [80]): ἀλλ' οὗτος μὲν εἰς μικρὰ αὐτῇ καταχρώμενος, εἰ μηδὲν (fort. μηδένα) αὐτῆς πεποίηται λόγον, ἥττονος ἄξιος κατηγορίας ἂν εἴη. Similia iisdem *Aristotelis* verbis adiecit *Iohannes Philoponus* [81]), sed statim post φασὶν, vt male apud ipsum legitur pro φησὶν, sequuntur ista:

75) Verba τὰς δὲ δευτέρας — εἰδωλοφανεῖς male omisit *Galenus*.

76) Ita haud dubie legendum est pro τέτταρας.

77) *Galen.* perperam οἵτε.

78) h. e. cibo copiosiore s. largius sumto, interprete *Beckio*.

79) physic. 2, 4.

80) ad *Aristot.* phys. 2, fol. 25. b.

81) ad *Aristot.* l. l. 6, 9. v. supra §. 9. p. 196.

ὡς ἂν εἰ ἀπὸ προνοίας ἐγένοντο. Idem *Philoponus* alio loco [82]): ἐν παρεκβάσει ἀπορεῖ (Aristoteles) πρὸς Ἐμπεδοκλέα, εἰκότως ἐκ τῶν εἰρημένων, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς κράσεως τῶν στοιχείων ἔλεγε γίνεσθαι τὰ τῶν μορίων τῶν ζώων εἴδη. ἔλεγε γὰρ ὅτι ὅδε μὲν ὁ λόγος τῶν στοιχείων ποιεῖ σάρκα, ὅδε (insere δὲ) ὀστοῦν, ἄλλος δὲ ἄλλο τι. His positis facile intelligitur illa Empedoclis sententia, qua ab initio multa monstra orta esse credidit, h. e. figuras ex hominis et bouis aliorumque animalium membris compositas *), neque raro partes nonnullas casu ita apte coniunctas fuisse, vt nunc quoque seruari et generando propagari possint, reliquas vero, monstrosas illas et inutiliter inepteque iunctas, periisse. v. c. spinam dorsi olim casu natam esse rigidam et articulis omnibus carentem, cum autem aliquando spina quaedam fracta fuisset, factum esse vt articuli inde ab illo tempore manserint. *Aristoteles* [83]): ὅπου μὲν οὖν ἅπαντα συνέβη, ὥσπερ κἂν εἰ ἕνεκά τοῦ ἐγίνετο, ταῦτα

82) ad *Aristot.* de anima 1. E, 4. (fol. 34. b.) Omnino de fortuito rerum ortu v. §. 9. ad n. 157 — 164. p. 193. sqq.

*) *Festus:* „Monstra dicuntur naturae modum egredien„tia, vt serpens cum pedibus, auis cum quatuor alis, ho„mo duobus capitibus."

83) physic. 2, 8.

μὲν ἐσώθη ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου συστάντα ἐπιτηδείως· ὅσα δὲ μὴ οὕτως, ἀπώλετο καὶ ἀπόλλυται, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγει τὰ βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρωρα. Item [84]): Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ὀρθῶς εἴρηκε λέγων, ὑπάρχειν πολλὰ τοῖς ζώοις, διὰ τὸ συμβῆναι οὕτως ἐν τῇ γενέσει· οἷον καὶ ῥάχιν τοιαύτην ἔχειν, ὅτι στραφέντος κατεαγῆναι συνέβη. Ill. *Platnerus* [85]) his locis vsus est, vt ostenderet, Empedoclem atheum fuisse. Poterat etiam pluribus similibus vti. *Aelianus* enim [86]), Ἐμπεδοκλῆς, inquit, ὁ φυσικός φησι, περὶ ζώων ἰδιότητος λέγων, καὶ ἐκεῖνο [87]) δήπου, γίνεσθαί τινα συμφυῆ καὶ κράσει μορφῆς μὲν διάφορα, ἑνώσει δὲ σώματος συμπλακέντα. ἃ δὲ λέγει, ταῦτά ἐστι·

πολλὰ μὲν ἀμφιπρόσωπα, καὶ ἀμφίστερνα φύεσθαι,
βουγενῆ, ἀνδρόπρωρα, τὰ δ' ἔμπαλιν ἐξανατέλλειν [88])
ἀνδροφυῆ βούπρανα· μεμιγμένα τῇ μὲν ὑπ' ἀνδρῶν,
τῇ δὲ γυναικοφυῆ, σπιεροῖς ἠσπημένα γυίοις.

Simplicius [89]): εἰπὼν (Aristoteles) ὅτι τὰ τέρατα ὁμοίως γίνεται τοῖς ἐπὶ τῶν τεχνῶν

84) de partib. animall. 1, 1.

85) v. supra §. 7. ad n. 62. p. 116.

86) hist. animm. 16, 29.

87) Sic rescripsi, e coniectura *Trilleri*, pro ἐκεῖνος.

88) All. ἐξανατείνειν. Male. vt vel sequentia Empedoclis verba docent, quae ex *Simplicio* attuli.

89) ad *Aristot.* phys. 2, fol. 86. b.

ἁμαρτανομένοις, ἐπισημαίνεται ὅτι καὶ τὰ παρὰ 90) τῷ Ἐμπεδοκλεῖ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα, ἢ ἀνδρογενῆ βούπρωρα, εἰ ἐγίνετο τὰ τοιαῦτα, κατὰ ἁμαρτίαν ἐγίνετο τῶν ἀρχῶν, ἐξ ὧν ἡ γένεσις, τῶν τε ποιητικῶν καὶ τῶν ὑλικῶν. — οὐχ ἱκανὰ τὰ τοιαῦτα παραδείγματα δεῖξαι, ὅτι ἡ φύσις οὐχ ἕνεκά του ποιεῖ. συγχωρήσας δὲ τὸ πρῶτον τῷ Ἐμπεδοκλεῖ, ἀπ' ἀρχῆς τερατώδη ζῶα λέγοντι τὰ βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρωρα, καὶ τούτου δοθέντος, λύσας τὴν ἔνστασιν — καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως τῆς ἀπὸ τῶν Ἐμπεδοκλέους τεράτων ἀναιρεῖ. — εἰπόντος δὲ τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν φυσικῶν, πρὸ τῆς τῶν ἀνδρείων καὶ γυναικείων σωμάτων διαρθρώσεως ταῦτα τὰ ἔπη,

νῦν δ' ἄγ' ὅπως ἀνδρῶν τε πολυπλαύτων τε γυναικῶν
ἐννυχίους ὄρπηκας ἀνήγαγε κρινόμενον πῦρ,
τῶνδε κλύ'. οὐ γὰρ μῦθος ἀπόσκοπος οὐδ' ἀδαήμων.
οὐλοφυεῖς μὲν πρῶτα τύποι χθονὸς ἐξανέτελλον,
*ἀμφοτέρων ὕδατός τε καὶ εἴδεος *) αἶσαν ἔχοντες.*
τοὺς μὲν πῦρ ἀνέκεμπε θέλον πρὸς ὅμοιον ἱκέσθαι,
οὔτέ τί πω μελέων ἠρατὸν δέμας ἀμφαίνοντας,
οὔτ' ἐνοπὴν οὔτ' αὖ ἐπιχώριον ἀνδράσι γῆρυν.

90) Sine controuersia sic legendum est pro περί.

*) Cum supra in loco *Plutarchi* ad n. 73. allato dicatur ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, pro εἴδεος reponendum οὔδεος.

ταῦτα οὖν εἰπόντος Ἐμπεδοκλέους, ἐφίστησιν ὅτι καὶ αὐτὸς, ὡς ἔοικε, σπέρμα πρὸ τῶν ζώων γεγονέναι φησί. Deinde vocabulum οὐλοφυεῖς ita explicat: οὐλοφυὲς κυρίως ἐκεῖνο ἐστὶν, ὃ, καθ' ὃ ἐστιν, ἑαυτὸ [91 a]) πᾶν ἐστιν ὅπερ ἂν ἐστι, μήπω γενομένης ἐν αὐτῷ διακρίσεως. Itaque οὐλοφυεῖς verterim *informes*, et comparauerim cum nomine ἄσημος apud *Oppianum* [91 b]). *Theodorus Prodromus*, cuius locum mecum communicauit Cel. *Villoisonus*, in quadam ad Trapezuntis Metropolitam epistola, quam cum aliis eiusdem scriptoris epistolis edidit *Petrus Lazeri* [91 c]), morbum quo laborauerat, morbi reliquias et vestigia fusius describit, capillum sibi defluxisse dolet, et haec subiicit: ἵνα μὴ τοῖς καθ' ἕκαστον ἐπεξίω, καὶ τὴν ἐπιστολὴν αἰσχύνω τῷ αἴσχει τῆς διηγήσεως, ἀλλόκοτόν τι τέρας, κατὰ τὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἀνδρόπρωρα, τὴν Βυζαντίδα περίειμι. Pessime verba ἀλλόκοτον — ἀνδρόπρωρα *Lazerius* Etrusce vertit: *come uno non più veduto mostro, simile all' affumicato viso di Em-*

91 *a*) Hoc fortassis in αὐτὸ mutandum.

91 *b*) cyneget. 3, 160.

91 *c*) in Miscellaneorum ex MSS. libris Collegii Romani Societatis Jesu T. I. Rom. 1754. 8. vbi verba supra posita extant p. 54.

pedocle. Et Latine sic: *monstrum veluti quoddam Empedoclis vultui simile.* Nec his insulsis et ineptis versionibus contentus idem Iesuita hanc ἀλλόκοτον annotationem adiecit: „forte ad Empedoclem spectat, cum se in Aetnae „flammas deiecit, legendumque ἀνδώποδα.“ Imo locus est sanus, et intellectu satis facilis, *Theodorus* post morbum valde deformis comparat se ipse cum monstro, et quidem, quemadmodum Empedocles sua monstra fingebat, humana facie praedito. Neque vocabulum ἀνδρόπρωρος adeo inusitatum aut mirum videri potest. Nam apud *Sophoclem* *) legitur βούπρωρος, apud *Hesychium* extant glossae ἀντίπρωρα, εὔπρωρον, et καλλίπρωρον, *Scholiastes Platonis* a *Ruhnkenio* editus p. 141. arietem illum, quo Phrixus et Helle dicuntur vecti esse, interpretatur κριόπρωρον πλοῖον ὑπόχρυσον, *Theophylactus* **) scribit, se viuere ἐν οὕτω πονηραῖς ταῖς ἡμέραις, καὶ τέρατα τικτούσαις, ὁποῖα τὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους βουγενῆ ἀνδρόπρωρα. Permulta etiam hanc in rem afferunt *Themistius* atque *Iohannes Philoponus.* Sed quamuis, vt dixi, prolixa sint, quae disputant, tamen ea ob raritatem librorum, si quis forte eorum sententiam cognoscere voluerit, adscribere haud

*) Trachinn. 13.

**) epist. 44.

grauatus sum. *Themistii* igitur verba sunt [92]): *λέγουσι δέ τινες τὴν φύσιν οὐχ ἕνεκά του ποιεῖν, οὐδὲ ὅτι βέλτιον οὕτως, ἀλλ' ὥσπερ ὗει, φασὶν, ὁ Ζεὺς, οὐχ ἵνα τὸν τοῦ δεῖνα σῖτον αὐξήσῃ, οὐδ' ἵνα διαφθείρῃ τὸν κείμενον ἐν τῇ ἄλῳ, ἀλλ' ὗει μὲν διὰ τὴν ὑλικὴν ἀνάγκην· δεῖ γὰρ τὴν ἀνενεχθεῖσαν ἀτμίδα ψυχθῆναι, καὶ ὕδωρ γενομένην κατενεχθῆναι, κατενεχθείσης δὲ, συνέβη τὸν μὲν αὐξηθῆναι σῖτον, τὸν δὲ ἀπολέσθαι· οὕτω δὴ τί κωλύει καὶ τὰ μέρη τῶν ζώων γενέσθαι μὲν ἐξ ἀνάγκης τοιάδε, ἐπειδὴ ἐξ ὕλης τοιᾶσδε. ἀλλ' ὅταν μὲν οὕτως συνδράμῃ, ὥστε ἐπιτηδείως ἔχειν ἀλλήλοις, καὶ πρὸς ἓν ἔργον ἅπαντα συντελεῖν, ὥσπερ ἐγένετο ἄν, εἰ καὶ ἕνεκά του ἐγένετο, ταῦτα μὲν σῴζεσθαι ἀπὸ ταυτομάτου συστάντα, οἷον ἐπὶ τῶν ὀδόντων· φαίη γὰρ ἄν τις ἐξ ἀνάγκης μὲν αὐτοὺς ἀνατέλλειν, τοὺς μὲν ἔμπροσθεν ὀξεῖς, τοὺς δὲ γομφίους πλατεῖς, οὐχ ἵνα οἱ μὲν διαιρῶσιν, οἱ δὲ λεαίνωσιν, ἀλλ' ἀνατέλλειν μὲν οὕτω διά τινα ὑλικὴν ἀνάγκην, συμπεσεῖν μέντοι τὴν τοιαύτην θέσιν αὐτῶν ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς τροφῆς· ὅσα δὲ μὴ οὕτως συμπίπτει,*

92) ad *Aristot.* phys. l. l. fol. 27. b.

ὥστε μίαν χρείαν ἅπαντα συμπληροῦν, ταῦτα ἀπόλλυσθαι, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς τὰ βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρωρα. Item [93]): οἱ παλαιοὶ τὴν ὕλην ἐσέμνυναν [94]) περιττῶς. μόνην γὰρ ἤδεισαν. — ἀλλ' ὅμως ἐμφαίνεται καὶ ἐν τούτοις ὅτι ἐστοχάζοντο μέν τινος ἀγαθοῦ, διήμαρτον δὲ ἀκοῦσαι τοῦ τυχεῖν, διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀσθένειαν. καὶ γὰρ ὅταν διαμαρτάνωσιν, οὐκ ἐκτοπίζεταί που μακρὰν, οὐδὲ πόρρω τοῦ προκειμένου τὸ σφάλμα. οὐδέποτε γοῦν ἐξ ἀνδρὸς πλάτανος ἐτέχθη, ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἀνὴρ, εἰ δὲ μὴ, γυνὴ, εἰ δὲ μὴ, ζῶον, εἰ δὲ μὴ, σάρξ. καὶ ἡ κεγχραμὶς ἢ συκῆν ἐποίησεν, ἢ ἐρινεὸν, οὐ δρῦν, οὐδὲ ὄγχνην. ἥ τε ἐλαία πάλιν, ἐλαίαν, ἢ κότινον [95]), καὶ οὐ πλάτανον, οὔτε πίτυν. τοιαῦτα καὶ Ἐμπεδοκλέους βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρωρα ἐπὶ τῆς τῶν ζώων συστάσεως. ἐλαιόπρωρα δὲ ἐπὶ τῶν ζώων οὐδὲ ἐκεῖνος εἰπεῖν ἐτόλμησεν, μᾶλλον δὲ ἐπὶ τῶν φυτῶν ἀμπελογενῆ τινα καὶ τοιαῦτα ἄλλ' ἄττα δραματουργῆσαι

93) ibid. fol. 28. a. Cf. *Philopon.* ad eundem locum II, 15. 16.

94) Perperam editur vulgo *ἐσέμνηναν*, vt supra *ἀνεχθεῖσαν*.

95) Vitiose editum est *κότινον*.

ἐθάῤῥησεν. καίτοι μᾶλλον ἐχρῆν. ἧττον γὰρ ἐν τοῖς φυτοῖς τὸ ἕνεκά του. — ῥητέον, ὡς εἰ καὶ ἐγένετο κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρωρα, οὕτως ἂν ἐγένετο ὡς τέρατα, τοῦ σπέρματος ἐξασθενοῦντος, καὶ διαφθειρομένης τινὸς ἀρχῆς, οὐκ εὐθὺς ἡμιτόμων ζώων ἡμιτόμοις συγκολλωμένων. οὐδὲ γὰρ τὸ ὁλοφυὲς, ὡς αὐτὸς ὀνομάζει, καὶ ὁλόκληρον καὶ δυνάμενον σώζεσθαι, εὐθὺς ζῶον συνίσταται, ἀλλ' ἀπὸ σπέρματος γίνεται κρατούσης τῆς μορφῆς. *Philoponus* autem [96]) verba Aristotelis ita enucleat: Ἐμπεδοκλῆς ἐν τῷ σφαίρῳ πάντα λέγων τὰ εἴδη μεμίχθαι ἐν τῇ πρώτῃ διακρίσει τοῦ σφαίρου, καὶ τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιΐας, πρὶν τελείως τὰ εἴδη διακριθῆναι ἀπ' ἀλλήλων, γενέσθαί τινα ἔλεγε σύμμικτα ζῶα, οἷα καὶ οἱ μῦθοι τοὺς κενταύρους ὑποτίθενται, τὰ μὲν ἄλλα ἵππου ἔχοντας, τὰ ἔμπροσθεν δὲ, λέγω δὴ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν, ἀνθρώπου. οὕτω καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς πρὶν τὸ νεῖκος τελείως ἀπ' ἀλλήλων διακρῖναι τὰ εἴδη, ἔλεγε γενέσθαι σύμμικτά τινα ζῶα, ἐν οἷς καὶ τὰ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα· ἀνδρόπρωρα δέ φησι, τοῦτ' ἔστι τὰ

96) ad *Aristot.* phys. auscultt. l. l. II, 13. 14.

ἔμπροσθεν, λέγω δὴ τὰ πρὸς τῇ κεφαλῇ, ἀνδρὸς ἔχοντα, (πρώρα γὰρ τὸ ἐμπρόσθιον τοῦ πλοίου μέρος) τὰ δὲ λοιπὰ βοός· ὡς δὴ μὴ μόνον τῶν στοιχείων ἐν ἀλλήλοις μεμιγμένων [97]) ἐν τῷ σφαίρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν μορίων τῶν ζώων. διακριθέντων οὖν πάντων, φέρεσθαι τὰ διακριθέντα ὡς ἔτυχε, καὶ πολλάκις βοὸς κεφαλὴν [98]) συνελθεῖν στήθει ἀνδρείῳ, ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις, καὶ ἐπὶ πάντων ὡς ἂν ἔτυχεν. ὅσα οὖν, φησι, τῶν μορίων οὕτω συνῆλθεν, ὡς ἂν εἰ ἕνεκα τούτου (fort. ἕνεκά του) συνῆλθεν, οἷον τανῦν τοῦ ἀνθρώπου μόρια συμπαθόντα ἀλλήλοις, ὁμοίως καὶ τὰ ἑκάστου τῶν ζώων, καὶ διὰ τὸ συνεισάγειν εἰς τὴν σωτηρίαν ἀλλήλων, ἐσώθη τὸ σύγκριμα· ὅσα δὲ οὕτως συνῆλθεν, ὡς μηδὲ συμβάλλεσθαι ἀλλήλοις εἰς σωτηρίαν, ταῦτα ἐφθάρη, οἷα [99]) τὰ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα, διὰ τὸ μηδὲν ἀλλήλοις τὰ τοιαῦτα εἰς σωτηρίαν συνεισάγειν. Postquam *Philoponus* multa dixerat, quae fere cum altero *Themistii* loco consentiunt, adiecit haec [100]): εἰ δὲ μὴ ἕνεκά

97) Sic legendum est pro *μεμιγμένην*.
98) Rursus mendum *κεφαλὴ* sustuli.
99) Vitiose editum erat *οἷαι*.
100) loco laudato H, 16.

του πάντα ποιεῖ ἡ φύσις, διατί μὴ εὐθὺς ποιεῖ ἄνθρωπον, ἀλλὰ πρῶτον σπέρμα, εἶτα σάρκα, εἶτα ἄλλο καὶ ἄλλο ἐφεξῆς, μέχρις ἂν τοῦ σκοπιμωτάτου τέλους τύχοι; διατί γὰρ μὴ πρότερον ἔμβρυον, εἶτα σπέρμα; ἡ γὰρ τάξις τῶν ἕνεκά του. ὥστε εἰ ἐν τάξει ἄλλο πρὸ ἄλλου παραλαμβάνει, καὶ οὐδέποτε τῆς τάξεως μεθίσταται, πρὶν ἂν φθαρῇ τὸ γινόμενον, δήλη ἐστὶ πάντα ἕνεκά του ποιοῦσα. καὶ αὐτὸς δὲ, φησὶν, ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὸ οὐλοφυὲς πρῶτόν φησι γενέσθαι. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο σημαίνοι ἂν αὐτῷ ἢ τὸ σπέρμα συνεστραμμένον [101]) καὶ ὅλως· ἅμα ἔχον ἐν ἑαυτῷ τοὺς λόγους τοῦ φυομένου. παρὰ γὰρ τὸ τὴν τοῦ ὅλου φύσιν περιέχειν, τὸ ὁλοφυὲς αὐτῷ κέκληται. εἰ δὲ τὸ οὐλοφυὲς πρῶτον τῶν ζώων καὶ φυτῶν γίνεται, ἕνεκα ἄρα τῶν φυτῶν καὶ ζώων γίνεται· εἰ δὲ τοῦτο, ἕνεκά του ἄρα ἡ φύσις ποιεῖ. ἕνεκα γὰρ τῶν ὑστέρων τὰ πρότερα. ὅπερ οὖν εἶπον, εἰ καὶ δῶμεν ἀληθῆ εἶναι τὸν Ἐμπεδοκλέους μῦθον [102 a]), ὡς κατ' ἀρχὴν συνέστη τινὰ βουγενῆ ἀνδρό-

101) Sic recte reposuisse mihi videbar pro *συνεστραμμένου*.

102 *a*) Etiam superius in hac ipsa pagina vocatur ὁ Ἐμπεδόκλειος μῦθος.

πρωρα, τοῦ ὁλοφυοῦς τούτου φθαρέντος δηλονότι συνέστη, ὥσπερ καὶ νῦν τὰ τέρατα γίνεται τοῦ σπέρματος φθαρέντος, ἢ πλεονάσαντος, ἢ ἐλλείψαντος. ὥστε ἡ μὲν φύσις ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ τὴν προβολὴν τοῦ ὁλοφυοῦς ἐποιήσατο· συνέβη δέ, φθαρέντος αὐτοῦ, ἀποτυχεῖν τοῦ σκοποῦ τὴν φύσιν. Caeterum in his locis satis illustratur nominum βουγενὴς et ἀνδρόπρωρος notio. Non tamen negligendum est, hoc quidem ab *Hesychio* quoque fuisse explicatum: ἀνδρόπρωρον· ἀνδροπρόσωπον. Et: ἀντίπρωρα· ἀντιπρόσωπα· πρώρα γὰρ τὸ πρόσωπον. καὶ ἀνδρόπρωρον· ἀνδροπρόσωπον. E quibus colligi potest, quam celebrata olim fuerint Empedoclis ἀνδρόπρωρα. Sed reperiuntur etiam alius generis monstra ab Empedocle ficta vel posita fuisse. *Plutarchus* [102 b]): ταῦτα μέντοι, καὶ πολλὰ τούτων ἕτερα τραγικώτερα, τοῖς Ἐμπεδοκλέους ἐοικότα τεράτεσσι, ὧν καταγελῶσιν, εἰλίποδα κριόχηλα, καὶ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα. Vbi εἰλίποδα κριόχ. interpretor *boues vngulas arietis habentes*. Nam κριτόχεια, quod vulgo legitur, et quod *Reiskius* vel in κριοειδέα vel in κριόχη-

102 *b*) adu. Colot. T. II. opp. p. 1123. (T. X. p. 617. ed. *Reisk.*)

λα mutandum putabat, nihili est. Monstrorum causas perhibetur Empedocles varias attulisse. *Plutarchus* [103]) et *Galenus* [104 a]): Ἐμπεδοκλῆς τέρατα γίνεσθαι παρὰ πλεονασμὸν σπέρματος, ἢ παρ' ἔλλειψιν *), ἢ παρὰ τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν, ἢ παρὰ τὴν εἰς πλείω διαίρεσιν, ἢ παρὰ τὸ ἀπονεύειν. οὕτω προειληφὼς φαίνεται σχεδόν τι πάσας τὰς ἀπολογίας. Vbi Cel. *Beckius* τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν interpretatur *primum initium motus seminis*, h. e. *primum motum*. Verum optime totum locum explicare videtur Exp. *Kühnius* [104 b]): „seminis vtriusque moleculas ma„iore minoreue, quam ad formandum homi„nem necessaria esset, copia ad feminae natu„ram delatis, aut non omnibus eadem celeri„tate eodemque ordine proiectis, aut particu„lis illis, quae coniungendae essent, a se dis„cedentibus, et in alienum inuadentibus lo„cum." Recentiorum physicorum de origine monstrorum decreta enumerat *Dionysius van der Sterre* [105]). Sed ex eius libello barbare

103) plac. philos. 5, 8.

104 *a*) hist. philos. c. 32. qui tamen post Ἐμπ. addit νομίζει, verba τέρατα γίγνεσθαι collocat post ἀπονεύειν, ante verba παρὰ πλεονασμ. ponit ἤ, pro ἔλλειψιν habet ἤλλειμμα, et τὰς post πάσας omittit.

*) Cf. quae paulo ante e *Philopono* attuli.

104 *b*) diss. laud. p. 54.

105) in epistola de monstrorum generatione ad Steph.

scripto vix aliquid discas, quod sit operae pretium. Membra autem animalium per amicitiam componi et coniungi docuisse traditur Empedocles. *Aristoteles* [106 a]): *μεγάλα ὄντ' ἀδύνατον διεσπασμένα σώζεσθαι, καὶ ἔμψυχα εἶναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς γεννᾷ, ἐπὶ τῆς φιλότητος λέγων,*

ἦ μὲν πολλαὶ πόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν.

εἶθ' οὕτως συμφύεσθαί φησι. *Iohannes Philoponus* [106 b]): *Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγεν, ἐπὶ τῆς φιλότητος, τουτέστι, ἐπὶ τῇ ἥττῃ μὲν τῆς φιλότητος, ἐπικρατείᾳ δὲ τοῦ νείκους, συναθροισθῆναι ἐν τῇ γῇ τὰς κεφαλὰς καὶ χεῖρας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα μέρη ἔμψυχα ὄντα, καὶ αἴσθησιν ἔχοντα, εἶτα ἐκ τούτων ὥσπερ ἀπὸ ζώων πολλῶν γενέσθαι ἕκαστον τῶν ζώων.* Idem *Aristoteles* [107]): *ἐπανέροιτ' ἄν τις, πότερον δυνατὸν, ἢ οὐχ οἷόν τε ἦν κινούμενα ἀτάκτως, καὶ μίγνυσθαι τοιαύτας μίξεις ἔνια, ἐξ ὧν συνίσταται τὰ κατὰ φύσιν συνιστάμενα σώματα. λέγω δὲ οἷον*

Blancardum, quae epistola adiecta extat eiusdem epistolae de generatione ex ouo (1678. 12.) p. 49 — 149.

106 *a*) de generat. animall. 1, 18.

106 *b*) ad *Aristot.* l. l. fol. 16. b.

107) de coelo 3, 2. Cf. de anima 3, 6. et ad istum locum *Simplicius* fol. 70. a.

ὀστᾶ καὶ σάρκας, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι γίνεσθαι ἐπὶ τῆς φιλότητος. λέγει γὰρ,

ὡς πολλῶν μὲν πόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν.

Simplicius [108]): τὰ κατὰ φύσιν συνεστῶτα σώματα, οἷον ὀστᾶ καὶ κόμαι, καὶ ὅλως τὰ τῶν ζώων μέρη καὶ τῶν φυτῶν, καὶ αὐτὰ τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ — Ἐμπεδοκλῆς γίνεσθαί φησιν ὑπὸ τῆς φιλίας, λέγων,

πολλαὶ μὲν πόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν.

— τὸ δὲ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς γίνεσθαί φησιν ὑπὸ τῆς φιλίας, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος νοεῖ οἷον μίξεως παράδειγμα, ἐξ ἧς συνίσταται τὰ κατὰ φύσιν σώματα. καὶ συμφωνεῖν δοκεῖ τῷ λόγῳ αὐτοῦ τὸ ὑπὸ [109]) τῆς φιλίας ταῦτα λέγεσθαι, ὑπαρχούσης αἰτίας τῆς μίξεως, ὥσπερ τοῦ νείκους τῆς διακρίσεως. πῶς δ' ἂν εἴη μίξεως σημαντικὸν τὸ ἀναύχενες πόρσαι, καὶ τἄλλα ὅσα ὑπὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους λέγεται ἐν τούτοις,

γυμνοὶ μεμόρφωνται οἱ βραχίονες χωρὶς ὤμων,
ὀφθαλμοὶ δὲ τοιοῦτοι ἐπλάσθησαν πτωχοὶ [110]) μετώπων.

108) ad *Aristot.* de coelo 3, fol. 144. b.

109) Nisi ante λέγεσθαι inserendum vel intelligendum putes verbum γίγνεσθαι vel simile, ὑπὸ est pro περὶ accipiendum, vt paulo post in verbis ὑπὸ τῆς φιλίας οὖν etc.

110) Apparet, hos versus pessime habitos a librariis

ἅ τινα οὐκ ἔστι παραδείγματα τῆς μίξεως, ἐξ ἧς τὰ κατὰ φύσιν συνίσταται. — ἴσως οὖν οὐκ ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῆς φιλίας ταῦτά φησι γίνεσθαι ὁ Ἐμπεδοκλῆς, — ἀλλὰ τότε, ὅτε οὔπω τὸ νεῖκος ἅπαν ὑπεχώρησεν πρὸς τὰ ἔσχατα τελευταῖα τοῦ κύκλου. — ὑπὸ τῆς φιλίας οὖν ἐκεῖνα ἔφη ὁ Ἐμπεδοκλῆς, οὐχ ὡς ἐπικρατούσης ἤδη τῆς φιλίας, ἀλλ' ὡς μελλούσης ἐπικρατεῖν, οὕπω δὲ τὰ μεμιγμένα καὶ μοναδικὰ ἐμφαινούσης [111]). *Themistius* [112]): ἔοικεν αὕτη ἡ σύνθεσις τῶν ἐννοημάτων (v. c. ὁ Σωκράτης φιλοσοφεῖ) τῇ παρ' Ἐμπεδοκλεῖ τῶν μελῶν, ἣν ἐκείνῳ

vel grammaticis, et ad rationem prosaicam effictos esse. Vt igitur pristinae ac genuinae formae restituantur, fieri non nisi per bonos codices potest. Interim vide, Lector, num Empedoclei tibi videantur ita reficti:

χυμνωθέντα τὰ γυῖα μεμόρφωται, δίχα τ' ὤμων,
ὅσσε δὲ τοίῳ ἐπλάσθησαν (vel ῥίῳ ἐβλάστησαν) νόσφι μετώπων.

Saltem neminem, opinor, offendet, quod τὰ γυῖα posui pro οἱ βραχίονες, quanquam τὰ γυῖα saepissime significent pedes. Nam tralatitium est, hoc nomen dici inprimis de pedibus et manibus, omninoque de membris humanis, v. c. Il. χ, 448. τῆς δ' ἐλελίχθη γυῖα, χαμαὶ δέ οἱ ἔπεσε περκίς. *Schol. Villois.* χαλασθέντων αὐτῇ τῶν μελῶν, ἐπίπτει τῶν χειρῶν.

111) v. supra §. 10. ad n. 103. p. 245. sq.

112) ad *Aristot.* de anima 3, fol. 91. a.

συντίθησιν ἡ φιλία τὰ μέλη τῶν ζώων διεσπαρμένα. καὶ ὥσπερ ἐκείνῳ οὐ πᾶσα σύνθεσις τῶν μελῶν ποιεῖ τὸ ζῶον, οὕτως οὐδ' ἐνταῦθα πᾶσα σύνθεσις τὸ ἀληθὲς, ἀλλὰ τὶς μὲν τὸ ἀληθὲς ποιεῖ σύνθεσις, τὶς δὲ ψεῦδος. — καὶ ὥσπερ ἐπεῖ ἐξ ἁπλῶν τῶν μελῶν ἁπλοῦν γίνεται αὖθις τὸ ζῶον, οὕτως ἐξ ἁπλῶν σημαινομένων ἁπλοῦς αὖθις γίνεται ὁ λόγος.

Iam cum supra viderimus, Empedocli originem animalium visam esse maxime quadruplicis generis, cumque de duobus tribusue modis hucusque exposuerim, sequitur vt persequar quartum originis modum, h. e. generationem. Priusquam vero id faciam, praemittendos puto eos veterum scriptorum locos, in quibus ille omnia animalia distribuisse legitur in certa quaedam genera, prout quodque huic vel illi elemento esset aptissimum, vel maximam elementi alicuius partem in sese contineret. Nam hic quoque apparet dogma illud Empedocleum, similia comprehendi et sociari iungique similibus [113]). *Plutarchus* [114]) et *Galenus* [115]): *Ἐμπεδοκλῆς — τῶν ζώων πάντα* [116]) *τὰ γένη διακριθῆναι διὰ τὰς ποιὰς*

113) de quo dogmate v. supra §. 9. ad n. 179. sqq. p. 205.
114) plac. philos. 5, 19.
115) hist. philos. c. 35.
116) *Galen.* habet *τῶν ζώων πάντων.*

κράσεις· τὰ μὲν οἰκειότερα [117]) εἰς τὸ ὕδωρ τὴν ὁρμὴν ἔχειν, τὰ δὲ εἰς ἀέρα [118]) ἀναπνεῖν, ἕως ἂν πυρῶδες ἔχῃ τι πλέον· τὰ δὲ βαρύτερα ἐπὶ τὴν γῆν, τὰ δὲ ἰσόμοιρα τῇ κράσει, πᾶσι τοῖς θώραξι πεφωνηκέναι [119]). *Iohannes Philoponus* paulo magis perspicue [120]): τοῦ διακριθῆναι τὰ μόρια ἀπ' ἀλλήλων, οἷον τοὺς πόδας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὴν μὲν ἄνω γενέσθαι, τοὺς δὲ κάτω, καὶ ὅλως τοῦ πάντα τὰ ἐν ἑκάστῳ τῶν ζώων μέρη κεῖσθαι, ἐν ᾧ τυγχάνουσιν

117) *Galen.* εἰκότερα vel οἰκότερα, quod *Beckius* tribuit operarum vitio. Librarius forsitan voluit ἐοικότερα dare, quanquam etiam εἰκότερα per se possit ferri. Sententia vero, id quod iam *Reiskius* vidit, postulat ὑγρότερα.

118) *Galen.* εἰς τὸν ἀέρα. Sed ante haec verba possit quis excidisse suspicari κουφότερα, quod referatur ad sequens βαρύτερα, nisi verbis τὰ δὲ, quae sunt post ἔχειν, declarari putes partem et speciem eorum, quae habent naturam humidiorem. Paulo post *Reiskius* pro ἕως coniicit ὅσα, quod non ego necessarium putabam, modo pro τι cum Mosquensi et Petauiano Codicibus legas τὸ, quod tamen ponatur ante πυρῶδες, vt ἔχῃ πλέον dictum sit pro πλεονεκτῇ siue ἐκπρατῇ.

119) *Reiskius* volebat τόποις ἐυμπεφωνηκέναι, *locis conuenire*. Sed *Beckio* placebat scriptura Codicis Petauiani 9. πεφυκέναι, quam explicat: *cuiuis habitui, cuiuis elemento, natura apta esse*, vt θώραξι tropice capiatur, quemadmodum in nostrae linguae formula: *er ist in alle Sättel recht*. Sensus enim poscit τόποις, vel στοιχείοις.

120) ad *Aristot.* de generat. animm. 2, fol. 49. a.

ὄντα, αἰτίαν ἀπεδίδου. Ἐμπεδοκλῆς τὸ φέρεσθαι τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον. ἔλεγεν γὰρ, ἐπειδὴ τὰ μὲν κοῦφα πέφυκεν ἄνω φέρεσθαι· πάντα δὲ τὰ κοῦφα, ἢ κοῦφα, ὅμοια· τῶν μερῶν ὅσα μέν εἰσι κοῦφα, κατέσχον τὸν ἄνω τόπον· ὅσα δὲ βαρέα, τὸν κάτω· τὰ δὲ μεταξὺ, τὸν μέσον. Patet, in hoc loco ad singula animalium membra referri, quod a *Plutarcho* et *Galeno* ad animalia in vniuersum relatum est. Referenda quoque huc videbantur verba *Aristotelis* [121]): Ἐμπεδοκλῆς οὐ καλῶς τοῦτ' εἴρηκε, φάσκων τὰ θερμότητα καὶ πῦρ ἔχοντα μάλιστα πλεῖστον [122]) τῶν ζώων ἔνυδρα εἶναι, φεύγοντα τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐν τῇ φύσει θερμότητος, ὅπως, ἐπειδὴ τοῦ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ ἐλλείπει, κατὰ τὸν τόπον ἀνισάζῃ ἐναντία ὄντα· θερμὸν γὰρ εἶναι τὸ ὑγρὸν ἧττον τοῦ ἀέρος. Similia tradit *Theophrastus* [123]): τὰ ἐναντία ἐν ταῖς ἐναντίαις (np. χώραις) δύνασθαι διαμένειν· τὰ

121) de respiratione c. 14. Multa de h. l. disputat *Nic. Leonicus Thomaeus* ad *Aristot.* parua quae vocant naturalia p. 356 — 358.

122) Ego quidem legerim: πῦρ ἔχοντα πλεῖστον μάλιστα τῶν ζώων, vt hi genitiui pendeant a superlatiuo μάλιστα, sed πλεῖστον tanquam adiectiuum referatur ad πῦρ.

123) de causis plantarum 1, 26.

μὲν θερμὰ ἐν ταῖς θερμαῖς, τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν ταῖς ψυχραῖς. οὕτω γὰρ εὐθὺς καὶ τὴν φύσιν γεννᾷν, ὡς ὑπὸ μὲν τοῦ ὁμοίου φθειρομένων διὰ τὴν ὑπερβολὴν, ὑπὸ δὲ τοῦ ἐναντίου σωζομένων, οἷον εὐκρασίας τινὸς γενομένης· ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ τῶν ζώων. τὰ γὰρ ὑπέρπυρα τὴν φύσιν ἄγειν εἰς τὸ ὑγρόν. Et alio loco [124]): οὔτε γεννᾷν, οὔτε εὖ τρέφειν, οὔτε σώζειν πέφυκε τὸ ἐναντίον, ἀλλὰ τὸ ὅμοιον. ἐπεὶ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτ' ἄτοπον, ὅπερ καὶ ἐν ἑτέροις εἴρηται, τὸ γεννήσασαν τῷ ξηρῷ τὴν φύσιν, μεταίρειν εἰς τὸ ὑγρόν. Vix dubitandum puto, quin in postremis vtriusque loci verbis lateat versus Empedoclis. Quomodo vero ille sit constituendus, id cuiusque iudicio permissum esto. Nimirum hi *Aristotelis* ac *Theophrasti* loci pertinere videri possunt ad illud Empedoclis placitum, de quo §. 9. ad n. 169. sqq. exposui, totam naturam ortam esse ex elementis, aduersantibus quidem sibi inuicem, sed inter sese iunctis vel mixtis. Eodem igitur modo in locis laudatis animalia orta dicuntur, ita vt quodlibet eorum genus compositum sit ex igni, aqua, aëre, terra, h. e. particulas materiae calidas et humidas, leuio-

124) ibid. 1, 27.

res et grauiores, non quidem aeque magnas aut aeque multas, sed tamen temperamento quodam commixtas *), in se contineat, non vero vnum animalium genus conflatum sit ex solis calidis particulis, aliud non nisi ex humidis, et sic porro. Verum possunt hi tres loci, inprimis Aristotelicus, et prior Theophrasteus [125]), etiam ita intelligi, vt Empedocles putetur causam afferre voluisse, cur multa animalia in aqua viuere ament, atque adeo statuisse dicatur, animalia illa, quae sint calidioris quam frigidioris naturae, quo refrigerent se, petere aquam, prorsus vt crocodilus, ratione contraria, ab *Herodoto* [126 a]) narratur τὸ πολλὸν τῆς ἡμέρης διατρίβειν ἐν τῷ ξηρῷ· τὴν δὲ νύκτα πᾶσαν, ἐν τῷ ποταμῷ· θερμότερον γὰρ δή ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς τε αἰθρίης, καὶ τῆς δρόσου. Atque *Aristotelem* sic cepisse mentem Empedoclis, totus orationis eius nexus declarat. Neque mihi interpretatio ista displicet. Posui tamen etiam

*) Cf. *Scipio Aquilianus* p. 170. sq.

125) in quo tamen loco vix dubium erit cuiquam, quin transposita a librariis fuerint verba θερμαῖς et ψυχραῖς, atque adeo rescribendum sit ita: τὰ μὲν θερμὰ ἐν ταῖς ψυχραῖς, τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν ταῖς θερμαῖς. Alias enim ζῶα ἐναντία non versari dicerentur ἐν ταῖς ἐναντίαις χώραις, quod tamen dicere debuit *Theophrastus*.

126 a) 2, 68.

aliam, quoniam locum habere eam quodammodo posse existimabam.

Vt autem, quaenam fuerit Empedoclis de ipsa animalium generatione sententia, quam etiam nuperrime vir quidam doctissimus [126 b]) fere totam adoptauit, ostendere incipiam, primo loco ponere placuit, quam ille partus masculi et feminei reddiderit causam. In quo rursus apparebit, quantum ignis elemento tribuendum putauerit. *Aristoteles* enim [127]), Ἐμπεδοκλῆς, inquit, τὰ μὲν εἰς θερμὴν ἐλθόντα τὴν ὑστέραν, ἄῤῥενα γίνεσθαί φησι· τὰ δὲ εἰς ψυχρὰν, θήλεα. τῆς δὲ θερμότητος καὶ ψυχρότητος, τὴν τῶν καταμηνίων αἰτίαν εἶναι ῥύσιν [128]), ἢ ψυχροτέραν ἢ θερμοτέραν, καὶ παλαιοτέραν ἢ προσφατωτέραν. *Plutarchus* [129]) et *Galenus* [130]): Ἐμπεδοκλῆς [131]) ἄῤῥενα καὶ θήλεα [132]) γίνεσθαι παρὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα [133]).

126 *b*) v. *Benedicti Höschii* Versuch einer neuen Zeugungstheorie, Lemgouiae 1801. 8.

127) de generat. animall. 4, 1.

128) Videbantur iterum verba male transposita, pro ψυχρότητος αἰτίαν εἶναι τὴν τῶν καταμηνίων ῥύσιν.

129) de plac. philos. 5, 7. Cf. infra ad n. 157.

130) hist. philos. c. 32.

131) *Galen.* Ἐμπ. οἴεται.

132) *Galen.* ἄῤῥεν καὶ θῆλυ.

133) *Galen.* θερμότητος καὶ ψυχρότητος. Non male.

ὅθεν ἱστορεῖται τοὺς μὲν πρώτους ἄῤῥενας πρὸς ἀνατολῇ καὶ μεσημβρίᾳ γεγενῆσθαι [134]) μᾶλλον ἐκ τῆς γῆς, τὰς δὲ θηλείας πρὸς ταῖς ἄρκτοις. Ipsius Empedoclis hanc in rem verba retulit *Aristoteles* [135]): εἰ τὸ θῆλυ καὶ ἄῤῥεν τῇ κυήσει διαφέρει, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγει·

ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι· τὰ δὲ τελέθουσι γυναῖκες ψύχεος ἀντιάσαντα.

Vbi tamen manifestum est, manca esse verba Empedoclea, fortassis etiam corrupta. Videntur enim ad ἐχύθη deesse verba τὰ ἄῤῥενα, et pro καθαροῖσι possit quis legendum suspicari θερμοῖσι, nisi καθαροῖσι explicare malit sic, vt genitiuum ψύχεος etiam ab isto adiectiuo, non tantum a participio ἀντιάσαντα, pendere dicat. Vidit has difficultates etiam *Iohannes Philoponus* [136]), καθαρώτερα, inquiens, καὶ [137]) θερμότερα, ἀφ' ὧν τὰ ἄῤῥενα γίνεται, ψυχρότερα δὲ τὰ ἀφ' ὧν

134) *Galen.* γίγνεσθαι. Minus recte.

135) de generat. animm. 1, 18. e quo loco facile videbis me non nisi ea exscripsisse, quae hic necessaria essent, atque adeo apodosin omisisse.

136) ad *Aristot.* l. l. fol. 17. a.

137) Particula καὶ habet h. l. vim explicandi, vt idem sit quod τουτέστι. Eodem modo paulo post ante θερμοτέρων et ante γίνονται. Cf. n. 147.

τὰ θήλεα. λέγει δὲ τοῦτο καὶ Ἐμπεδοκλῆς· ἀσαφῶς δὲ τέθεικε (Aristoteles) τὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους, διὰ τὸ μὴ ὁλόκληρα ἀπαγγεῖλαι τὰ ἔπη, ἀλλὰ μόνας αὐτῶν τὰς ἀρχάς, καὶ ταύτας οὐκ ἀπὸ τῶν ἐφεξῆς ἀλλήλοις ὄντων στίχων, ἀλλὰ πόρρω ἀπ' ἀλλήλων ὄντων, καὶ τὸ μὲν δηλούμενον διὰ τοῦ,

ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι,

τοιοῦτον ἂν εἴη· τὸ δὲ ἄρρεν χέεται ἤτοι συνίστατατ ὑπὸ καθαρωτέρων καὶ θερμοτέρων αἱμάτων, τὰ δὲ τῶν αἱμάτων τελέθουσι καὶ γίνονται γυναῖκες, ψυχθέντα. Ad argumentum propositum pertinent etiam alii veterum loci, vt quod in vniuersum frigore et calore vtrumque sexum inter se differre credidit Empedocles. *Aristoteles* [138]): Ἐμπεδοκλῆς ῥᾳθυμότερον ὑπείληφεν, οἰόμενος ψυχρότητι καὶ θερμότητι διαφέρειν μόνον [ἀλλήλων τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν], ὁρῶν ὅλα τὰ μόρια μεγάλην ἔχοντα διαφορὰν, τά τε τῶν αἰδοίων καὶ τὰς ὑστέρας. — Ἐμπεδοκλέους λόγον, ὃς διορίζει τὸ θῆλυ πρὸς τὸ ἄρρεν, θερμότητι καὶ ψυχρότητι τῆς ὑστέρας. Item [139]): *Παρμενίδης* τὰς γυναῖκας

138) de generat. animm. 4, 1.
139) de partibus animm. 2, 2.

τῶν ἀνδρῶν θερμοτέρας εἶναί φησι, καὶ ἕτεροί τινες· ὡς διὰ τὴν θερμότητα καὶ πολυαιμούσαις γινομένων τῶν γυναικείων. Ἐμπεδοκλῆς δὲ τοὐναντίον. Ad semen animalium quod attinet, putabat Empedocles illud vtrique sexui esse commune, non totum ab alterutro proficisci. Quare illud comparabat cum tessera hospitali, quam constat ab hospitibus in duas partes dissectam fuisse, vt vterque dimidiam acciperet. Similis est nota illa fabula de hominibus olim Iouis iussu ab Apolline dissectis, vnde orta sint duo hominum genera, masculinum et femininum [140]). *Aristoteles* [141]): Ἐμπεδοκλῆς — φησὶ ἐν τῷ ἄῤῥενι καὶ ἐν τῷ θήλει οἷον σύμβολον εἶναι, ἕλον δ' ἀπ' οὐδετέρου ἀπιέναι·

ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις, ἡ μὲν ἐν ἀνδρός.

Deinceps quodammodo probari sibi ostendit *Aristoteles* hanc Empedoclis sententiam, sed alio loco eandem improbat sic [142 a]): οὔτε γὰρ

140) Narratur fabula in *Platonis* symposio. Inprimis huc pertinet locus, qui T. III. ed. *Steph.* p. 191. D. extat: ἕκαστος ἡμῶν ἐστιν ἀνθρώπου ἔυμβολον, ἅτε τετμημένος, ὥσπερ αἱ ψῆτται, ἐξ ἑνὸς δύο. Cf. *Mart. Heluici* epist. ad Menonem Hannekenium, in *Ioh. Henr. a Seelen* philocalia epistolica (Lubecae 1728. 8.) p. 77. sqq.

141) de generat. animm. 1, 18. Cf. supra ad n. 106. et *Kühn.* l. l. p. 34.

142 a) de generat. animm. 4, 1.

διεσπασμένον ἐνδέχεται τὸ σῶμα τοῦ σπέρματος εἶναι, τὸ μὲν ἐν τῷ θήλει, τὸ δὲ ἐν τῷ ἄῤῥενι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησιν, εἰπών·

ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις· ἡ μὲν ἐν ἀνδρὸς, ἡ δ' ἐν γυναικός.

Quae postrema verba, ἡ δ' ἐν γυναικὸς, cum haud dubie sint ab *Aristotele* addita, quo melius cohaereret oratio: putabam ego, statim subiungendum versum supra laudatum:

ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι· τὰ δὲ etc.

vt ἡ μὲν referatur ad φύσις μελέων, i. e. μέλη, atque adeo opponatur τὰ δὲ, et ordo verborum proprie sit: τὰ μὲν ἐχύθη ἐν καθαροῖσι ἀνδρός, nisi praeferas ἄνδρες, h. e. ἄῤῥενα. Sensus igitur esset: „diuisa sunt membra, h. e. singulorum membrorum particulae „ac veluti elementa, inter marem et feminam. „Et membra virilia quidem sparguntur in cali„dis corporis siue vteri partibus. Alia vero, „quae frigescere coeperunt, euadunt feminae.“ Quoniam vero, an haec mea interpretatio probatura se viris doctis esset, ignorabam [142 b]), apponere debui etiam aliorum veterum verba, qui huius, de quo agimus, dogmatis Empedoclei mentionem fecerunt. *Galenus* qui-

142 b) Cf. ad vers. 244 — 246.

dem [143]), ὁ Ἐμπεδοκλῆς, inquit, διεσπᾶσθαι φησὶ τὰ τοῦ γεννηθησομένου μόρια· καὶ τὰ μὲν ἐν τῷ τοῦ ἄῤῥενος σπέρματι, τὰ δ' ἐν τῷ τῆς θηλείας περιέχεσθαι. καὶ αὐτῆς γε τῆς ἀφροδισίου συμπλοκῆς ἐντεῦθεν γίνεσθαι τοῖς ζώοις τὴν ἐπιθυμίαν, ἀρεγομένων ἀλλήλοις ἑνωθῆναι τῶν διεσπασμένων μορίων. *Censorinus* [144]): „ambiguam fa„cit inter auctores opinionem, vtrumne ex „patris tantummodo semine partus nascatur,— „an etiam ex matris, quod Anaxagorae et „Alcmaeoni, nec non Parmenidi Empedocli„que et Epicuro visum est." Rem omnem, duce *Aristotele* in locis supra allatis, prolixe et satis bene illustrat *Iohannes Philoponus*, e cuius commentariis nonnulla hic apponere visum est. Scilicet, εἴπερ, inquit [145]), οὕτω χρὴ λέγειν, ὅτι ὁμοίως καὶ ἀπὸ πάντων τοῦ πατρὸς, καὶ ἀπὸ πάντων τῆς μητρὸς μορίων ἐξέρχεται μόρια (εἰ χρὴ οὕτω λέγειν), συμφωνότερα τῷ τοιούτῳ λόγῳ, καὶ ὁμολογούμενα λέγει μᾶλλον Ἐμπεδοκλῆς. ὁ γὰρ δὴ Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγεν ἀπέρχεσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς, μέρη, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνοι (nimi-

143) de semine 2, 7. T. I. p. 241, 47. ed. Basil.

275) Propter metri leges transponenda sunt verba sic: οἴνῳ μᾶλλον ὕδωρ ἐναρίθμιον, αὐτὰρ ἔλαίῳ

αἰτίαν τῆς τῶν ἡμιόνων ἀτεκνίας ἀπεδίδου, λέγων, ὅτι τὰ κοῖλα καὶ πυκνὰ τοῦ ἱππείου σπέρματος, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ καταμηνίου τῆς ὄνου (ἔνεισι γὰρ κατ' ἐκεῖνον καὶ ἐν τῷ καταμηνίῳ πυκνὰ καὶ κοῖλα), ὥσπερ καὶ ἐν τῇ τοῦ ἵππου γονῇ, τὰ δὴ κοῖλα καὶ πυκνὰ ἀμφοτέρων τῶν σπερμάτων, τῆς τε ὄνου καὶ τοῦ ἵππου, ὑγρὰ καὶ μαλακὰ ὄντα, δύνανται διὰ τὴν μαλακότητα μίγνυσθαι ἀλλήλοις, καὶ εἰσιέναι τὰ μὲν τῆς γονῆς πυκνὰ, εἰς τὰ τοῦ καταμηνίου κοῖλα, καὶ τὰ τοῦ καταμηνίου πυκνὰ, εἰς τὰ τῆς γονῆς κοῖλα, καὶ γίνεσθαι τὸ πᾶν μίγμα πυκνὸν, ἤτοι ναστὸν, ὡς μηδὲν ὅλως εὑρίσκεσθαι ἐν αὐτῷ κοῖλον, ἤτοι πόρον, ἀλλὰ τὸ πᾶν εἶναι ναστὸν καὶ πλῆρες. Et nonnullis interiectis [276]): ὅτι δὲ ὑγρὰ καὶ ἡ τῆς ἵππου γονὴ, δῆλον. εἰ γὰρ ἦν σκληρὰ, ἔδει κατὰ Ἐμπεδοκλέα τὸ ἐξ αὐτῆς, καὶ τοῦ ἄῤῥενος ὄνου γεγονὸς ζῷον, γόνιμον εἶναι. — τὸ λεγόμενον δυνάμει τοιοῦτόν ἐστι, εἰ τἄλλα [277]) καὶ οὐκ ἀποδείκνυσιν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ὅμως διὰ τὸ ἐπάγειν τὴν

276) ad *Aristot.* de generat. animm. 2, fol. 59. b. Cf. fol. 60. a.

277) Verba: εἰ τἄλλα καὶ, explico: *etsi caeteroqui.* Vulgo legitur τάλα.

δοκοῦσαν αὐτῷ εἶναι ἀπόδειξιν, κατὰ ἀμφοτέρων, τῶν γινομένων ἔκ τε τοῦ ἵππου καὶ τῆς ὄνου, καὶ τοῦ ὄνου καὶ τῆς ἵππου, κατά γε δὴ τοῦτο καλῶς πεποίηκε. τὴν γὰρ τοιαύτην ἀπόδειξιν ἔφασκεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς κατὰ τῆς τῶν ἀμφοτέρων ἀτεκνίας ἁρμόττειν, τοῦ τε ἐξ ἵππου καὶ τῆς ὄνου γεγονότος, καὶ τοῦ ἐκ τῆς ὄνου καὶ τοῦ ἵππου. ἀλλ' εἴπερ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, ὁ ἄρρεν ἡμίονος ὀχεύσας ἵππον θήλειαν, ἢ ὄνον, γεννᾶ ὡς φασὶν, εἴπερ οὖν διὰ τοῦτο δώσομεν ἀληθῆ εἶναι τὴν τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἀπόδειξιν, ἐπὶ μόνης ἂν ἀληθεύοι τῆς θηλείας ὄνου.

§. 15.

Postquam, quae Empedoclis de animalibus eorumque partibus et affectionibus in vniuersum feruntur decreta, exposuimus, sequitur vt eiusdem de homine speciatim placita ex variis conquisita scriptoribus proponamus, quanquam nonnulla, quae ad hominem solum spectare viderentur, superioribus iam passim admixta sunt.

Dicebat autem Empedocles, homines natos esse ex terra, qua de re cum supra [1]) locos

1) v. §. 13. p. 328. §. 14. p. 387. sqq. vbi etiam de generatione dictum est, vt §. 14. p. 365. sq. et 379. sqq. de

veterum attulerim, non nisi duo iam addere licet. *Varro* [2]): „Empedocles natos homines „ex terra ait, vt blitum." *Censorinus* [3]): „Em„pedocles egregio suo carmine — tale quid„dam confirmat. primo membra singula ex „terra quasi praegnante passim edita, deinde „coisse, et effecisse solidi hominis materiam, „igni simul et humori permistam." Velamen illud tenuius atque mollius, quo embryo inuolutus est, ἀμνίον vocabat Empedocles. *Pollux* [4]): δύο περὶ τῷ ἐμβρύῳ χιτῶνές εἰσιν. ὧν τὸ μὲν ἔνδοθεν, λεπτότερόν τε καὶ μαλακώτερον ὄν, ἀμνίον Ἐμπεδοκλῆς καλεῖ· τὸ δὲ ἔξωθεν ἐπ' αὐτῷ, τὸ πρὸς τῇ ὑστέρᾳ, χορίον ὀνομάζεται. Nihil de hac nominis ἀμνίον siue ἄμνιον potestate monuerunt Grammatici veteres [5]). Sed *Theophilus Protospatharius* [6]) primo ita disserit de embryonis inuo-

fortuita membrorum coniunctione, et ad n. 244. sqq. p. 423. de prima embryonis respiratione.

2) in Eumenidibus, ap. *Nonium Marcellum* p. 575.

3) de die natali c. 4. p. 19.

4) Onomast. 2, 223.

5) vt *Hesychius* et *Suidas* in h. v. *Schol. Homer.* Odyss. γ, 444. et *Eustathius* ibidem p. 1476, 35.

6) de corporis humani fabrica 5, 20. p. 897. sq. in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. XII. Cf. cap. 19. p. 896. vbi scripsit ἀμνεῖον. Ap. *Galenum* (de vsu partium 15, 4. T. I. ed. Basil. p. 532, 13.) vitiose vocatur ἄγνιος, sed cap. 5. saepius ἄμνιος. *Theophilus* autem debet sua *Galeno*.

lucris: πάντες οἱ χιτῶνες οἱ περιέχοντες τὸ ἔμβρυον, ἐντὸς τῆς μήτρας κεῖνται. ὁ μὲν οὖν ἀμνειὸς ἀμέσως περιέχων τὸ ἔμβρυον, ὑποδέχεται τὸν ἐκ τοῦ ἐμβρύου συνασσόμενον [7]) ἱδρῶτα. ὁ δὲ ἀλλαντοειδὴς, συντέτρηται μὲν κατὰ τὸ αἰδοῖον τοῦ ἐμβρύου, — ὑποδέχεται δὲ τὸν οὐραχὸν, κατ' αὐτὸ τὸ τρῆμα ἐξάγοντα εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ ἐμβρύου οὖρον, ὅπως μὴ μιχθῇ τῷ τοῦ ἱδρῶτος ὑγρῷ. τὸ μὲν γὰρ οὖρον δριμὺ ὂν, διέβρωσεν ἂν τὸ ἔμβρυον τῇ δριμύτητι. — τρίτος δὲ χιτὼν τὸ χωρίον [8]) κατεσκευάσθη, ἐκτὸς μὲν τῆς μήτρας κείμενος· πόρρω δὲ τοῦ ἐμβρύου κατεσπαρμένα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὰ ἀγγεῖα τῶν φλεβῶν καὶ τῶν ἀρτηριῶν, δι' ὧν τρέφονται πάντα τὰ μόρια τὰ ἐντὸς τῆς μήτρας. Deinde reddit quidem nominum ἀλλαντοειδὴς et χωρίον rationem, sed non item nominis ἀμνίον, siue vt ipse scribit, ἀμνειός. Putem tamen, illud proprie significasse membranam illam, qua foetus agni in vulua inuolutus est. Veteres enim inprimis agnis et capris in facienda anatome vtebantur. Docent hoc ipsius *Theophili* verba, quae verba

7) Legerim συννασάμενον, vel certe συναγόμενον.

8) Alii hanc membranam vocant χόριον. v. *Foesii* Oeconom. Hippocr. in h. v.

modo allata praecedunt: *εἰ λαβὼν σύν τις ἐγκύμονα αἶγα, σχίσας τε αὐτὴν ἐντέχνως βουληθείη γνῶναι*, etc. Et *Hesychii* atque *Phauorini* haec: *χόρια· τὰ τῶν ἀρνῶν καὶ ἐρίφων ἀγγεῖα.* Fortassis igitur, quemadmodum *τὰ χόρια* proprie non erant hominum, sed tamen deinde ob similitudinem de humanis quoque dici solebant, ita etiam Empedocles primus nomen *ἀμνίον* ab agnis ad homines transtulit, et reliquos physicos medicosque habuit hoc in genere sequaces. Quoniam tamen et *Galenus* et *Theophilus* genere masculino dixerunt *τὸν ἄμνιον*, *τὸν ἀμνεῖον*, *τὸν ἀμνειὸν*, fieri potest vt *Pollux* nihil significare voluerit, nisi Empedoclem genere neutro dixisse *τὸ ἀμνίον*.

De embryonis articulatione siue membrorum in vtero formatione quid senserit Empedocles, discimus ex iis quae *Plutarchus* [9]) et *Galenus* [10]) retulere: *Ἐμπεδοκλῆς ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων (τὸ ἔμβρυον) ἄρχεσθαι τῆς διαρθρώσεως ἀπὸ ἕκτης καὶ τριακοστῆς* [11 a]), *τελειοῦσθαι δὲ τοῖς μορίοις ἀπὸ πεντηκοστῆς*,

9) plac. philos. 5, 21.
10) hist. philos. c. 36.
11 a) *Galenus* addit *ἡμέρας.*

μιᾶς δεούσης. Item *Theon Smyrnaeus* [11 b]): τὸ βρέφος δοκεῖ τελειοῦσθαι ἐν ἑπτὰ ἑβδομάσιν, ὡς Ἐμπεδόκλῆς αἰνίττεται ἐν τοῖς Καθαρμοῖς. Quantum haec opinio ab aliorum, in his recentiorum, medicorum sententia differat, ostendere hic non licet. Interim conferri possunt, quae *Theophilus* tradidit [12]). Quod autem supra [13]) e *Plutarcho* et *Galeno* retuli, Empedoclem foetum, qui in vtero est, non pro homine existente habuisse, sed vt partem matris siue vuluae censuisse, id etiam aliis veterum multis visum est [14]).

„Ante omnia, inquit *Censorinus* [15]), Empe„docles, quem in hoc *Aristoteles* [16 a]) secutus „est, cor iudicauit increscere, quod hominis „vitam maxime contineat.“ Et *Theodoretus* [16 b]): Ἐμπεδοκλῆς δὲ, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ τῶν Στωϊκῶν ἡ Εὐμμορία, τὴν καρδίαν ἀπεκλήρωσαν τούτῳ (np. τῷ ἡγεμονικῷ)· καὶ τούτων δ' αὖ πάλιν, οἱ μὲν, ἐν τῇ κοι-

11 *b*) in Expositione eorum, quae in mathematicis ad Platonis lectionem vtilia sunt p. 162.

12) de corporis humani fabrica 2, 5.

13) §. 14. p. 362. εἶναι τὰ ἔμβρυα τὰ ἐν τῇ γαστρὶ, τῆς μήτρας μέρη.

14) v. quos laudat *Grotius* ad Lucae euangel. 1, 15.

15) de die natali c. 6. p. 27.

16 *a*) de partibus animom. 3, 4.

16 *b*) de Graecor. affectib. diss. V. Vol. IV. p. 824.

λίᾳ τῆς καρδίας· οἱ δὲ, ἐν τῷ αἵματι· καὶ οἱ μὲν, ἐν τῷ περικαρδίῳ ὑμένι· οἱ δὲ, ἐν τῷ διαφράγματι. Vnde intelligi possunt, quae Empedocles, ab aliis aliter, de origine animae statuisse narratur. *Tertullianus* quidem [17]), „Animam effingunt, inquit, Empe„docles et Critias ex sanguine." *Cicero* autem [18]): „Empedocles animum esse censet „cordi suffusum sanguinem." *Galenus* [19]): αὐτὸς (Hippocrates) ἐπιλανθανόμενος τῶν οἰκείων δογμάτων αἷμα φησὶν εἶναι τὴν ψυχὴν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ Κριτίας ὑπέλαβον. *Macrobius* [20]): „Plato dixit animam essentiam „se mouentem, — Empedocles et Critias san„guinem." *Auctor Etymologici Magni* [21]): αἷμα ἡ ψυχὴ κατὰ Ἐμπεδοκλῆν. *Pollux* [22]): ὁ νοῦς — περὶ τὸ αἷμα, ὡς Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ἀριστοτέλης. *Plutarchus* [23]) et *Eusebius* [24]) et *Galenus* [25]): Ἐμπεδοκλῆς (τὸ ἡγε-

17) de anima c. 5. p. 570.

18) Tusc. 1, 9. Cf. cap. 17. extr.

19) περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων lib. 2. extr. T. I. p. 264.

20) in Somn. Scip. 1, 14.

21) in v. αἷμα.

22) Onomast. 2, 226.

23) plac. philos. 4, 5.

24) de praeparat. euangel. 15, 61.

25) hist. philos. c. 28.

μονικὸν" et animi sedem dicit esse) ἐν τῇ τοῦ αἵματος συστάσει. Idem *Eusebius* [26]): Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος — τὸ ἡγεμονικὸν οὔτε ἐν κεφαλῇ, οὔτε ἐν θώρακι, ἀλλ' ἐν αἵματι· ὅθεν καθ' ὅ τι ἂν μέρος τοῦ σώματος πλεῖον ἢ παρεσπαρμένον τὸ ἡγεμονικὸν, οἴεται κατ' ἐκεῖνο προτερεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Alii igitur dicunt, Empedoclem putasse, animam ortam esse e sanguine; alii, animum esse sanguinem; alii, esse circa sanguinem vel in sanguine. Alludit ad hoc Empedoclis placitum *Plato* [27]): πότερον τὸ αἷμά ἐστιν, ᾧ φρονοῦμεν, ἢ ὁ ἀὴρ, ἢ τὸ πῦρ. Item *Clemens Alexandrinus* [28]): τὸ αἷμα — ὃ δή τινες οὐσίαν εἰπεῖν ψυχῆς τετολμήκασι. Non vero ab Empedocle dogma illud inuentum, sed ex *Homeri* carminibus haustum esse, ostendere conatur *Porphyrius* [29]): οἴεται γὰρ καὶ Ὅμηρος, καθὰ καὶ πλεῖστοι τῶν μετ' αὐτὸν ὑπέλαβον, ἐν τῷ αἵματι εἶναι ἀν-

26) de praep. euang. 1, 8. p. 24.

27) in Phaedone T. I. p. 96. B. ed. *Steph.* siue cap. 45. ed. *Fischer.* cuius notae 22. sqq. legendae sunt.

28) paedagog. lib. 1. p. 100. C.

29) in *Stobaei* eclog. phys. c. 52. p. 1024. et 1026. quem locum iam olim tractaui in prolus. secunda de vestigiis doctrinae de animi hum. immortalitate in *Homero*, Gerae 1796. 4. p. 4 — 6.

ἀνθρώποις τὴν περὶ τὰ ἐνηντὰ φρόνησιν, ἐπεὶ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν πολλοὶ τοῦτο πιστοῦνται, δεικνύντες ὅτι καὶ ὑποθερμανθὲν ὑπὸ πυρετοῦ καὶ χολῆς, ἀφραίνειν ποιεῖ καὶ ἀνοηταίνειν. Ἐμπεδοκλῆς τε οὕτω φαίνεται, ὡς ὀργάνου πρὸς σύνεσιν τοῦ αἵματος ὄντος, λέγων·

αἵματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένη [30]) ἀντιθρῴσκοντος,
τῇ τε νόημα μάλιστα κυκλίσκεται ἀνθρώποισιν·
αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.

Hunc vltimum versum habet etiam *Etymologicum Magnum* [31]); et *Tertullianus* dicit [32]), τὸ ἡγεμονικὸν esse „nec in superciliorum „meditullio, vt Strato Physicus, nec in tota „lorica pectoris, vt Epicurus, sed (intell. *in* „*sanguine*) quod et Aegyptii renunciauerunt „ei, qui diuinarum commentatores videban„tur, et ille versus Orphei vel Empedoclis:

„Namque hominis sanguis circumcordialis est sensus."

Ad rem explicandam videtur *Chalcidius* [33]) aliquid contulisse his verbis: „Empedocles prin-

30) Intell. σύνεσις, vel νόησις, vel ψυχή.

31) in v. αἷμα, vbi tamen vitiose editum est ἀνθρώποισι.

32) de anima c. 15. p. 576. Cf. *Theod. Canter.* varr. lectt. 1, 5.

33) ad Timaeum p. 305.

„cipalem animae vim constituit in corde, sic „dicens:

„Sanguine cordis enim noster viget intellectus.

„Siquidem intimis nostris sensibus sentimus „ea, quae sunt extra nos, propter cognatio„nem. Ideoque ait:

„Terram terreno sentimus, at aethera flammis,
„Humorem humecto, nostro spirabile flatu."

Nimirum sedem animi praecipuam ponebat Empedocles in corde atque adeo in sanguine, non vero animum dicebat e sanguine ortum esse, sed potius, vt reliqua omnia, e quatuor elementis, maxime tamen ex igni. Quare etiam dixit, sanguinem esse vim intelligendi, quippe qui, cum calefaciendi vim habeat, videri potuit particulas igneas in se continere. Quam in rem supra iam passim [34]) veterum locos attuli, et hic alios apponendos putaui. *Simplicius* [35]): *Ἐμπεδοκλέα ἐκ τῶν τεσσάρων αὐτὴν* (np. *τὴν ψυχὴν*) *ὑφιστάνειν στοιχείων, καὶ ἐκ τῶν δύο κινητικῶν ἀρχῶν, φιλίας τε καὶ νείκους, οὐ μόνον τὸ ἐκ πασῶν μίγμα ψυχὴν λέγοντα, ἀλλὰ καὶ ἑκάστην ἀρχὴν γνωστικὴν οὖσαν τοῦ ὁμοίου. τὸ γὰρ γνωστικὸν ὁρατοῦν ψυχὴν εἶναι.*

34) v. c. §. 9. p. 205. sq. 208. sq. §. 10. p. 240.
35) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 6. b.

Iterum [36]): ὁποίας ἂν καὶ ὁπόσας ἕκαστος ὑπετίθετο ἀρχὰς, ἐκ τοιούτων καὶ τοσούτων καὶ τὴν ψυχὴν συνέστησαν, σωματικὰς μὲν οἱ φυσιολόγοι θέμενοι, ἀσωμάτους δὲ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων, μίξαντες δὲ ἀπ' ἀμφοῖν Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ἀναξαγόρας. Themistius [37]): Ἐμπεδοκλῆς ἀρχὰς ἡγούμενος εἶναι πάντων τὰ τέτταρα στοιχεῖα, καὶ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν, ἐκ ταυτοῦ ποιεῖ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν αἴσθησιν. λέγει γὰρ,

ὡς γαίῃ μὲν γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ.

τίθεται δὲ καὶ ἕκαστον τούτων ψυχήν· ὡς οὐκ ἂν ἄλλως αἰσθανομένης τῶν ἔξωθεν, εἰ μὴ τῷ ὁμοίῳ. Et alio loco [38]): ὅσοι τιθέασιν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἐναντίωσιν, καὶ τὴν ψυχὴν συνιστᾶσι [39]) ἐκ τῶν ἐναντίων, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς· δοὺς γὰρ ἐν τοῖς στοιχείοις θερμότητα, ψυχρότητα, ὑγρότητα, ξηρότητα, δίδωσι καὶ τῇ ψυχῇ τὰς ἐναντιώσεις ταύτας ὑπάρχειν.

γαίῃ μὲν γὰρ (φησὶ) γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ.

36) ibid. fol. 7. b. Cf. ad n. 43.
37) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 66. b.
38) ibid. fol. 67. b.
39) Sic correxi vitiosum συνισάσι.

Iohannes Philoponus [40]): πάντα ἐκ τῶν τεσσάρων γεννῶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκ τούτων ἐγέννα.

γαίῃ μὲν γὰρ (φησὶ) γαῖαν ἀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον [41]), ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
στοργῇ δὲ στοργὴν, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ.

Et aliter alio loco [42]): ποτὲ μὲν ἡ ψυχὴ νοητῶς ἐνεργεῖ καὶ ἀνατείνεται πρὸς τὰ θεῖα, ποτὲ δὲ καταγεῖται εἰς τὴν ὕλην. διὰ ταῦτα οὖν ἔλεγεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἐκ τῆς φιλίας εἶναι καὶ τοῦ νείκους τὴν ψυχήν· ἐπειδὴ καὶ τῶν ὄντων πάντων ταύτας ὑπετίθετο ποιητικὰς εἶναι ἀρχάς. διότι ἑώρα ἐν πᾶσι καὶ ταυτότητα καὶ ἑτερότητα, καὶ ἕνωσιν καὶ διάκρισιν. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς νοητοῖς μᾶλλον κρατεῖν τὴν φιλίαν, ἢ τὸ νεῖκος· ἐν δὲ τοῖς αἰσθητοῖς, ἔμπαλιν. Et rursus [43]): οἱ φυσικοὶ — ἐνόμιζον τὴν ψυχὴν ἐκ πάντων τῶν ὄντων συγκεῖσθαι, ἵνα ἐκ τῶν ἀρχῶν συγκειμένη, οἷον ὁμήρους ἔχουσα αὐτῶν γινώσκῃ αὐτά. οὕτω γὰρ καὶ τὸ Ἐμπεδόκλειον ἔπος. φησὶ γὰρ,

γαίῃ γαῖαν ἀπώπαμεν.

40) ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, 6. fol. 59. b.

41) Ita rescribendum fuit pro δῖαν.

42) ad *Aristot.* de anima lib. 1. C, 1. (fol. 17. a.)

43) ibid. lib. 3. R, 11. (fol. 134. a.) Cf. ad lib. 1. E, 4. sq. (fol. 34. b. et 35. a.)

Manifesto hanc doctrinam in mente habuit *Iamblichus*, cum haec scriberet [44]): *τινὲς εἰς τὰς τῶν τεσσάρων στοιχείων ἀρχὰς τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἐπαναφέρουσιν. εἶναι μὲν γὰρ τὰ πρῶτα σώματα ἄτομα, πρὸ τῶν στοιχείων στοιχειωδέστερα* [45]*· εἰλικρινῆ δὲ ὄντα, καὶ πεπληρωμένα πάντη καθαρᾶς πρώτης οὐσίας, μὴ δέχεσθαι μηδ' ὁπωστινοῦν εἰς αὐτὰ διαίρεσιν. ταῦτα τοίνυν ἄπειρα ἔχειν σχήματα, ἓν δὲ αὐτῶν εἶναι τὸ σφαιροειδὲς, ἀπὸ δὴ τῶν σφαιροειδῶν ἀτόμων εἶναι τὴν ψυχήν.* Cum igitur Empedocles animi originem et quasi fontes putauerit elementa esse, ipsa autem elementa pro diis habuerit [46]): mirum esse nemini potest, eidem *θείας* visas esse *τὰς ψυχάς* [47 a]). Nemini item obscura iam erunt, quae scripserunt *Theodoretus* [47 b]): *ὁ Ἐμπεδοκλῆς (κέκληκε τὴν ψυχὴν) μίγμα ἐξ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας.* Et *Interpres Horatii Cruquianus* [48]):

44) seruata a *Stobaeo* eclog. phys. c. 52. p. 860. Cf. p. 900. extr. ibique *Heeren* V. C. p. 901. in nota f.

45) v. supra §. 9. ad n. 66. p. 154. sq.

46) v. §. 9. extr. p. 213. sq.

47 *a*) v. ibid. ad n. 91. sq. p. 166.

47 *b*) diss. V. de Graec. affect. Vol. IV. p. 822.

48) ad art. poet. 465. p. 638. Scilicet Empedocles ibi ab *Horatio* vocatur *frigidus*, quod *Iodocus Badius* explicat *male sanus*. Sed *Barthius* aduersarr. 41, 11. per contemtum

„Erat autem Empedocles Agrigentinus, Pytha„goricus, qui dicebat, tarda ingenia frigido „circa praecordia sanguine impediri.“ Vera scripsisse hunc scholiasten, intelligi ex eo potest, quod etiam *Virgilius* [49]), cum dicere vellet: „sin stupor siue stupiditas animi im„pediat, quo minus possim“ ita dixit:

„Sin, has ne possim naturae accedere partes,
„Frigidus obstiterit circum praecordia sanguis.“

Vbi Ill. *Heynius* primo obseruat, ex antiqua Italorum philosophia *praecordia*, *φρένας*, *πραπίδας*, sedem non modo motuum animi, sed et mentis fuisse. Reliqua inde explicat, quod antiquissimis temporibus nullus fuerit sapiens, qui non esset poeta, nullus autem poeta, qui non maiore animi motu atque aestu raperetur, aut diuino spiritu (*ἐνθουσιῶν*) ageretur, quodque adeo calor sanguinis cum animi vi, cum ingenii subtilitate, cum facultate poetica, naturae aliquam coniunctionem habere visus sit.

ipsius dogmatum ita dictum putat Empedoclem, ac si tutus suo frigore flammas Aetnae insiluisset. Idem *Barthius* in scholiis *Acronis*, qui fere eadem quae Interpres supra laudatus scripsit illustrando loco *Horatii*, nisi quod adiectiuum *tarda* omisit, libro vitiose scripto vsus sit necesse est. Nam pro „Emp. *vnum* dicebat ingenia“ legi iubet *hominum*, vel *virûm*, vel *vulgi*, cum tamen in editione illa operum *Horatii*, quae 4o Grammaticorum commentariis instructa prodiit Basil. 1580. fol. p. 1136. recte legatur: Emp. *enim*.

49) Georg. 2. 483. sq.

Quae autem hucusque dixi, ea omnia pertinere videntur ad primam animorum humanorum originem. Alia res est, cum quaeritur, quid Empedocles statuerit de coniunctione eorundem cum corporibus, quae fit per generationem. Scilicet sicut animos putabat diuinae esse originis, et daemonas vocabat: ita eorum ad generationem aduentum comparabat cum peregrinatione vel potius exilio, quoniam animi, qui cum corporibus in hac terra coniungerentur, abesse deberent a diis, quorum ipsi tamen pars essent. Locus hanc in rem fere classicus est apud *Plutarchum* [50]), cuius magnam partem in Florilegium suum *Stobaeus* [51]) transscripsit. Verba *Plutarchi* sunt: *ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας προαναφωνήσας* [52]),

ἔστιν ἀνάγκης 53) *χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιὸν,*
εὐρύ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ

50) de exilio c. 17, T. II. opp. p. 607. C. (T. X. p. 387. ed. *Hutten.*)

51) Serm. 38. p. 230. edit. tertiae Gesnerianae, Tiguri 1559. fol. siue Serm. 158. p. 554. edit. Wechelianae, Frcf. 1581. fol. Nimirum habet *Stobaeus* verba *τὸ δὲ ἀληθέστατον — φρόνησιν.*

52) Versus Empedocleos habet etiam *Steph.* in poesi philos. p. 25.

53) Sic edidi cum *Reiskio* et *Heerenio* ad *Stobae.* ecl. phys. c. 52. p. 895. et *Hoeschelio* ad *Origen.* contr. Cels. 8. 53. pro *ἔστι τῆς ἀναγκ.* *Steph.* aliique legunt *ἔστι τι ἀν.* *Wyttenbachius ἔστι τ' ἀν.* quem sequitur *Hutten.*

δαίμων 54), (οἵ τε μακραίωνες 55) λελάχασι βίοιο) τρὶς μὶν 56) μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι. τὴν 57) καὶ ἐγὼ νῦν εἰμὶ φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης,

οὐχ ἑαυτὸν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ πάντας ἀποδείκνυσι μετανάστας ἐνταῦθα καὶ ξένους καὶ φυγάδας ἡμᾶς ὄντας. οὐ γὰρ αἷμα, φησὶν, ἡμῖν οὐδὲ πνεῦμα συγκραθὲν, ὦ ἄνθρωποι, ψυχῆς οὐσίαν καὶ ἀρχὴν παρέσχεν, ἀλλ' ἐκ τούτων τὸ σῶμα συμπέπλασται γηγενὲς καὶ θνητόν· τῆς δὲ ψυχῆς ἀλλαχόθεν ἡκούσης

54) Secutus sum *Heerenium* l. l. Vulgo legitur δαίμονες.

55) *Scaliger* ad *Stephani* poes. philos. p. 216. coniicit μακραίωνος. Et sic legit *Hoeschelius* l. l. qui etiam λελάχαφι habet pro λελόγχασι, in quo eum secutus sum.

56) In editione Wecheliana et ap. *Origenem* contr. Cels. 8, p. 412. est μὲν pro μιν. In *Origene* est etiam ἀλαλῆσθαι.

57) Pro vitioso τὴν legi fortasse possit τῇ, i. e. ταύτῃ, *itaque*, vel *hic*, *in hac terra*. Cf. ad n. 63. *Scaliger* l. l. et *Wyttenbach* volunt τῶν, quod referatur ad μακάρων, sed *Iac. Windet* in Σρωματεῖ ἐπιστολικῷ de vita functorum statu, p. 107. ed. 3. Lond. 1677. 8. siue in *Th. Crenii* fasciculo quarto opusculor. quae ad historiam ac philologiam sacram spectant, Roterod. 1694. 8. p. 85. dicit, legendum esse δὴν π. ἐ. γ. εἶμι, quam emendationem fateor mihi valde placere. Saltem τῶν, quod volunt viri docti, frigere videbatur, quia deinceps sequitur θεόθεν. *Iohannes Philoponus*, qui ter laudauit hunc versum, ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, fol. 59. a. de anima lib. 1 C, 1. (fol. 17. a.) et phys. auscultt. lib. 1. A, 10. bis habet: ὡς καὶ ἐγὼ δεῦρό εἰμι φ. sed vltimo loco: ὡς καὶ ἐγὼ δεῦρ' εἰμι φ.

δεῦρο, τὴν γένεσιν ἀποδημίαν ὑποκορίζεται, τῷ πρᾳοτάτῳ τῶν ὀνομάτων. τὸ δὲ ἀληθέστατον, φεύγει καὶ πλανᾶται θείοις ἐλαυνομένη δόγμασι καὶ νόμοις. εἶτα, ὥσπερ ἐν νήσῳ σάλον ἐχούσῃ πολὺν, καθάπερ φησὶν ὁ Πλάτων, ὀστρέου τρόπον ἐνδεδεμένη τῷ σώματι διὰ τὸ μὴ μνημονεύειν μηδ' ἀναφέρειν [58]),

ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ ὅσσου [59]) μήκεος ὄλβου

μεθέστηκεν, οὐ Σάρδεων Ἀθήνας, οὐδὲ Κορίνθου Λῆμνον ἢ Σκῦρον, ἀλλ' οὐρανοῦ καὶ σελήνης γῆν ἀμειψαμένη καὶ τὸν ἐπὶ γῆς βίον, ἐὰν μικρὸν ἐνταῦθα [60]) τόπον ἐκ τόπου παραλλάξῃ, δυσανασχετεῖ καὶ ξενοπαθεῖ, καθάπερ φυτὸν ἀγεννὲς ἀπομαραινομένη. καίτοι φυτῷ μὲν ἐστί τις χώρα μᾶλλον ἑτέρας ἑτέρα [61]) πρόσφορος, ἐν ᾗ τρέφεται καὶ βλαστάνει βέλτιον· ἀνθρώπου δ' οὐδεὶς ἀφαι-

58) *Stob.* inuerso ordine: *ἀναφέρειν μηδὲ μνημονεύειν.* Versum sequentem etiam *Clemens Alexandr.* stromm. 4, p. 479. C. tribuit Empedocli, et *Stephanus* inseruit poesi philos. p. 29.

59) Ita *Stobaeus.* Sed ap. *Plutarchum* ante *Wyttenbachium* legebatur *ὅσσου.* *Clemens Alex.* l. l. legit *οἷου*, et omittit *τε* post *τιμῆς.*

60) Ita edidi cum *Wyttenb.* et *Hutten.* Vulgo pro *ἐὰν* legitur *ἵνα.* *Stobaeus* habet: *ἂν μικρὸν δὲ ἐντ.*

61) Operarum vitio, opinor, ap. *Stobaeum* est *ἐτ. ἑτέρᾳ.*

ρεῖται τόπος εὐδαιμονίαν, ὥσπερ οὐδ' ἀρετὴν, οὐδὲ φρόνησιν. Praeterea meminerunt huius sententiae Empedocleae alii multi, vt *Porphyrius* [62]): λύειν ἐκ τῶν δεσμῶν πειρᾶσθαι· ὡς ἂν τοῦ πρὸς τὰ τῇδε [63]) ἐστραμμένου, καὶ ἑαυτὸν θεῖον ὄντα καταλελοιπότος, ὡς φησὶ,

— φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης.

Hierocles [64]): λέγεται ὀρθῶς ὑπὸ Ἡρακλείτου, ὅτι ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον. κάτεισι γὰρ καὶ ἀποπίπτει τῆς εὐδαίμονος χώρας ὁ ἄνθρωπος, ὡς Ἐμπεδοκλῆς φησιν ὁ Πυθαγόρειος,

— φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης,
νείκεῖ μαινομένῳ πίσυνος.

ἄνεισι δὲ, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἕξιν ἀπολαμβάνει, εἰ φύγοι τὰ περὶ γῆν καὶ τὸν

— ἀτέρπεα χῶρον [65]).

62) Sentent. 41. p. 276. ed. Cantabrig. 1655. 8.

63) h. e. *ea quae hic sunt, res terrestres.* Cf. ad n. 57. et praefat. n. 73.

64) in aurea carmina p. 186. ed. *Needham.* Cantabr. 1709. 8.

65) *Guil. Irhouius* de palingenesia veterum s. metempsychosi sic dicta Pythagorica, Amst. 1733. 4. p. 249. integrum ex his versum constituit, et sic legit:

εἰ φεύξει τὰ περὶ γῆν, καὶ τὸν ἀτερπέα χῶρον.

Debebat χθόνα ponere pro γῆν.

ὡς αὐτὸς λέγει,

ἔνθα φόνος τε, κότος τε, καὶ ἄλλων ἔθνεα πηρῶν [66]).

εἰς ὃν οἱ ἐμπεσόντες, Ἄτης

— ἀνὰ λειμῶνά τε καὶ σκότος ἠλάσκουσιν [67]).

Iamblichus [68]): οὗτοι (Platonici) προϋποκειμένων τῶν ἀτάκτων καὶ πλημμελῶν κινημάτων, ἐπεισιέναι φασὶν ὕστερα τὰ κατακοσμοῦντα αὐτὰ καὶ διατάττοντα, καὶ τὴν συμφωνίαν ἀπ' ἀμφοτέρων οὕτως συννυφαίνουσι· κατὰ μὲν Πλωτῖνον τῆς πρώτης ἑτερότητος· κατ' Ἐμπεδοκλέα δὲ τῆς πρώτης ἀπὸ τοῦ θεοῦ φυγῆς. Animos ob delicta hoc exilio damnatos esse ex Empedoclis mente, docet *Plutarchus* etiam his verbis [69]): προαναφωνῆ-

66) A *Synesio* de prouidentia 1, p. 89. D. sine auctoris nomine affertur hic versus sic:

ἔνθα φθόνος τε, etc. vbi tamen alii legunt φόνος.

67) *Synesius* l. l. exhibet ita:

Ἄτης ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον ἠλάσκουσιν.

Et epist. 146. dicit: σῖμαί σε καὶ πρὸ εὐχῆς εὖ πράττειν, ὅς γε ἀφεὶς τοὺς ἀνθρώπους ἡμᾶς

Ἄτης ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον ἠλάσκοντας,

καὶ ταῖς χθονίαις ἐγκαλινδουμένους φροντίσιν — ἀνεχώρησας.

68) ap. *Stobaeum* eclog. phys. c. 52. p. 894. Cf. *Sallustius* de diis et mundo c. 4. p. 251. ed. *Gale* in Opuscc. mythol.

69) de esu carnium orat. I. extr.

σαι τὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους. ἀλληγορεῖ γὰρ ἐνταῦθα τὰς ψυχὰς, ὅτι φόνων καὶ βρώσεως σαρκῶν καὶ ἀλληλοφαγίας δίκην τίνουσαι σώμασι θνητοῖς ἐνδέδενται. Eodem pertinent verba *Plotini* *): Ἐμπεδοκλῆς εἰπὼν ἁμαρτανούσαις νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς, πεσεῖν ἐνταῦθα, καὶ αὐτὸς φυγὰς θεόθεν γενόμενος ἦκειν πίσυνος μαινομένῳ νείκει **). Et alio loco ***): οὐ διαφωνεῖ ἀλλήλοις — οὐδ' ἡ Ἐμπεδοκλέους φυγὴ ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ πλάνη, οὐδ' ἁμαρτία ἐφ' ᾗ ἡ δίκη. Etiam verba *Origenis* 70): ἢ εὐλογώτερον, ἑκάστην ψυχὴν κατά τινας ἀπορρήτους λόγους (λέγω δὲ ταῦτα νῦν κατὰ Πυθαγόραν καὶ Πλάτωνα καὶ Ἐμπεδοκλέα —) εἰσκρινομένην σώματι κατ' ἀξίαν, εἰσκρίνεσθαι καὶ κατὰ τὰ πρότερα ἤθη; Item *Aeneae Gazaei* 71): ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἐκφοβεῖ, νόμον εἶναι λέγων ταῖς ψυχαῖς ἁμαρτούσαις, ἐνταῦθα πεσεῖν. Et paulo post 72): οὐκ ἔχω τίς γένωμαι, οὐκ

*) Ennead. 4. lib. 8. cap. 1. p. 468. C.

**) Vitiose editum est μαινομένων εἶπει.

***) Ennead. 4, 9, 5.

70) contra Celsum 1, p. 26.

71) in Theophrasto s. dialogo de animorum immortalitate p. 9. ed. *Casp. Barth.* Lips. 1655. 4.

72) ibid. p. 11. Locum *Procli* huc pertinentem dedi infra ad n. 174.

εἰδὼς ὅτω χρὴ μᾶλλον συνέπεσθαι. πότερον Ἡρακλείτῳ — καὶ τῷ Ἐμπεδοκλεῖ, ὃς κατὰ τίσιν ὑπὲρ ὧν ἥμαρτεν ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν ἀπέρριψεν, ἢ τῷ Πλάτωνι μᾶλλον. Ad poenas igitur delictorum luendas putabat Empedocles animos, vel verius daemonas, per elementa agi atque torqueri, donec purgati expiatique pristinam naturam locumque recuperent. Versus Empedoclei huc pertinentes sunt hi [73]):

αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε 74) διώπει,
πόντος δ' ἐς χθονὸς οὐδας ἀπέπτυσε 75), γαῖα δ' ἐς αὐγὰς 76)
ἠελίου ἀπάμαντος, ὁ δ' 77) αἰθέρος ἔμβαλε δίναις·
ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες.

Vnde hunc mundum, maxime terram, vocabat speluncam tristem et tenebricosam. *Plo-*

73) Leguntur ap. *Plutarch.* de Iside et Osir. c. 26. T. II. opp. p. 361. C. et de vitando aere alieno c. 7. T. II. p. 830. F. vbi tamen deest versus quartus. Quae in vtroque loco hos versus praecedunt verba *Plutarchi*, ea dedi iam §. 11. p. 298. et 306. Omnes quatuor versus habet etiam *Eusebius* de praep. euang. 5. 5. p. 187.

74) Ita scripsi cum *Stephano* in poesi philos. p. 24. pro πόντον δὲ, quod in libro de Is. et Osir. habet editio Wecheliana.

75) De vit. aere alieno et ap. *Euseb.* nisi quod hic legitur ἀπέκτ. editum est ἀνέπτυσε, et πόντος δὲ χθον. οὐδας.

76) De Is. et Osir. est γαῖα δ' ἐσαῦθις.

77) De vit. aere alieno male editur ὅδ' αἰθ.

tinus †): τὸ αἰσθητὸν πᾶν πανταχοῦ ἀτιμάσας (Plato), καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν τῆς ψυχῆς μεμψάμενος, ἐν δεσμῷ τε εἶναι καὶ τεθάφθαι ἐν αὐτῷ τὴν ψυχὴν λέγει, καὶ τὸν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενον λόγον μέγαν εἶναι, ὃς ἐν φρουρᾷ τὴν ψυχήν φησιν εἶναι. καὶ τὸ σπήλαιον αὐτῷ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ ἄντρον. *Aeneas Gazaeus* [78]): τόδε τὸ πᾶν Ἐμπεδοκλῆς ἄντρον πεποίηκεν. ἐν πολιτείᾳ δὲ Πλάτων [79]) μεταβάλλων σπήλαιον ὀνομάζει. *Porphyrius* [80]): οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ μετὰ τούτους Πλάτων, ἄντρον καὶ σπήλαιον τὸν κόσμον ἀπεφήναντο. παρὰ γὰρ Ἐμπεδοκλεῖ αἱ ψυχοπομποὶ δυνάμεις λέγουσιν·

ἠλύθομεν τόδ' ὑπ' ἄντρον ὑπόστεγον.

Appellabat item hanc terram eadem de causa ἀτερπέα χῶρον et Ἄτης λειμῶνα [81]), cuius etiam a *Proclo* [82]) mentio fit: ἐν πολιτείᾳ

†) Ennead. 4, 8, 1. p. 469. B.

78) l. l. p. 10.

79) initio libri VII. de rep. Cf. ibid. T. II. opp. p. 539. E.

80) de antro Nympharum c. 8.

81) v. paulo ante ad n. 64. sqq. Cf. *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de sera num. vind. p. 114. sq. edit. Lugd. Bat. 1772. 8.

82) ad Timaeum 5. p. 339.

(Plato) τὸν τῆς λήθης ποταμὸν ἀπεκάλεσε πᾶσαν τὴν γενεσιουργὸν φύσιν, ἐν ᾗ καὶ ἡ λήθη καὶ ὁ τῆς Ἄτης λειμὼν, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς. Et a *Themistio* [83]): δι' ὑμᾶς τοι, ὦ μακάριοι, οἱ θεοὶ τὴν γῆν οὔπω ἀπολελοίπασι· καὶ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ μέχρι τέως ἀπομαχόμενοι μὴ παντάπασι τὴν θνητὴν φύσιν τῆς ἀθανάτου ἀποῤῥαγῆναι· μήτε Ἐμπεδοκλεῖ συγχωροῦντες ἀληθῆ λέγειν, δυσφημοῦντι τὸν ἔγγειον τόπον, καὶ Ἄτης λειμῶνα ἐπονομάζοντι. Item [84]): σὺ μὲν ὄλβιός τε καὶ εὐδαίμων πρὸς ὀλβίους τε ἀνέδραμες καὶ εὐδαίμονας τοὺς καταπέμψαντας· ἡμᾶς δὲ ἀπέλιπες ἐν τῷ κλύδωνι καὶ τῷ λειμῶνι τῆς Ἄτης [85]). Qui vero animi prorsus maligni neque per hanc exilii poenam emendati essent, eos nunquam ad pristinam naturam conditionemque redire existimasse videtur Empedocles. id quod apparet, ni fallor, partim ex eorum, quos modo laudaui, locorum non paucis, partim e loco *Plutarchi* iam superius allato [86]). Quatenus igitur Empedo-

83) orat. 13. ad Gratianum p. 178. A. ed. *Harduin.*

84) orat. 20. p. 240. C.

85) In editione Aldina 1534. fol. p. 111. legitur λ. τ. ἄττης, et in ed. *Harduin.* χειμῶνι τ. Ἄτης. Vtrumque vitiose.

86) §. 11. ad n. 148. p. 306.

cles alios animos, qui poenae causa in corpora humana relegati essent, ad meliorem frugem redire putabat, alios in vitiositate perseuerare, hactenus dici potest statuisse daemonas bonos et malos [87]). Ex omnibus autem, quae ex antiquis scriptoribus retuli, patet, opinor, intelligendos maxime esse manes siue defunctorum animos, qui iam aliquando in corporibus humanis versati praue peruerseque egerint, inprimis mactandis animalibus [88]). Neque dubium videtur, quin Empedocles in his duces secutus sit Pythagoram atque Hesiodum, quippe quos et ipsos censuisse constat, animos hominum bonorum hac vita functorum fieri δαίμονας [89]), quanquam ipse longius progressus etiam malorum hominum animos appellauerit daemonas, ac deinde, vbi corpore excesserint, poenae loco relabi in corpora mortalia, atque, si mali esse pergerent, per omnia elementa agitari existimauerit. Nimirum Pythagorei, auctore *Hierocle* [90]), crediderunt daemo-

87) v. §. 11. p. 299.

88) Docent hoc non solum verba Empedoclis ad n. 52. sqq. adscripta, sed etiam *Synesii* de prouidentia 1, p. 89. D. vbi malos morientes ait εἰς τοὺς συγγενεῖς ἀνλισθῆναι πενθμῶνας, quibus verbis statim subiicit, quae in nota 66. posui.

89) v. *Irhouii* liber laudatus p. 111 — 115.

90) ad aurea carmina p. 226. sqq. Cf. *Plutarch.* de EI apud Delphos c. 13.

nas siue deos esse triplicis generis, quorum praecipui et praestantissimi proxime accederent ad rerum omnium auctorem siue deum summum, et omnino eadem quae ille sentirent, immortalesque essent, nec vllum delictum possent committere; alios vocarunt mortales, quippe animos humanos, qui per virtutem suam euecti essent in aetherem purum, ibique versari cum diis semper possent, nisi nouis se inquinassent vitiis, quo facto rursus in corpora mortalia detruderentur; alios, qui medium inter vtrosque locum tenerent, appellarunt heroas. Alii [91]) Pythagoram dicunt duo tantum daemonum genera posuisse, ita vt ii, quos ego secundo et tertio loco memoraui, non differant, et communi nomine daemones et heroes nominentur. Vtut sit, videtur Empedocles hac doctrina vsus esse suo ex ingenio, hoc est ita, vt summam seruaret, in singulis autem partibus quaedam immutaret; et optime ex eadem doctrina explicari potest, quod Empedocles se deum fore, nempe post mortem, dixisse legitur [92]), neque opus est vt illum arrogantiae superbiaeque nimiae accusemus.

His omnibus diligenter consideratis, eua-

91) v. *Tiedemanni* Griechenlands erste Philosophen p. 401. sqq.

92) v. supra §. 6. p. 74. et §. 7. p. 111 — 113. et §. 8. p. 123.

nescit, si quid video, difficultas illa, quam sibi finxit *Bruckerus* [93]), duplicem animam Empedocli placuisse ratus, alteram diuinam et e diuina mundi anima ortam, alteram sensitiuam et ex elementorum principiis conflatam. Cuius placiti mihi quidem nullum reperiri videtur neque in ipsius Empedoclis, neque in aliorum veterum scriptorum verbis vestigium.

Quae vero hucusque exposui, ea simul pertinere patet ad doctrinam de animi immortalitate, quam vt doceant ab Empedocle creditam fuisse, variis formulis vtuntur scriptores, vt *Iustinus Mártyr* [94 a]): πεισάτωσαν ὑμᾶς, ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαὶ, — καὶ τὰ τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρου, Πλάτωνός τε καὶ Σωκράτους. *Theodoretus* [94 b]): Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ξενοκράτης ἄφθαρτον εἶναι τὴν ψυχὴν ἀπεφήναντο. *Tertulliantus* [95]) Empedoclem ponit in eorum philosophorum numero, qui immortalitatem animae, qualiter volunt, tantum vindicant, nempe vt suas solas, id est sapientum, animas in supernis

93) hist. crit. philosophiae T. I. p. 1117. sq.

94 *a*) Apolog. 2, p. 65. B. (siue Apol. 1. cap. 24. ed. *Thalemann.*)

94 *b*) de Graec. affect. curatione diss. V. Vol. IV. p. 824.

95) de anima c. 54. Cf. de resurrectione carnis c. 1.

mansionibus collocent. *Clemens Alexandrinus* [96]) et ex eo *Eusebius* [97]): ἦν ὁσίως καὶ δικαίως διαβιώσωμεν, μακάριοι μὲν ἐνταῦθα, μακαριώτεροι δὲ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, οὐ χρόνῳ τινὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἔχοντες, ἀλλὰ ἐν αἰῶνι ἀναπαύεσθαι [98]) δυνάμενοι,

ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι, ἔν τε τραπέζαις [99])
εὖνιες ἀνδρείων ἀχέων, ἀπόπηροι, ἀτειρεῖς [100]),

ἡ φιλόσοφος Ἐμπεδοκλέους λέγει ποιητική. *Theodoretus* [101]): εἰ τῶν εὐσεβῶς βεβιωκό-

96) stromm. 5, p. 607. B. Est item hic locus in *Stephani* poesi philos. p. 28.

97) de praeparat. euangel. 13, 13. p. 684. sq.

98) *Euseb.* ἀλλ' ἐ. αἰ. ἀναπαύεσθαι.

99) *Euseb.* ὁμέστιοι, αὐτοτράπεζοι.

100) Ita cum *Irhouio* l. l. p. 243. hunc versum legendum putabam ex emendatione *Scaligeri* ad *Steph.* poes. philos. p. 216. Nam vulgo pessime corruptus legitur sic:

ἐόντες ἀνδρείων Ἀχαιῶν ἀπόκληροι ἀπηρεῖς.

Quo eodem modo laudatur v. c. ab *Harlesio* in opusculis varii argumenti (Hal. 1773. 8.) p. 149. Sed iam *Steph.* l. l. rescripserat ἀχέων, et *Franc. Viger.* ad *Euseb.* p. 65. ἀνδρείων ὄντες (vel etiam ἐόντες) ἀχέων ἀπόκληροι, ἀτηρεῖς. quod vltimum nomen etiam editur ap. *Eusebium* ἀτηρεῖς. Nec male. (v. *Plato* in Cratylo T. I. p. 395. B) Vir doctus ad *Clem. Alex.* p. 847. correxit sic: ἀνδρομέων ἀχέων ἀπόκληροι ἐόντες, ἀτηρ.

101) de Graec. affect. curatione diss. VIII. Vol. IV. p. 911.

τῶν οὐρανὸς ἐνδιαίτημα, ταύτην ἔχουσι τὴν λῆξιν οἱ μάρτυρες. τούτων γὰρ οὐδὲν εὐσεβέστερον. καὶ Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος οὕτω φησίν·

εἰς δὲ τέλος μάντεις τε, καὶ ὑμνοπόλοι, καὶ ἰητροί,
καὶ πρόμοι ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισι πέλονται,
ἔνθ' ἀναβλαστάνουσι θεοὶ τιμῆσι φέριστοι.

Rectius *Clemens Alexandrinus* [102]) de sapientium tantum animis haec verba intelligit: φησὶ δὲ, inquiens, καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς, τῶν σοφῶν τὰς ψυχὰς θεοὺς γίνεσθαι, ὧδέ πως γράφων·

εἰς δὲ τέλος — φέριστοι [103 a]).

Caeterum ad haec verba Empedoclis: τιμῆσι φέριστοι, pertinere videntur ista *Plutarchi* [103 b]): ὀνομάζω δὲ νῦν τιμὰς, ἃς οἱ πολλοὶ κατ' Ἐμπεδοκλέα ἢ θέμις καλοῦσιν. *Reiskius* tamen aliter sentit. Cf. quae infra ad vers. 116. dixi. Ex his autem omnibus rursus apparet, quomodo intelligendi sint loci, in quibus Empedocles affirmasse dicitur, se fore aliquando

102) strömm. 4, p. 534. C. cuius locum *Steph.* quoque habet l. l. p. 27. Vterque legit: ἔνθεν ἀναβλαστοῦσι θ. τ. φ.

103 *a*) *Andr. Tiraquellus* de nobilitate p. 292. hunc locum, vel potius locum *Theodoreti*, ideo profert, vt ostendat, Empedoclem valde laudasse medicos.

103 *b*) in praeceptis reip. gerendae c. 28. T. II. opp. p. 820. F.

deum, et vero etiam patet, *Abulpharaium* [104]) nugari, cum Empedoclem dicit scripsisse librum ad refutandum resurrectionem spiritualem, multo magis corporalem.

Multo plures scriptores Empedocli tribuunt dogma de metempsychosi, vt *Sextus Empiricus* [105]): οἱ περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, καὶ τῶν Ἰταλῶν πλῆθος φασὶ, μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναί τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων. ἓν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα, τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆκον, ψυχῆς τρόπον [106]), τὸ καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα. διόπερ καὶ κτείνοντες αὐτὰ, καὶ ταῖς σαρξὶν αὐτῶν τρεφόμενοι, ἀδικήσομέν τε καὶ ἀσεβήσομεν, ὡς συγγενεῖς ἀναιροῦντες. ἔνθεν καὶ παρήνουν οὗτοι οἱ φιλόσοφοι ἀπέχεσθαι τῶν ἐμψύχων, καὶ ἀσεβεῖν ἔφασκον τοὺς ἀνθρώπους,

βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρων θερμοῖσι φόνοισι.

104) v. §. 2. p. 11.

105) adu. Mathematt. 9, 127 — 129.

106) Diserte hic dici videtur, Empedoclem statuisse animam mundi. Cf. §. 14. p. 354. Sed putem potius, eam coniunctionem intelligendam esse, quae nobis cum caeteris animalibus, quin etiam cum plantis, eo intercedit, quod ex iisdem elementis, e quibus homines, composita sint, eademque vita fruantur. Cf. *Irhou.* l. l. p. 158. sq. *Tennemannus* p. 249. per animam mundi intelligit ignem et aethera.

καὶ Ἐμπεδοκλῆς που φησὶν [107]),

οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος; οὐκ ἐσορᾶτε
ἀλλήλους δάπτοντες ἀφηδείῃσι νόοιο;

καὶ,

μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
σφάζει ἐπευχόμενος, μέγα νήπιος [108])· οἱ δὲ πορεῦνται
λισσόμενοι [109]) θύοντες, ὁ δ' ἀνήκουστος ὁμοκλέων,
σφάξας, ἐν μεγάροισι πανὴν ἀλεγύνατο δαῖτα.
ὣς δ' αὖτως πατέρ' υἱὸς ἑλὼν, καὶ μητέρα παῖδες,
θυμὸν ἀποῤῥαίσαντα φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσι.

Chalcidius sex hos versus reddidit his quinque latinis:

107) Habet haec et sequentia *Stephanus* in poesi philos. p. 24. *Chalcidius* ad Timaeum p. 286. sic vertit:

„Comprimite, o gentes, homicidia; nonne videtis,
„Mandere vos proprios artus ac viscera vestra?"

108) *Plutarch.* de superstitione T. II. p. 171. C. Ἐμπεδοκλῆς φησι, τῶν τὰ ζῶα θυόντων καθαπτόμενος,

μορφὴν — μέγα νήπιος.

Origenes contr. Cels. 5, 49. οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου, διὰ τὸν περὶ ψυχῆς μετενσωματουμένης μῦθον, ἐμψύχων ἀπέχονται·

— καί τις φίλον υἱὸν ἀείρας
σφάζει — νήπιος.

109) Si hanc lectionem sequimur, λισσόμενοι puto nihil aliud esse, quam ἐπευχόμενοι. Sed *Steph.* l. l. habet λισσόμενον, quod referatur ad φίλον υἱὸν, h. e. hostiam mactandam, in qua lateat anima filii, supplicantis vt ipsi parcatur. Vtrumcunque autem verum sit, ἀνήκουστος pertinet ad eum, qui mactat hostiam, nec supplicantis precibus locum dat.

„Mutatos sobolis mactat pater impius artus,
„Diis epulum libans; saeua prece territa mente
„Hostia, luctifica funestatur dape mensa.
„Natus item vt pecudes caedit matremque patremque,
„Nec sentit caros mandens sub dentibus artus."

Plutarchus [110]): *μικρὸν ἀνάλωμα ἡγούμεθα ψυχήν; οὔπω λέγω, τάχα μητρὸς, ἢ πατρὸς, ἢ φίλου τινὸς, ἢ παιδὸς, ὡς ἔλεγεν Ἐμπεδοκλῆς.* Item [111]): *τὰ Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους δόγματα, νόμοι τῶν παλαιῶν ἦσαν Ἑλλήνων, καὶ πυρίαι, καὶ δίαιται, ὅτι πρὸς τὰ ἄλογα ζῶα δίκαιον ἡμῖν οὐδέν ἐστιν.* *Porphyrius* [112]): *Ἐμπεδοκλῆς περί τε τῶν θυμάτων καὶ περὶ τῆς θεογονίας διεξιὼν παρεμφαίνει λέγων,*

οὐδέ τις ἦν κείνοισιν Ἄρης θεὸς, οὐδὲ κυδοιμὸς,
οὐδὲ Ζεὺς βασιλεὺς, οὐδ' ὁ Κρόνος, οὐδ' ὁ Ποσειδῶν,
ἀλλὰ Κύπρις βασίλεια,

110) de esu carnium orat. II. T. II. opp. p. 997. D.

111) ibid. p. 998. A.

112) de abstinentia 2, p. 157. Cf. 1, p. 7. Versus supra laudatos, vsque ad *οὐδας*, habet etiam *Steph.* in poesi philosi p. 29. sq. Iidem extant ap. *Athenaeum* 12, p. 510. C. et priores, vsque ad *βασίλεια*, ap. *Eustath.* ad *Homer.* Il. *χ*, p. 1261. qui tamen vitiose legit: *βασιλεὺς, οὐδὲ Ποσειδῶν, ἀ. Κ. β. Athenaeus: οὐδὲ Κρόνος, οὐδὲ Ποσ. — ἰλάσκονται, γραπτ. δὲ ἐ. — δαιδαλεόδμοις, σμ. τ' ἀπρήτου*, quod valde placet. — *ξανθῶν τε σπ. μ. ῥίπτοντες. Steph.* fere vbique sequitur *Porphyrium.*

(ἥ ἐστιν ἡ φιλία)

τὴν οἵγ' εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν ἱλάσκοντο,
ἠρακτοῖς τε ζώοισι, μύροισί τε δαιδαλεόσμοις,
σμύρνης τ' ἀπράτου θυσίαις, λιβάνου τε θυώδους,
ξουθῶν τε σπονδὰς μελιτῶν ῥιπτοῦντες ἐς οὐδας.
ταύρωι δ' ἀπρίτοισι φόνοις οὐ δεύετο βωμὸς,
ἀλλὰ μῦσος τοῦτ' ἔσκεν ἐν ἀνθρώποισι μέγιστον,
θυμὸν ἀποῤῥαίσαντας ἐέδμεναι ἠέα γυῖα [113]).

Cedrenus [114]): *Ἐμπεδοκλῆς — εἰς πάντα τὰ ζῶα τὴν ψυχὴν μεταλλάττειν εἴρηκε, τῷ Πυθαγόρου δόγματι κατακολουθῶν.* In his locis omnibus docetur, Empedoclem putasse, hominum animos solere etiam in cuiusuis animalis corpus migrare, atque adeo verendum esse, ne is, qui quodcunque animal interfecerit, parentes aut cognátum aliquem interficiat.

113) Primus trium istorum versuum legitur ap. *Porphyr.* l. l. p. 158. et p. 172. vbi ei iunguntur duo reliqui. Omnes tres habet, praeter *Stephanum* l. l. p. 30. *Eusebius* de praepar. euangel. 4, 14. p. 152. qui tamen non addidit nomen Empedoclis. *Scaliger* ad *Steph.* poes. philos. p. 216. legi iubet *ἀκρήτοισι* pro *ἀκρίτοισι*, *iniustis*. Et sane *Euseb.* habet *ἀκράτοισι*. Ex eodem *Eusebio* edidi cum *Stephano* *δεύετο* pro *δεύεται*, quod est ap. *Porphyr.* et *ἐέδμεναι* pro *Porphyrii* *ἐέλμ.* Sed *ἠέα* ex emendatione *Vigeri* rescripsi pro *ἤϊα*, et *ἀποῤῥαίσαντας* debetur *Stephani* ingenio, cum *Porphyrius* habeat *ἀποῤῥέσαντας*, *Eusebius* *ἀποῤῥήσαντας*, vbi *Viger.* tentabat etiam *ἀποῤῥήξαντας*.

114) T. I. chronic. p. 157. Similia dicit *Pseudo-Origenes* philosophum. c. 3. p. 50.

Sed reperiuntur etiam loci, vbi Empedocles statuisse dicitur, hominum animos in plantas migrare. *Hieronymus* [115 a]): „Probabo, „non Empedoclis et Pythagorae nos dogma „sectari, qui propter μετεμψύχωσιν omne „quod mouetur et viuit, edendum non pu„tant: et eiusdem criminis reos arbitrantur, „qui abietem quercumque succiderint, cuius „parricidae sunt et venefici." Vnde *Plutarchus* [115 b]) narrat, Pythagoram et Empedoclem discipulos adsuefecisse εἶναι καὶ πρὸς τὰ ἄλλα μέρη (np. τοῦ κόσμου) δικαίους, non solum in animalia. *Diogenes Laertius* [116 a]) Empedocli placuisse dicit, τὴν ψυχὴν παντοῖα εἴδη ζώων καὶ φυτῶν ἐνδύεσθαι. φησὶ γοῦν,

ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε,
θάμνός τ' οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

Hi sunt decantatissimi illi versus, qui saepe ab antiquis scriptoribus afferuntur, sed non eodem semper modo. Nullus enim, praeter Anthologiam Graecam [116 b]), prorsus ita, vt *Diogenes*, eos exhibuit, nisi quod *Clemens*

115 *a*) lib. 2. adu. Iouinianum T. II. opp. p. 52. D. (T. II. p. 331. A. ed. *Vallars.*)

115 *b*) orat. 2. de esu carnium, T. II. opp. p. 997. E.

116 *a*) 8. 77. vbi v. *Menag.*

116 *b*) p. 117. ed. *H. Steph.* siue p. 169. ed. Frcf. 1600. f.

Alexandrinus *), et *Olympiodorus* **), in priore quidem versu, ne tantillum quidem ab eo discedit. Proxime accedunt *Iohannes Philoponus* [117]), et *Pseudo-Origenes* [118]), quorum ille vitiose legit: ἤδη γάρ ποτε ἐ. γ. κοῦρός τε κούρη τε, hic autem: ἤτοι μὲν γὰρ ἐγὼ γ. κοῦρός τε κόρη τε. Etiam *Cedrenus* [119]): ἤτοι μὲν πρῶτα κοῦρος ἐγενόμην, κόρη τε. Et *Arsenius* [120]): ἤδη γὰρ αὖτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε. Sed *Athenaeus* ***), *Philostratus* [121]), *Cyrillus* [122]) et *Suidas* [123]) habent: ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γ. κούρη τε κόρος τε. Idemque haud dubie voluerunt *Themistius* [124]) et *Eustathius* [125]), in quorum libris legitur:

*) stromm. 6, p. 627. D.

**) ad *Plat.* Phaedon. c. 15. vbi v. *Fischer.* p. 295.

117) ad *Aristot.* de anima lib. 1. D, 16. (fol. 32. b.)

118) in philosophumenis c. 3. p. 50. vbi v. *Wolf.*

119) loco ad n. 114. laudato.

120) in Violeto MS. quod e Mosquensi quodam codice descriptum est, et nunc servatur in bibliotheca electorali Dresdensi, p. 163. Locum debeo humanitati Cel. *Daſsdorfii.*

***) lib. 8. extr.

121) in vita Apollonii 1, 1. p. 2.

122) contr. Iulian. 7, p. 243. D.

123) in v. Ἐμπεδοκλῆς. Cf. *Neandri* opus aureum T. I. p. 526.

124) ad *Aristot.* de anima 1, fol. 72. b. vbi Empedocles non nominatur.

125) ad *Homer.* Odyss. σ, p. 1838, 52.

ἤδη γ. π. ἐ. γ. κούρη τε κοῦρός τε, et ἤδη ποτ' ἐγὼ γ. κούρη τε κόρος τε. Non minor lectionis varietas reperitur in altero versu. In *Athenaei* quidem libris ante *Casaubonum* legebatur: καὶ ἐξ ἁλ. ἔμπυρος ἰ. vt apud *Diogenem*, sed *Casaubonus* e codicibus veteribus rescripsit ἔμπνοος [126]), quod ipsum extat apud *Eustathium*. Apud *Olympiodorum* quoque *Fischerus* cum *Casaubono* ἔμπυρος rescribendum censet pro ἄμφορος, quod erat in Codice. *Philoponus* et *Pseudo-Origenes* dant ἐξ ἁλ. ἔμπορος, quanquam in huius loco alii legunt ἔλλοπος, vt *Clemens Alexandrinus* et *Arsenius*: εἰν ἁλὶ ἔλλοπος. Apud *Cyrillum* est εἰν ἁλὶ φαίδιμος. Alii scriptores, teste *Casaubono*, scribunt εἰν ἁλὶ νήχυτος ἰχθ. *Cedrenus* denique totum versum legit aliter: καὶ θὴρ, καὶ θάμνος, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπνοος ἰχθύς. Quaeritur iam, quaenam ex his omnibus vera et genuina sit versus posterioris lectio. Et ἔμπυρος quidem, h. e. *coctus*, *assatus*, per se non displicet *Casaubono*, quoniam ἔμπυρος ἰχθὺς etiam in epigrammate quodam *Gregorii Nazianzeni* commemoratur, sed ipse tamen, vt dixi, ob veterum codicum auctoritatem praefert ἔμπνοος, *spirans*, *viuus*. *Menagius* vero ἔμπυρος veram lectionem putat propter

126) v. ad *Athenae.* p. 636.

locum aliquem *Aristotelis* *). *Ioach. Kühnius* legendum coniicit ἔμπνος, i. e. *piscis lactes habens.* Et confirmari haec coniectura videatur per ea, quae §. 14. p. 406. attuli. *Wolfio*, etiam *Neandro*, placet ἔμπορος, quod fateor mihi omnium fere minime placere, quia notio ei tribuenda esset prorsus inusitata: *venalis, venum iens.* Magis placeret φαίδιμος, *alacer*, nisi apud solum *Cyrillum* inueniretur, et nisi videri posset glossema esse nominis

*) supra allatum §. 14. p. 384. *Hieron. Mercurialis* varr. lectt. 5, 8. primo affert hos versus *Gregorii Nazianzeni*:

ἰχθὺς δ' ἔμπυρος ἐστὶ, καὶ οὐ πυρὶ δάμναται ἀπίστῳ
ἔμπυρος, αἰθόμενος δὲ μέσης διαλάμπεται ἅλμης.

Deinde nec *Diogenis Laertii* et *Basilii* locos neglexit, monuitque hunc videri ἐνάλιος legisse. Tum haec addidit: „Quis sit piscis ἔμπυρος, nondum vidi quicquam certi „constitutum: aliis interpretantibus assatum, aliis igneas „rubrasque maculas habentem, propter quas ap. *Athenae.* 8. „(p. 358. C.) pisces nonnulli fluuiatiles ἐμπυροῦντες di„cuntur: aliis ea verba ad Salamandram, de qua in ante„cedenti sermone loquitur, referentibus. Ego vero alias „existimaui, hunc piscem esse Stellam vocatam: de qua „*Aristoteles* hist. animm. 5, 15. et Aristotelem sequuti *Plu„tarchus*, *Plinius*, *Albertus M.* scribunt, esse adeo feruidam, „vt, quaecunque tangat vel voret, statim adurat. Sed cum „*Gregorius* scribat, empyrum minime igne domari, et ac„censum in medio mari lucere, non admodum certus sum, „cui sententiae inhaeream." Vbi nihil moneo, nisi in *Athenaei* loco laudato non ἐμπυροῦντες legi, sed πυροῦντες, quod *Casaubonus* in animaduerss. p. 623. mutari iubet in ἐπὶ ῥοῦν ἰόντες.

ἔμπνοος. Nec νήχυτος displiceret, quod explicari posset *madidus*, *multa aqua perfusus*, modo *Casaubonus* auctores huius lectionis indicasset diligentius. Sed pene vnice mihi probatur εἰν ἁλὶ ἔλλοπος, quam eandem lectionem probat *Stephanus* [127]), qui nomen ἔλλοπος vertit nomine *mutus*. Potuit tamen Empedocles bis terue hunc versum in carminibus suis ponere, et mox ἔλλοπος scribere, mox ἔμπνοος, mox νήχυτος. Nam hic eius mos fuit, vt aliorum poetarum veterum. Liceat hic nonnullorum verba afferre, qui manifesto alludunt ad celeberrimos illos versus. *Basilius Magnus* [128]), φεῦγε, inquit, φληνάφους τῶν σοβαρῶν φιλοσόφων, οἳ οὐκ αἰσχύνονται τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς καὶ τὰς κυνείας ὁμοειδεῖς ἀλλήλαις τιθέμενοι· οἱ λέγοντες ἑαυτοὺς γεγενῆσθαί ποτε καὶ γυναῖκας καὶ θάμνους καὶ ἰχθύας θαλασσίους. *Hermias* [129]): εἰς πάντα τὰ θηρία ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων

127) in poesi philos. vbi hos versus habet p. 24. Cf. p. 220. et quae infra dixi §. 16. n. 19. Etiam *Elias Schedius* de diis Germanis p. 462. ed. Hal. 1728. 8. affert εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθ. Sed in versione sequitur lectionem ἐξ ἁλὸς ἔμπορος. Omnino *Schedii* verba legenda sunt.

128) in hexaem. VIII. T. I. opp. ed. Paris. 1638. fol. p. 85. B. siue T. I. ed. *Garner.* p. 71. D. Alium similem locum attuli §. 3. ad n. 13. p. 14.

129) in irrisione gentilium philosophorum p. 176. B.

μεταβάλλομαι — ἔστι δὲ ὅτε ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ θάμνον με ποιεῖ. *Tertullianus* [130]): „Empedocles quia se Deum delirarat, idcirco, „opinor, dedignatus aliquem se heroum re„cordari, Thamnus et piscis fui, inquit. Cur „non magis et pepo tam insulsus et chamae„leon tam inflatus? Plane vt piscis, ne ali„qua sepulturae conditio reputesceret, assum „se maluit in Aetnam praecipitando. Atque „exinde in illo finita sit metensomatosis, vt „aestiua coena post assum." Etiam in Philosophumenis Origenianis ante versus Empedocleos leguntur haec verba: μᾶλιστα δὲ πάντων συγκατατίθεται τῇ μετενσωματώσει. Multi alii loci, qui pertinent ad animorum humanorum in plantas et frutices arboresue migrationem, per aliam occasionem allati sunt supra [131]).

Videamus iam, quid de tota ista doctrina statuendum sit. *Irhouius* quidem peculiari capite [132]) tractat hanc quaestionem: an Empedocles animarum de corpore in corpus et hominis et bruti fruticisque adseruerit? vbi ostendere conatur, non crassae animarum transmigrationi adhaesisse Empedoclem, neque vltra terminos Pythagoreos eam produxisse. Nimi-

130) de anima c. 32. p. 587.
131) §. 14. p. 353 — 361.
132) lib. 2. operis supra laudati, c. 3. p. 233 — 251.

rum rem explicat inde, quod ille statuit, nihil omnino mortalium vere nasci aut vere mori, sed nasci quidem vulgo putari, quando partes illae, e quibus quodque compositum est, inter se misceantur et iungantur et quasi concrescant, mori autem et interire, quando eaedem dissoluantur ac discernantur. „Corpora vide„licet quando nascuntur, inquit *Irhouius*, ex „variis diuersaeque speciei atomis conflari, et „quotidie per partium aliarum appositionem „augeri et crescere: quae particulae compositi „nexu soluto citra vllum partium interitum „ad sua redeant principia; quaeque dein ite„rum cum aliis particulis coniunctae alii spe„ciei, vel indiuiduo, progenerandae aptae na„tae sint: Vnde perpetua corporum permu„tatio et regeneratio [133]), vt summae rerum „dematur nihil [134]). Tum monet de *ἀναπτυπλώσει* illa siue perpetua rerum permutatione in orbem, qua terra in aquam, aqua in aërem, aër in aetherem et ignem, et contra ignis in aërem, aër in aquam, aqua in terram, terra in lapides, lapides in metalla transformentur ac transeant [135]). Res igitur omnes, tum cum

133) Vnde metempsychosis Pythagorica et Empedoclea apte a nonnullis vocatur *παλιγγενεσία*, vt ab *Eustathio* ad *Homer.* Odyss. σ, p. 1838, 50.

134) de quo placito v. supra §. 9. ad n. 157 — 160. p. 193 — 196. et inprimis §. 11. p. 256 — 266.

135) v. supra §. 9. p. 173. sqq. et §. 12.

interire putantur, videri tantum desinere et interire, hoc est, res omnes e conspectu solum, non e rerum natura, remoueri, redire autem ad ea, vnde primitus profluxerant, principia, ex quibus aliae dein res enascantur. Satis diserte id exponit Empedocles his versibus, quos *Plutarchus* seruauit [136]):

ἄλλο δέ τοι [137]) ἐρέω· φύσις οὐδενός [138]) ἐστιν ἁπάντων [139])
θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένου θανάτοιο τελευτὴ [140]),
ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων [141])
ἐστὶ, φύσις δὲ βροτοῖς [142]) ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν.

Item [143]):

οἱ δ', εὖτ' ἢ κατὰ φωτῶν μισγέντ' ἐς φάος ἔλθῃ,
ἢ κατὰ θηρῶν ἀγροτέρων γένος, ἢ κατὰ θάμνων,

136) plac. philos. 1, 30. et adu. Colotem T. II. opp. p. 1111. F.

137) Ita etiam legit *Steph.* in poesi philos. p. 22. Sed adu. Colot. est σοι.

138) Hoc recepi e libro adu. Colot. Cf. not. 141. Nam de plac. philos. vulgo extat οὐδὲν, pro quo *Beckius* metri causa dedit οὐδέν γ'.

139) adu. Colot. est ἑκάστου.

140) Ibid. οὐλομένη θαν. γενέθλη.

141) Hic versus saepissime affertur a veteribus, vt ab *Aristotele* de generat. et corrupt. 1, 1. de Xenophane c. 2. metaphys. 4, 4. et aliis. Vbi notandum est, in primo ac tertio locorum Aristotelicorum itidem legi φύσις οὐδενός ἐστιν.

142) adu. Colot. φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομ. vt ap. *Aristot.* de Xenoph. c. 2. Sed metaphys. 4, 4. φ. δ' ἐπὶ τοῖσδ' ὀνομ.

143) adu. Colot. p. 1113. A. (T. X. ed. *Reisk.* p. 578.)

ἠὲ κατ' οἰωνῦῶ, τότε μὲν τὸ λέγουσι γενέσθαι·
εὖτε δ' ἀποπριθῶσι, τὸ δ' αὖ δυσδαίμονα πότμον
ἔν γε νόμῳ καλέουσι· νόμῳ δ' ἐπίφημί καὶ αὐτός.

Vulgo pessime corruptus legitur hic locus [144]). Ego in restituendis versibus quatuor vltimis *Reiskium* secutus sum, sed primum dedi e correctione Viri longe doctissimi et corrigendis locis veterum deprauatis nati, *Coray*, quem Smyrna genuit, Lutetia nutrit. Rationes, cur ille versum istum primum ita legere, quam cum *Reiskio* [145]), malit, reddit in literis humanissime ad me datis has: 1) „quia εὖτ' „aptius quadrat ad alterum εὖτε versus quar„ti, quanquam elegantius forsan legi possit „ὅτε μὲν, vt respondeat verbis τότε μὲν vers. „3. vacante altero μὲν, quemadmodum verba „εὖτε δὲ vers. 4. respondent verbis τὸ δ' αὖ „eiusdem versus, vacante pariter altero δέ. „Frequens est apud *Isocratem* hic duplicandi „particulas μὲν et δὲ vsus. En exemplum „ex Areopagitica [146]): παρ' οἷς μὲν γὰρ

144) In Wecheliana quidem editione et Stephaniana sic:
οἱ δ' ὅτε κατὰ φῶτα μίγεν φῶς αἰθέρι
ἢ — θάμνων
ἠὲ — τότε μὲν τὸν γενέσθαι,
εὖτε δ' ἀπ. τὰ δ' — πότμον
εἶναι καλέουσιν.
ὅμως δ' ἐπίφημι, καὶ αὐτὸς ὁ Κολώτης etc.

145) *Reisk.* legit:
οἱ δ' ὅτε ἢ κατὰ φῶτα μίγεν φῶς αἰθέρι λαμπρῷ,

146) p. 126. T. II. edit. Abbatis *Auger.*

„μήτε φυλακὴ, μήτε ζημία τῶν τοιούτων „καθέστηκε, μήθ' αἱ κρίσεις ἀκριβεῖς εἰσι, „παρὰ τούτοις μὲν διαφθείρεσθαι καὶ τὰς „ἐπιεικεῖς τῶν φύσεων· ὅπου δὲ μήτε λα„θεῖν τοῖς ἀδικοῦσι ῥᾴδιόν ἐστι, μήτε φα„νεροῖς γενομένοις συγγνώμης τυχεῖν, ἐν„ταῦθα δ' ἐξιτήλους χίγνεσθαι τὰς κακοη„θείας. 2) Mutaui φῶτα in φωτῶν pro„pterea, quod sensus postulat κατὰ φωτῶν „γένος, sicut in verss. sqq. κατὰ θηρῶν, „κατὰ θάμνων et κατ' οἰωνῶν γένος. Ac„cedit quod et *Plutarchum* φωτῶν legisse nu„mero plurali, argumento sunt quae mox „subiicit verba: ὅτι φῶτας μὲν καὶ θῆρας, „καὶ θάμνους, καὶ οἰωνοὺς ὁ Ἐμπεδοκλῆς „οὐκ ἀνήρηκεν. 3) De μίγεν feci μισγέντ' „(intell. ὄντα aut στοιχεῖα), quod sic emen„datum, et metro consulit et magis ad ἀπο„κριθῶσι vers. 4. quadrat; nisi quis legere „malit μισγέν γ', subaudiendo τι (quod per „*aliquid* Reiskius exprimere in sua versione „coactus est), aut mutare ἀποκριθῶσι in „ἀποκριθῇ τι. 4) Duxi tandem mutandum „φῶς αἰθέρι in ἐς φάος ἔλθῃ, suppresso „illo λαμπρῷ, quod addidit *Reiskius*, hoc po„tissimum *Hippocratis* [147]) fretus testimonio,

147) de victus ratione lib. 1. p. 342, 20. edit. *Foësii.*

„quod eo lubentius huc affero, quod et ean-
„dem Empedoclis doctrinam continet, et ita
„est ab amanuensibus affectum, vt medicina
„ipsum etiam egeat ..... [εἰς] πολλὰς καὶ
„παντοδαπὰς ἰδέας ἀποκρίνονται ἀπ' ἀλλή-
„λων καὶ σπερμάτων, καὶ ζώων, οὐδὲν ὁμοίων
„ἀλλήλοισιν, οὔτε τὴν ὄψιν οὔτε τὴν δύναμιν.
„ἅτε γὰρ οὔποτε κατὰ τὸ αὐτὸ ἱσταμένων,
„ἀλλ' αἰεὶ ἀλλοιουμένων, ἔπειτα καὶ
„ἔπειτα ἀνόμοια ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι, καὶ
„τὰ ἀπὸ τούτων ἀποκρινόμενα. ἀπόλλυται
„μὲν οὐδὲν ἁπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίνε-
„ται, ὅ τι μὴ καὶ πρόσθεν ἦν· ξυμμισγό-
„μενα δὲ καὶ διακρινόμενα, ἀλλοιοῦται·
„νομίζεται δὲ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν
„ἐξ ἅδου ἐς φῶς αὐξηθὲν, γενέσθαι, τὸ
„δὲ ἐκ τοῦ φάεος εἰς ἅδην μειωθὲν, ἀπο-
„λέσθαι. Hunc locum si quis rite intelli-
„gere velit, is mecum legat ac distinguat ne-
„cesse est: . . . ἅτε γὰρ οὔποτε κατὰ τὸ
„αὐτὸ ἱσταμένων, ἀλλ' αἰεὶ ἀλλοιουμένων
„ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τὰ, ἀνόμοια ἐξ ἀνάγκης
„γίνεσθαι (Leg. γίνεται cum editione *Lin-*
„*denii* T. I. p. 183.) καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἀπο-
„κρινόμενα κ. τ. λ. *quum enim nunquam eo-*
„*dem statu permanent, sed perpetuo permu-*
„*tantur in haec atque illa* (i. e. εἰς πολλὰς

„καὶ παντοδαπὰς ἰδέας, vt paulo ante dixe„rat), *quae etiam ab illis secernuntur, dissimi„lia necessario fiunt* etc. Eandem, etiamsi „diuersis verbis, profitetur sententiam Empe„docles de παντοδαπῇ καὶ ποικίλῃ elemen„torum permutatione apud *Aristotelem* [148]: „τί γὰρ κωλύει εἰς ἄλληλα φέρεσθαι, καὶ „περιΐστασθαι ἅμα ὁτιοῦν (Cod. Lips. rectius „ὁτουοῦν, quod cohaereat cum μεταβάλλον„τος) εἰς ἄλλο, καὶ τούτου (f. τοῦτο) εἰς „ἕτερον, καὶ (f. ἤ) εἰς τὸ πρῶτον, ἄλλου „μεταβάλλοντος ἀεί;" Haec ad me *Coraeus*. Vt autem ad superiora redeamus, omnia hactenus dicta luculenter declarant, particulas eas, quae tunc, cum viuebat Empedocles, eius corpus constituebant, olim ad alia corpora componenda et augenda concurrisse, atque adeo nonnullas ex illis corporum puellae, pueri, plantae, quis piscisue partes extitisse, secundum naturae ordinem et vicissitudinem. Hanc metempsychoseos explicationem, quam dudum proposuere *Reuchlinus* [149] et *Caesar Longinus* [150],

148) T. I. p. 94a. edit. Aurel. Allobr. 1605. (np. de Xenophane c. 2.)

149) de cabala lib. 2. p. 681. B. edit. Frcf. 1672. fol. qui tamen intelligit metempsychosin Pythagoricam in vniuersum.

150) in Trino Magico, de mysteriis Pythagoricis canone VIII. p. 580. et de mysteriis Chaldaeor. et Aegyptior. can. III. p. 551.

quos nec *Irhouius* memorare oblitus est, pene vnice veram esse mihi persuasum habebam [151]), sed volui *Irhouii* maxime verbis hic vti, ne cui videar de industria illius interpretationem neglexisse, atque adeo iniustus in virum doctum fuisse. Interpretationis nostrae veritatem confirmat, opinor, *Plutarchus*, vbi verbis supra allatis [152]) subiungit haec [153]): ἅ γε (np. homines, bestias, frutices, aues) φησὶ μιγνυμένων τῶν στοιχείων ἀποτελεῖσθαι, τοὺς δὲ τῇ συγκρίσει ταύτῃ καὶ διακρίσει φύσιν τινὰ καὶ πότμον δυσδαίμονα καὶ θάνατον ἀλοιτὴν ἐπικατηγοροῦντας, ᾗ σφάλλονται διδάξας, οὐκ ἀφείλετο τὸ χρῆσθαι ταῖς εἰθισμέναις φωναῖς περὶ αὐτῶν. ἐμοὶ μέντοι δοκεῖ μὴ τοῦτο κινεῖν τὸ ἐκφορικὸν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἀλλ' ὃν τρόπον εἴρηταὶ πραγματικῶς διαφέρεσθαι περὶ τῆς ἐξ οὐκ ὄντων γενέσεως, ἣν φύσιν τινὲς καλοῦσι. δηλοῖ δὲ μάλιστα διὰ τούτων τῶν ἐπῶν·

νήπιοι. οὐ γάρ σφιν δολιχόφρονες εἰσὶ μέριμναι,
οἳ δὴ γίνεσθαι πάρος οὐκ ἐὸν ἐλπίζουσιν,
ἠὲ [154]) καταθνήσκειν τε καὶ ἐξόλλυσθαι ἅπαντα.

151) v. supra §. 11. et §. 14. ad n. 184. p. 404.

152) ad n. 143.

153) adu. Colot. T. II. p. 1113. B. (T. X. p. 579. ed. *Reisk.*)

154) Vel sic rescribendum pro ἤτοι, vel cum *Reiskio* ἦ τι. Paulo post, *Xylandro* ad h. l. et *Stephano* in poesi

ταῦτα γὰρ τὰ ἔπη, μέγα βοῶντος ἐστὶ τοῖς ὦτα ἔχουσιν, ὡς οὐκ ἀναιρεῖ γένεσιν, ἀλλὰ τὴν ἐκ μὴ ὄντος, οὐδὲ φθορὰν, ἀλλὰ τὴν πάντη, τουτέστι τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπολύουσαν. ἐπεὶ τῷ γε βουλομένῳ μὴ ἀγρίως οὕτω, μηδὲ ἠλιθίως, ἀλλὰ πρᾳότερον συκοφαντεῖν, τὸ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τοὐναντίον ἂν αἰτιάσασθαι παράσχοι, τοῦ Ἐμπεδοκλέους λέγοντος,

οὐκ ἂν ἀνὴρ τοιαῦτα σοφὸς φρεσὶ μαντεύσαιτο,
ὡς, ὄφρα μέν τε βιῶσι· τὸ δὴ βίοτον καλέουσι·
τόφρα μὲν οὖν εἰσι, καί σφι πάρα δεινὰ καὶ ἐσθλὰ,
πρὶν δὲ πάγεν τε βροτοὶ καὶ ὡς λύθεν, οὐδὲν ἄρ' εἰσί [155]).

ταῦτα γὰρ οὐκ ἀρνουμένου, μὴ εἶναι τοὺς γεγονότας καὶ ζῶντας, ἐστὶν, εἶναι δὲ μᾶλλον οἰομένου καὶ τοὺς μηδέπω γεγονότας, καὶ τοὺς ἤδη τεθνηκότας. Etiam *Porphy-*

philos. p. 22. auctoribus, pro πάντη dedi ἁπάντη. Sed *Reisk.* mauult καταθν. κἀξόλλυσθαι πάνυ πάντη.

155) Pro μαντεύσαιτο malim μητίσαιτο, et pro μὲν οὖν εἰσι *Neander* in opere aureo T. I, p. 526. dedit μ. ο. εἰσιν. Vltimus versus vulgo sic legitur: π. δ. παγέντε β. κ. λυθέντος οὐδ. α. ε. *Steph.* l. l. pro λυθέντος edidit λυθέντες. *Scaliger* in notis ad poesin philos. vult λυθέντ', et *Reisk.* ἐπεὶ λύθεν. Ego *Xylandrum* secutus edidi ὡς λύθεν, quia facile ex his verbis nasci potuit corruptum illud λυθέντος.

rius [156]) his verbis: *ἔστι τοίνυν ὁ μῦθος* (de Circe) *αἴνιγμα τῶν περὶ ψυχῆς ὑπό τε Πυθαγόρου λεγομένων καὶ Πλάτωνος, ὡς ἄφθαρτος οὖσα τὴν φύσιν καὶ ἀΐδιος, οὔτε μὴν ἀπαθὴς οὐδὲ ἀμετάβλητος, ἐν ταῖς λεγομέναις φθοραῖς καὶ τελευταῖς μεταβολὴν ἴσχει καὶ μετακόσμησιν εἰς ἕτερα σωμάτων εἴδη, καθ' ἡδονὴν διώκουσα τὸ πρόσφορον καὶ οἰκεῖον ὁμοιότητι καὶ συνηθείᾳ βίου διαίτης· ἔνθα δὴ τὸ μετὰ παιδείας ἑκάστῳ καὶ φιλοσοφίας ὄφελος, ἂν μνημονεύουσα τῶν καλῶν ἡ ψυχὴ καὶ δυσχεραίνουσα τὰς αἰσχρὰς καὶ παρανόμους ἡδονὰς δύνηται κρατεῖν καὶ προσέχειν αὐτῇ καὶ φυλάττειν, μὴ λάθῃ θηρίον γενομένη καὶ στέρξασα σώματος ἀφυοῦς, οὐδὲ καθαροῦ πρὸς ἀρετὴν, φύσιν ἄμουσον καὶ ἄλογον, καὶ τὸ ἐπιθυμοῦν ἢ θυμούμενον μᾶλλον ἢ τὸ φρόνιμον αὔξαντος καὶ τρέφοντος. αὐτῆς γὰρ τῆς μετακοσμήσεως εἱμαρμένη καὶ φύσις ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους δαίμων ἀνηγόρευται·*

σαρκῶν ἀλλογνώτι περισπέλλουσα χιτῶνι,

καὶ μεταμπίσχουσα τὰς ψυχάς. Nam etiam haec verba referri commode eo possunt, vt Empedocles existimasse dicatur, corpus huma-

156) ap. *Stobaeum* eclog. phys. c. 52. p. 1048. et 1050.

num, quae est quasi tunica animi, subinde mutari, dum elementa, quae ad illud nutriendum augendumque conueniunt, mox coniungantur et cum eo misceantur, mox dissoluta ab eo secernantur. Et ne semel quidem Empedocles in carminibus, quae supersunt, diserte [157]) dixisse legitur, animum e corpore in corpus migrare; dixit potius vbique, solum corpus aliam ex alia formam accipere. Neque dicere aliter potuit, quippe qui diserte docuit, a bestiarum carne abstinendum esse, non ab earundem anima. Tota enim ratio videtur esse poetica et allegorica, vt in *Simonidis* carmine de mulieribus, quanquam alio modo. Nimirum Empedocles haud dubie nihil aliud voluit significare, nisi particulas corporis humani, hoc est elementa, mox secretas ab eo coniungi cum animalium brutorum plantarumue et fruticum corporibus, mox nouas recipere e brutis et plantis egressas, siue secretas, et sibi miscere. Quae vero Empedocles de animi humani immortalitate, et, si quidem in terra pie se gesserit, vita in diuo-

157) Nam etiam ille locus Empedoclis, quem supra §. 14. ad n. 53. p. 361. attuli, et qui ab ipso *Aeliano* ad doctrinam de metempsychosi traliitur, minus perspicue videtur eam indicare, et valde vereor, ne *Aelianus* alieno loco verba Empedoclis posuerit, quale quid etiam a *Galeno* factum fuisse de alio Empedoclis loco, ostendimus §. 14. ad n. 157. p. 397.

rum sedibus beata docuerit, iam in superioribus vidimus.

Si quis tamen animorum e corpore in corpus migrationem creditam ab Empedocle traditamque fuisse prorsus statuere cupiat, ei concedi videtur hactenus posse, quatenus ex Empedoclis doctrina etiam animi fiunt per elementa. Nam nihil impedit, quo minus eum censuisse dicamus, animorum quoque humanorum particulas quasdam secerni, et cum brutorum animabus, etiam cum plantis, misceri, quasdam vero particulas ex his secretas cum humanis coniungi, atque adeo animos eorumque varias particulas per elementa huc illuc agi, donec illi satis a vitiis purgati ad deos, vnde expulsi sunt, tandem redeant. Manifestum quidem est, Empedocleam doctrinam, si quis hanc explicationem sequatur, dissentire a ratione Pythagorica. Sed supra iam pluribus exemplis vidimus, discipulum non semper et vbique magistri vestigia persequi. Vidimus etiam, Empedoclem non solam Pythagoreorum doctrinam amplexum, sed aliis quoque magistris vsum esse. Et videntur ii, qui post Empedoclis tempora vixerunt, cum scirent, eum Pythagoricum esse, plura ex eius verbis collegisse, quam reuera dixisset. In hoc igitur discesserim ego quidem ab *Irhouio*, qui, vt ante dixi, negabat Empedoclem vltra terminos Pythagoreos metempsychosin produ-

xisse. Nam Pythagoricam metempsychosin proprie accipiendam putabam cum *Iohanne Francisco Buddeo* [158]), *Tiedemanno* [159]) et aliis, neque eos audiendos putabam, qui improprie istam et allegorice, vel moraliter, vel symbolice, interpretati reperiuntur [160]). Quodsi Empedoclis quoque metempsychosin proprie accipiamus, quid, quaeso, causae fuisse dicemus, cur ille se aliquando etiam piscem et auem fuisse profiteretur, cum tamen in corpora piscium omninoque aquatilium non nisi

158) in Obseruatt. select. Halens. T. II. Obs. X.

159) Griechenlands erste Philosophen p. 526. Etiam *Windetus* de vita functorum statu p. 84. ed. *Cren.* intelligit proprie. *Morhofius* item in Polyhist. T. II. p. 18. sq. ed. Lubec. 1747. 4. non quidem probat tropicam huius doctrinae explicationem, sed causam, cur improbet, addere omisit. Deinde illustrandum Pythagoram e Platonismo putat, quippe qui philosophiae Pythagoricae quasi propago sit. Cf. *Potteri* Pythagoras *μετέμψυχος*, Lugd. Bat. 1684. 12. et *Conzii* Schicksale der Seelenwanderungs-Hypothese unter verschiedenen Völkern u. in verschiedenen Zeitaltern, Regiom. 1791. 8.

160) vt *Ambrosium Rhodium* in dialogo de transmigratione animarum Pythagorica, quomodo eadem concipi et defendi possit, Hafn. 1638. 8. (de quo dialogo v. *Heumanni* acta philosophorum T. II. p. 787 — 792.) et *Iustum Gotofredum Rabenerum* in amoenitatibus historico-philologicis, Lips. 1695. 8. diss. XV. p. 108 — 116. Cf. *Ioach. Camerar.* explicatio in *Nicomachi* arithmetic. p. 49. extr. ed. Dauentr. 1667. 4. vbi per migrationem animarum putat indicari fortasse mutationes rerum singulares.

animos segnium et indoctorum et stupidorum hominum, in auium autem corpora animos hominum leuium migrare Pythagoras docuisse videatur [161])? Saltem nemo, opinor, causam Empedocli sic statuendi fuisse putabit modestiam quandam insignem ac pene nimiam, cum supra [162]) narrata fuerint plura arrogantiae superbiaeque exempla. Vnum est, si quid video, quod causae loco afferri possit, placitum illud Empedoclis, quo etiam reliquis praeter hominem animalibus, atque adeo plantis, animum mentemque et rationem tribuisse legitur [163]). Sed hoc quoque videtur ex iis recte explicari posse, quae paulo ante, *Plutarcho* maxime duce, de perpetua rerum permutatione in orbem, quae fit elementis mox demtis mox additis, exposui. Denique non proprie accipi posse metempsychosin Empedocleam, docere vel locus *Sexti Empirici* poterit, quem attuli supra [164]).

161) Videtur, inquam, Pythagoras hoc docuisse. Nam *Timaeus* certe, quem constat alias diligentissime secutum esse Pythagoram, in libro de anima mundi p. 566. ed. *Gale* in Opusculis mytholog. phys. et eth. ita docuisse reperitur. Facit huc quodammodo etiam *Plutarchus* de solert. animm. p. 1795. ed. *Steph.* ἰχθῦς δὲ, τοὺς ἀμαθεῖς καὶ ἀνοήτους λοιδοροῦντες ἢ σκώπτοντες ὀνομάζομεν. Cf. inprimis *Plat.* Timae. T. III. opp. p. 92. B.

162) inprimis §. 7.

163) v. §. 14. p. 353.

164) ad n. 105. p. 462. sq.

Verum missa hac causa progrediendum ad ea est, quae Empedocles de cupiditatibus statuisse perhibetur, et maxime quidem de maris et feminae appetitu mutuo, de quo cum iam supra [165]) exposuisse viderimus *Galenum* atque *Iohannem Philoponum*, nihil hic addere potui, nisi locum *Plutarchi* [166 a]), sed *Beckio* recte iudicante deprauatiorem, quam vt sanari meris coniecturis possit. Ἐμπεδοκλῆς, inquit, τὰς μὲν ὀρέξεις γίνεσθαι τοῖς ζῴοις κατὰ τὰς ἐλλείψεις τῶν ἀποτελούντων ἕκαστον στοιχείων, τὰς δὲ ἡδονὰς ἐξ ὑγροῦ, καὶ τὰς τῶν κινδύνων, καὶ ὁμοίων κινήσεις, τὰς δ' ὀχλήσεις, καὶ τὰς — Reliqua enim desunt. Iam si comparauerimus, quae *Galenus* et *Philoponus* retulerunt, videbimus, priora *Plutarchi* verba vsque ad ἀποτελούντων sic intelligenda esse, vt Empedocles statuisse dicatur, appetitum venereum [166 b]) inde nasci, quod in masculi semine particulae femineae, in femellae autem semine masculae continerentur, quae particulae deinde, vbi maturitatem assecutum esset animal, coniungi quasi cuperent, quoniam in vtroque sexu deessent elementa, quibus ad perficiendum animal opus esset. Quae deinde sequuntur: τὰς δὲ ἡδονὰς

165) §. 14. ad n. 143. et 150. p. 392. et 394. sq.

166 *a*) plac. philos. 5, 28.

166 *b*) *Kühnius* l. l. p. 56. intelligit ciborum appetitum.

ἐξ ὑγροῦ, facile intelligit, quisquis vel vir vel femina est. Sed caetera: καὶ τὰς — κινήσεις, *Reiskius* conatus est ita emendare: καὶ πάντων τῶν ἀνωδύνως καὶ λείως (vel ὁμαλῶς) κινούντων, *et ex omnibus, quae moueant absque dolore et per laeue* vel *aequabiliter.* Vbi mihi quidem superflua videbantur vocabula πάντων et ὁμαλῶς. Vltima verba etiam *Reiskius* coactus fuit intacta relinquere. Ego vero Dauus sum, non Oedipus.

Furoris causas reddidisse Empedocles dicitur duas. Saltem *Coelio Aureliano* [167]) auctore, „Empedoclem sequentes alium (furorem) di„cunt ex animi purgamento fieri, alium alie„natione mentis, ex corporis causa siue iniqui„tate." Vbi *purgamentum* haud dubie est περίψημα, κάθαρμα, quicquid animo purgando tanquam alienum et sordidum et inutile secernitur atque eiicitur. *Alienatio mentis* est ἔκστασις. *Iniquitas* denique *corporis* est ἀνωμαλία σώματος. Nemo veterum, praeter *Coelium*, placiti huius Empedoclei meminit.

De fide sensibus habenda quid visum fuerit Empedocli, partim supra [168]) monitum, sed hic vberius declarandum est. *Lactantius* quidem diserte dicit [169]): „Empedocles angustas

167) de morbis chronicis 1, 5.
168) §. 9. ad n. 8. sq. p. 137.
169) 3, 28, 12.

„esse sensuum semitas queritur: tanquam illi „ad cogitandum rheda et quadrigis opus esset.“ *Tertullianus* vero [170]) dubitanter: „quinque „sensuum fidem Academici durius damnant, „secundum quosdam et Heraclitus et Diocles „et Empedocles.“ Similiter *Sextus Empiricus* [171]): *ἄλλοι δὲ ἦσαν οἱ λέγοντες κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα* (cuius sententiam ipse paulo ante dixerat [172]) aliter explicandam videri), *κριτήριον εἶναι τῆς ἀληθείας, οὐ τὰς αἰσθήσεις, ἀλλὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. τοῦ δὲ ὀρθοῦ λόγου τὸν μέν τινα θεῖον ὑπάρχειν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον· ὧν τὸν μὲν θεῖον, ἀνέξοιστον εἶναι, τὸν δὲ ἀνθρώπινον, ἐξοιστόν* [173]). *λέγει δὲ περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐν ταῖς αἰσθήσεσι τὴν κρίσιν τ' ἀληθοῦς ὑπάρχειν, οὕτως,*

στεινωποὶ μὲν γὰρ καλάμαι κατὰ γυῖα πέχυνται,
πολλὰ δὲ δεῖν' ἔπεα [174]), *τά τε ἀμβλύνουσι μερίμνας.*

170) de anima c. 17.

171) adu. mathematt. 7, 122. sqq.

172) v. supra §. 9. ad n. 180. p. 205.

173) Quid haec sibi velint, intelligi potest ex his verbis *Eustathii* ad *Homer.* Odyss. *o*, p. 1788, 2. *ἐκφέρει δέ τις καὶ μυστήριον, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι ἀνέκφορον. ταυτὸν δ' εἰπεῖν, ἀνέξοιστον.* Eadem habet *Phauorinus* in v. *ἐκφέρειν* et *φέρω*. Cf. infra §. 16. ad n. 16.

174) Editio Aurel. 1621. fol. p. 160. habet *π. δὲ δειλεμπέα. Fabricius* edidit *δειλεμπῆα*. Neutrum intelligo. *Stephanus* in poesi philos. p. 20. habet *δείν ἔπεα. Scaliger* in

καῦρον δὲ ζωῆς ἀβίου [175]) μέρος ἀθρήσαντες
ὠκύμοροι, πακνοῖο δίκην ἀρθέντες ἀπέπταν,
αὐτὸ μόνον πεισθέντες, ὅτῳ προσέκυρσεν [176]) ἕκαστος,
πάντοσ' ἐλαυνόμενοι. τὸ δὲ οὖλον [177]) εὔχεται εὑρεῖν
οὕτως [178]), οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐπακουστὰ,
οὔτε νάῳ περιληπτά.

notis ei additis p. 216. legi iubet δῆνε' ἔπειτα. Equidem prorsus ita versum exhibui, vt legitur ap. *Proclum* ad Timaeum 3, p. 175. vbi etiam recte scriptum extat τά τε pro τά τ', quod est in libris *Sexti*. Interpretationis loco *Proclus* adiecit haec: πολλὰ γὰρ ἐμπίπτοντα τοῖς ὄντως ἡμῖν δειλοῖς, ὡς φυγάσι θεόθεν γενομένοις (Cf. supra ad n. 52. sqq.), ἀμβλύνει τὴν τῶν ὄντων θεωρίαν. Quare pro ἔπεα placuerit ἔπεσον.

175) Ita correxit *Scaliger* l. l. quae correctio si vera est, ζωὴ ἄβιος significat *vitam inopem*, siue ἀβίωτον, *minime vitalem*, *miseram*. *Stephanus* l. l. habet ζωῃσι βίου, sed ζωῃσι sine vllo accentu, *Fabricius* ζωῇσι, ed. Aurel. ζωοῖσι β. *Gatakerus* tamen ad *M. Antonin.* 10, 31. legendum putat π. δ' ἐν ζωοῖσι β. laudatque ad roborandam hanc coniecturam locos Psalm. 37, 20. 102, 3. *Homer.* Il. α, 317. Epist. *Iacobi* 4, 14. Paulo post *Fabricius* dedit ἀθροίσαντος.

176) Ita recte *Steph.* et *Fabric.* Sed ed. Aurel. προέκυρσεν. Cf. *Diog. Laert.* 9, 73. vbi corruptum locum: αὐτὸ μόνον πεισθὲν τῷ προσεπ. ἕπ. recte ex hoc nostro emendauit *Casaub.*

177) Formam Ionicam (v. *Gregor.* de dialectis p. 213. ed. *Koen.*) restituendam putaui Empedocli pro communi ὅλον. Sed vt metro consulatur, rescribendum etiam erit ἔτ' εὔχ. vel ἐπεύχεται. *Buttmannus* tamen in Commentarr. soc. philol. Lips. Vol. IV. p. 35. excusat lectionem vulgatam per hiatum.

178) *Diog. Laert.* l. l. ante *Casaubonum* male exhibebat

περὶ δὲ τοῦ μὴ εἶναι εἰς τὸ παντελὲς ἄληπτον τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἰχνεῖται ὁ ἀνθρώπινος λόγος, ληπτὴν ὑπάρχειν, διασαφεῖ τοῖς προκειμένοις ἐπιφέρων·

σὺ οὖν, ἐπεὶ ὧδ' ἑλιάσθης,
πεύσεαι, οὐ πλεῖόν γε βροτείη μῆτις ὄρωρε.

καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιπλήξας τοῖς πλέον ἐπαγγελλομένοις γινώσκειν, παρίστησιν, ὅτι τὸ δι' ἑκάστης αἰσθήσεως λαμβανόμενον πιστόν ἐστι, τοῦ λόγου τούτων ἐπισατοῦντος· καίπερ πρότερον καταδραμὼν τῆς ἀπ' αὐτῶν πίστεως. φησὶ γὰρ,

ἀλλὰ, θεοὶ, τῶν μὲν μανίην ἀποτρέψατε [179]) γλώσσης,
ἐκ δ' ὁσίων στομάτων καθαρὴν ὀχετεύσατε [180]) πηγήν.
καί σε, πολυμνήστη λευκώλενε παρθένε Μοῦσα,

οὕτως· ἐπεὶ οὐδ' ἑρπτὰ τάδ' etc. Equidem malim *αὕτως*. Sensus enim postulat, vt vertatur *frustra*. Caeterum hic versus, cum verbis *οὔτε νόῳ περιληπτὰ*, affertur etiam a *Plutarcho* de audiendis poetis T. II. opp. p. 17. E. vbi tamen, vt in editione *Huttenia* T. VII. p. 67. aduerbium *οὕτως* perperam separatum est a verbis Empedocleis. Etiam *Hurdius* in diss. I. ad *Horatii* art. poet. T. II. editionis Germanicae *Eschenburgii*, Lips. 1772. 8. p. 7. eiusdem criminis reus est.

179) Ita recte *Fabricius*. Sed ed. Aurel. *μανίαν ἀπετρέψ.* *Steph.* l. l. *μανίην ἀπετρ.* *Scaliger* primus vidit, reponendum esse *ἀποτρ.*

180) Ed. Aurel. *καθαρὰν ὀχεύσατε.*

ἄντομαι, ὧν θέμις ἐστὶν ἐφημερίοισιν [181]). ἀκούειν.
πέμπε παρ' εὐσεβίης ἑλάουσ' εὐήνιον ἅρμα·
μηδέ σέ γ' εὐδόξοιο βιήσεται ἄνθεα τιμῆς
πρὸς θνατῶν, ἀνελέσθαι ἐφ' ᾧ θ' ὁσίη [182]) πλέον εἰπεῖν.
θάρσει, καὶ τότε δὴ σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάσεις [183]).
ἀλλὰ γὰρ ἆθρει πᾶς παλάμῃ πῃ δῆλον ἕκαστον,
μήτέ τιν' ὄψιν ἔχων πίστει πλέον, ἢ κατ' ἀκουήν·
ἢ ἀκοὴν ἐρίδουπον ὑπὲρ τρανώματα γλώσσης [184])·
μήτέ τι τῶν ἄλλων ὁπόσῃ [185]) πόρος ἐστὶ νοῆσαι.
γυίων πίστιν ἔρυκε, νόει θ' ᾗ δῆλον ἕκαστον.

τοιαῦτα μὲν καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς. Apposui totum locum, quo facilius iudicari posset, num recte *Bruckerus* ex eo collegerit [186]), Empedoclem statuisse: 1) rationem esse vel hominis, vel Dei. Hanc in anima mundi comprehendi,

181) Hanc *Stephani* correctionem corruptae lectionis ἐφ' ἡμείροισιν recepit etiam *Fabricius*.

182) Sic *Fabric.* quoque, praeeunte *Scaligero* l. l. pro Aurel. ἐφ' ᾧ θώῃς. *Stephanus* vero l. l. p. 21. habet θ' ὁσίης.

183) Rursus hoc debetur *Scaligero*. Nam *Steph.* legit θοάζει, Aurel. θοάζῃ. *Plutarchus* de amicor. multitud. T. II. opp. p. 93. A. (T. VII. p. 287. ed. *Hutten.*) dicit: τὸ ὑπὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους λεγόμενον, — σοφίας ἐπ' ἄκροισι θαμίζειν. Vbi nemo monuit, locum vitiosum esse. Rectius *Proclus* ad Timaeum 2, p. 106. Ἐμπεδοκλῆς αὐτὴν ἐπαγγέλλεται δώσειν τὴν ἀλήθειαν, καὶ τάδε τῆς (leg. τότε τῆς) σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάζει. Possit etiam ap. *Sextum* τῆς restitui.

184) Ed. Aurel. γλώττης.

185) *Steph.* l. l. ὁπόσῃ.

186) hist. crit. philos. T. I. p. 1111.

adeoque esse ineffabilem, eaque rerum naturas constitui. Illam ex diuina ratione hominibus esse inditam. 2) Hanc diuinae rationis particulam, quae in homine est, cognoscere aeterna, immutabilia, clara et diuina principia, quae rerum essentias constituant. 3) Rerum vero materialium nullam esse cognitionem vel iudicium certum, eo quod semper in motu fluxuque versentur, neque adeo dici posse, nos sentire, videre, audire aliquid, cum, quod hoc quidem momento existit, in alio mox fugitiuum abeat et euanescat. 4) Sentiri tamen et percipi posse rerum sensibilium motus ab anima sensitiua. 5) Nihil autem hoc ad rationem pertinere, sed eam tum demum sensationibus istis excitatam ad aeternas naturas, quae rebus naturalibus essentiam largiuntur, respicere, et ita de rerum ipsarum natura iudicare. 6) Rationem igitur non inesse sensibus, sed horum perceptione tantum excitari ad ea cognoscenda, quae non ex materiae fluxae et in mutatione semper versantis, sed ex intelligibilium natura cognoscuntur. Hanc *Bruckeri* rationem fateor mihi non placere. Quae enim de anima mundi dicit, iam supra [187]) explosa sunt, et ex Empedoclis philosophia ratio humana potius ideo diuina esset putanda, quia animam ex elementis, quae et

187) ad n. 106. et §. 14. p. 355.

ipsa pro diis habebat, compositam credebat. Non vero Empedoclem ipsum de duplici ratione cogitasse, et ne *Sextum* quidem tale placitum ei tribuisse, facile demonstrant verba modo allata. Immo versibus Empedocleis docetur, neminem res materiales certo cognoscere posse, quoniam hominum animi, vel potius animorum particulae subinde abeuntes aut accedentes, per elementa agantur, ita vt de iis solum rebus, in quas forte inciderint, persuasum sibi habere queant [188]); totum autem, siue nexum atque naturam rerum omnium, nullo modo neque sensibus neque mente percipere fas esse hominibus. Quid multa? Satis luculenter Empedocles primis statim versibus ostendit, vim cognoscendi angustis esse limitibus in homine circumscriptam, et multis rebus acumen eius facultatis hebetari, neque adeo homini conandum esse plura quam fas est cognoscere, sed debere eum contentum esse modulo ingenii, qualis ipsi contigerit. Quod vero *Bruckerus* vltimo loco tanquam Empedocleum posuit, possumus ei recte concedere. Nemo enim facile opinatus fuerit, rationem inesse sensibus, neque adeo Empedocles.

188) vtque ea maxime cognoscant, quae maxime conspirent cum quantitate et qualitate elementorum, e quibus sensus quisque compositus sit, vt v. c. oculi caesii melius res cernant noctu, quam interdiu. v. §. 14. ad n. 224. sqq.

Reperiuntur quidem multi veterum loci, in quibus ille non distinxisse φρόνησιν et αἴσθησιν narratur. Verum non inducere in animum possum, vt credam, hanc eius mentem fuisse. Immo ita explicandam arbitror illam traditionem, vt Empedocles statuisse dicatur, animum, nisi sensuum auxilium accesserit, nullas habere ideas, et nihil omnino rerum corporearum cognoscere posse. Quodsi ille ita, vt dixi, statuit, nihil prorsus inepti in hac sententia apparet. Nam, vt hoc vtar, extensi notio in animo nasci nequit, nisi et visu et tactu praediti sumus. Et sic in aliis. Videamus veterum verba. *Aristoteles* quidem [189]), οἵ γε ἀρχαῖοι, inquit, τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτὸν εἶναί φασιν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε,

πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι.

καὶ ἐν ἄλλοις,

— ὅθεν σφίσιν αἰεὶ
καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται.

Et alio loco [190]): διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν, φρόνησιν μὲν τὴν αἴσθησιν, ταύτην δ' εἶναι ἀλλοίωσιν, τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἴσθησιν, ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναί φασιν. ἐκ τούτων

189) de anima 3, 3. Cf. supra §. 9. ad n. 185. p. 206. sq.
190) metaphys. 3, 5.

γὰρ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος, καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἕκαστος, τοιαύταις δόξαις γεγένηνται ἔνοχοι. καὶ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν, μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν.

πρὸς παρειὰν γὰρ μῆτις ἐναύξεται ἀνθρώποισι.

καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγει·

ὅσσόν γ' ἀλλοίοις μετέφην, τόσον ἄρ σφίσιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται.

Patet, *Aristotelem* versus Empedocleos non eodem vtrobique modo laudasse. Equidem lectionem ἀέξεται et παρίσταται praetulerim alteri ἐναύξεται et παρίστανται. Sed pro ὅσον, vt versus legibus consulatur, rescripsi ὅσσόν γ', et τόσον ἄρ σφίσιν αἰεὶ haud dubie verum est, non ὅθεν σφ. αἰεί. De interpretatione vero prorsus ab *Aristotele* dissentio, et fateor me non intelligere, quomodo ille demonstrare ex his versibus potuerit, Empedocli non differre visas esse φρόνησιν et αἴσθησιν. Nec magis intelligo, quomodo *Hieronymus Mercurialis* [191]) ex iisdem versibus colligere potuerit, Empedoclem docere voluisse, animum nostrum esse mortalem, ac temperaturam corporis sequi. Magis placet *Michaelis Neandri* explicatio [192]), qui versum

191) varr. lectt. 2, 12.

192) in opere aureo T. I. p. 524.

istum: πρὸς παρεὸν — ἀνθρώποισι, illustrat verbis *Senecae* [193]): „tam diu discendum „est, quam diu nescias, et, si prouerbio cre„dimus, quam diu viuas.“ Placeret, inquam, haec explicatio, nisi physicus esset Empedocles. Nunc alia est quaerenda. *Alexander* quidem *Aphrodisiensis* [194]) versum istum: πρὸς παρεὸν — ἀνθρώποισι, ita exponit: „secun„dum id, quod adest apparetque, efficitur „hominibus prudentia, veritatisque compre„hensio. Consilium namque prudentia est. „Hoc enim proprium est sensus.“ Qua interpretatione nihil iuuamur. Sed statim ille haec addit: „Carminis autem intellectum ipse „exposuit (np. Aristoteles), cum diceret: Em„pedocles enim habitu mutato, prudentiam „mutari dicit, quod idem carmine illo statim „subiuncto significat:

„Vt vario semper mutatur corpore quisque,
„Sic sapere est illi mutato ac mente moueri.

„Cuius vel hic est sensus: vt homines alte„rantur, quod efficitur a sensibilibus, sic „item sapiunt et opinantur. Vel hic: pro „habitu, quem obtinent, quo habitu fit vt „sic aut sic sentiant, de re ipsa opinantur.“ Deinde dicit, Empedoclem sensibilia tantum esse putasse, „in quibus plurima est indefi-

193) epist. 76.
194) ad *Aristot.* metaphys. p. 143. sq.

„niti natura, id est, materiae.“ *Simplicius* obscuriuscule dicit [195]): *οὐ μὴν Ἐμπεδοκλέα — ἐπὶ ταύτης θετέον τῆς δόξης*, nempe qua *ἔνιοι οὐ τὴν νόησιν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν φρόνησιν εἰς τὴν πρὸς τὴν αἴσθησιν καθέλκουσι ταυτότητα, πρὸς μόνον τὸ κριτικὸν καὶ γνωριστικὸν — ἀποβλέψαντες. — οὐ μὴν ἢ ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους οὕτως εἴρηται, ἢ τὸ ἀληθὲς οὕτως ἔχει.* Neque admodum perspicue *Iohannes Philoponus* [196]): „Cum puta„rent eandem prudentiam et sensum, sensum „vero alterationem cernerent, (ad sensibilia „enim sensus alterantur —) ideo et de pru„dentia idem putarunt. Itaque alteratam pru„dentiam ad praesens cognoscere ipsum. Hoc „vero aequale est ei, si quid opinabitur tale „esse. Sicuti si quid sentiet: cum per alte„rationem, sentire tale esse, quale sentitur. „Ponit etiam vsus, ab Empedocle et Parme„nide.“ Interpreti autem potius, quam ipsi *Philopono*, tribuendam esse obscuritatis istius culpam, intelligitur ex alio eiusdem loco [197]), vbi etiam de fraude et errore et de somniis exponit. Itaque potiora huc transscribenda putaui: *τὰς τῶν αἰσθήσεων ἐνεργείας νόη-*

195) ad *Aristot.* de anima 3, fol. 56. b.

196) ad *Aristot.* metaph. 4, fol. 15. a.

197) ad *Aristot.* de anima lib. 3. P. 3. et 4. (fol. 114. a. b.)

σιν ἐκάλεσαν, καὶ τὸ ὄνομα τῆς ἀλόγου ἐνεργείας τῷ ὀνόματι τῆς λογικῆς ἐνεργείας ὠνόμασαν, τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν φαντασίαν καλέσαντες νόησιν. τοῦτο δὲ πεποίηκεν Ἐμπεδοκλῆς, εἰπών·

πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται 198) ἀνθρώποισι.

συλλογιζόμεθα γὰρ ἐκ τῆς χρήσεως ταύτης, ὅτι τὴν μῆτιν καὶ τὴν νόησιν εἶπε τῶν αἰσθητῶν εἶναι. — τινὲς δέ φασιν, ὅτι οὐ τὸν νοῦν ἐκάλεσε μῆτιν, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν. πρὸς τὸ παρὸν γάρ φησιν ἡ διάνοια ἐνεργεῖ. τὸ γὰρ ἀέξεται ἀντὶ τοῦ ἐνεργεῖ ἔλαβε. καὶ καλῶς εἶπεν αὔξεται. ἡ γὰρ ἐνέργεια αὔξει τὴν δύναμιν, ὥσπερ καὶ τοὐναντίον ἡ ἡσυχία βλάπτει. κίνησις γὰρ κρατύνει. εἰ οὖν περὶ τὰ παρόντα λέγει τὴν διάνοιαν ἐνεργεῖν, τὸ δὲ παρὸν ἡ αἴσθησις οἶδε, ταυτὸν ἄρα αἴσθησιν καὶ διάνοιαν. κακῶς δὲ αὐτοῦ λαμβάνεται (Aristoteles). οὐδὲ γὰρ περὶ τὸ παρὸν μόνη αἴσθησις ἐνεργεῖ, ἀλλὰ καὶ διάνοια. ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὕτη, εἴπερ ἡ μὲν αἴσθησις ἔξω ἔχει τὸ αἰσθητόν· ἡ δὲ διάνοια ἐντὸς τὸ ἴδιον πρᾶγμα, καὶ ὅτε θέλει, προχειρίζεται αὐτό. ὥστε κἂν εἶπε τὴν διάνοιαν περὶ τὸ παρὸν ἐνεργεῖν, οὐκ

198) Perperam hic editum fuit ἀέξηται.

αἴσθησιν αὐτὴν ἐποίησε. τὸ αὐτὸ δέ ἐστιν εἰπεῖν καὶ ἐὰν τὴν αἴσθησιν εἶπε νοῦν. καὶ αὕτη μὲν ἡ πρώτη χρῆσις, ἣν ἐδείξαμεν νῦν ἀπρόσφορον οὖσαν. φέρει δὲ καὶ ἄλλην χρῆσιν αὐτοῦ Ἐμπεδοκλέους πρόσφορον τῷ ὄντι. ὁ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς τὰς διαφορὰς τῶν ὀνειράτων λέγων, φησὶν ὅτι ἐκ τῶν μεθ' ἡμέραν ἐνεργημάτων αἱ νυκτερινα γίνονται φαντασίαι. ταύτην δὲ τὴν φαντασίαν φρόνησιν καλεῖ ἐν οἷς φησιν,

ὅθεν σφίσιν αἰεὶ
καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται.

οὐδὲ γὰρ τηλαυγῶς τὴν γνῶσιν τῆς ἀλόγου, τὴν φαντασίαν [199]) φημὶ, φρόνησιν καλεῖ, καὶ οὐ μόνον Ἐμπεδοκλῆς, ἀλλὰ καὶ Ὅμηρος [200]). — ἀπελογήσαντο δέ τινες καὶ ὑπὲρ Ἐμπεδοκλέους, ὅτι οὐ μόνον ἐκ τῶν λειψάνων τῶν αἰσθήσεων τὰ ἐνύπνια γίνονται, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἄλλων. τρεῖς γὰρ τούτου εἰσὶν αἰτίαι· τό τε εἰρημένον, ὅταν ἡ φαντασία ἐκ τῶν αἰσθήσεων ποιήσῃ τὰ ὀνείρατα. ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ λογικὴ ψυχή ἐστιν

199) Legerim *τὴν γνῶσιν ἄλογον*, *τ. φ.* Phantasiae enim nihil cum ratione negotii est.

200) *Philoponus*, vt *Aristoteles* de anima 3, 3. affert versus Odyss. ϛ, 135. sq.

αἰτία τῶν ὀνειράτων, ὅταν ζητοῦσα εὕρῃ. καὶ ἡ θεῖα ἔκλαμψις, ὅτε τὰ μέλλοντα προλέγομεν. εἰ οὖν φησιν,

ὅθεν σφίσιν αἰεὶ [201 a])
καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα κατίσταται,

ὡς πρὸς τοὺς ὀνείρους ἀπέβλεψεν, τοὺς ἀπὸ τῆς λογικῆς ψυχῆς. ἀλλοῖα δὲ γίνεται ἡ φρόνησις ἐν ὀνείροις, διότι ἐν νυκτὶ ἐναργέστεραι αἱ φυσικαὶ δυνάμεις εἰσὶ, καὶ ἀμβλύνεται ἡ λογική· ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ, αὕτη μᾶλλον ἐνεργεῖ. ἐγκαλεῖ δὲ πάλιν Ἀριστοτέλης τῷ Ἐμπεδοκλεῖ, οὐ μόνον ὅτι σύγχυσιν ἐποιήσατο τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ ὅτι εἰπὼν ὡς τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ γινώσκεται, περὶ μὲν γνώσεως εἶπε, περὶ δὲ ἀπάτης οὐκ εἶπε. — οὔτε γὰρ ὁ Ἐμπεδοκλῆς δοξάζει μὴ εἶναι ἀπάτην. — εἰ δὲ δοξάζει (np. εἶναι ἀπάτην), διατί μὴ εἶπεν τὸ αἴτιον αὐτῆς; εἰ μήτι ἄρα συνάξομεν, ὅτι εἰ ἡ γνῶσις τοῦ ὁμοίου ἐστὶ γνῶσις, ἡ ἀπάτη ἄρα τοῦ ἀνομοίου ἐστὶ θέσις, καὶ διὰ τοῦ ἀντικειμένου ἠθέλησε καὶ τὸ ἀντικείμενον ὑπακουσθῆναι. Videmus ex his *Philoponi* verbis, iam olim dubium fuisse viris doctis, quomodo explicanda sint verba Empedo-

201 a) Male hic δεὶ editum est.

clis, et an recte explicata fuerint ab Aristotele. Vtitur enim variis formulis, quibus vti in re incerta solemus, v. c. συλλογιζόμεθα, τινὲς δέ φασιν, συνάξομεν, et similibus, dicit male impugnari ab Aristotele Empedoclem, et alterum huius locum interpretatur de somniis. Mihi quidem simplicissime videbantur sic exponi posse versus Empedoclei: „pro praesenti rerum conditione, pro re „nata, crescit hominibus prudentia, h. e. ex„perientia duce homines euadunt sapientiores „ac prudentiores.“ Et: „Quatenus quis cum „aliis hominibus versatur, vel res alias agit, „hactenus cuique semper euenit, vt aliter sen„tiat, h. e. hominum sententia mutatur pro „conuersationis vel negotiorum diuersitate.“ Nam pro μετέφην haud dubie reponendum est μετέην, h. e. μετῆν. Vocabulum ἀλλοίοις vtrum genere masculino an neutro accipiendum sit, dubium est, quanquam ego malim intelligere neutrum. Ad μετέην supplendum est τις, vt multis aliis in locis, et recte ad hoc pronomen referri posse pluralem σφίσιν, nemo nescit. Possit tamen etiam locus sic emendari:

ὅσσόν γ' ἄλλοις τις μετέην etc.

Denique παρίσταται est idem quod alias πάρα siue πάρεστι, quando iungitur infinitiuo. Sic

fere est apud *Plutarchum* [201 b]): ἔμοιγε ἀπ' οὐδενὸς οὕτως οὐδέποτε θαῤῥῆσαι πρὸς τὴν πράξιν παρέσῃ, vbi ante *Wyttenbachium* edebatur, πάρεσι. Hanc meam interpretationem veram esse, perspici etiam ex eo potest, quod *Aristoteles* aeque perperam locum Homericum paulo ante indicatum eo trahit, vt demonstret, veteres αἴσθησιν et φρόνησιν pro synonymis habuisse, cum tamen nihil aliud iu illo loco dicatur, quam quod in Empedocleo dictum fuisse ostendi. Praeclare iam Scholiastes hoc animaduertit, οἱ μὲν φιλόσοφοι, inquiens, ἐκδέχονται, ὅτι οἷον ἂν ᾖ τὸ κατάστημα τοῦ ἀέρος, τοιαύτην καὶ τὴν ἡμέραν διατελοῦσιν οἱ ἄνθρωποι· ὁ δὲ ποιητὴς λέγει, ὁποῖα ἂν ᾖ τὰ προσπίπτοντα, τούτοις ἐξομοιούμεθα. Et *Eustathius* [202]) eadem verba Homerica interpretatur sic: ὁποῖα ἂν εἴη τὰ προσπίπτοντα, τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ νοῦς· ἐν εὐτυχίαις, συνεξαιρόμενος· ἐν δὲ τοῖς ἀνάπαλιν, ταπεινούμενος. καὶ ὅλως, τοῖς πράγμασι συνεξομοιούμενος, καὶ πρὸς τὰ παραπίπτοντα σχηματιζόμενος. καὶ οὕπω μὲν τὴν γνώμην ἑρμηνεῦσαι, καλόν· εἰπεῖν δὲ ὅτι κατὰ τὸ κατάστημα τῶν περὶ τὸν Δία ἤτοι

201 *b*) de genio Socratis c. 18. Cf. ibid. c. 21.
202) ad *Homer.* l. l. p. 1840, 50.

αἰθέρα διατελεῖται καὶ ἡ καθ' ἀνθρώπους ἡμέρα ἡ κατὰ βίον, ἢ καὶ ὅτι πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἡμέρας βιοῦμεν, ὁποῖόν τι καὶ τὸ τοῦ Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου περὶ ἡμερῶν, παλαιὸν μὲν καὶ αὐτὸ, ἀλλοῖον δέ τι παρὰ τὰ δοκοῦντα κοινῶς. Iam cum reliqui scriptores veteres a me laudati [203]) omnes ex *Aristotele* hauserint opinionem illam de peruerso nominum αἴσθησις et φρόνησις vsu, manifestum est, multitudinem eorum nihil facere ad me erroris conuincendum, et illo ad silentium redacto hos quoque debere conticescere. Neque enim verendum est, ne cuiquam nimis ethicam sapere videatur mea explicatio. Etiamsi vero ad morum doctrinam magis quam ad physicam referre quis velit versus Empedocleos, vt ego quidem eos exposui, tamen ne hoc quidem impediret, quo minus vera putari posset mea interpretatio, cum etiam plures philosophi Agrigentini versus contineant quaedam e philosophia vitae, id quod infra patebit.

Denique homines suae aetatis Empedocles putabat corporis robore multo inferiores esse

203) neque solum paulo ante laudati, sed etiam §. 9. p. 205. sqq. §. 14. ad n. 269. et hac §. ad n. 37. item *Moshemius* ad *Cudworth.* syst. intellect. p. 29. aliique recentiores.

antiquis. *Plutarchus* [204]) et *Galenus* [205]): *Ἐμπεδοκλῆς — τοὺς νῦν ἀνθρώπους τοῖς πρώτοις συμβαλλομένους, βρεφῶν ἐπέχειν τάξιν.* Non hoc de nihilo est, sed constat, quo magis hominum animus colatur, et crescat, eo magis corpus minui atque decrescere. Videtur Empedocles in hoc, vt in aliis, *Homerum* imitatus essè [206]). Plures similes locos collegit *Augustinus Inueges* [207]).

§. 16.

Appendicis loco nonnulla hìc commemoranda duxi, quae quodammodo videntur ad doctrinam de moribus referri posse. Ex hoc genere sunt, quae dicit *Plutarchus* [1]): *τὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους, μέγα καὶ θεῖον ἡγούμην, τὸ*

πιστεῦσαι κακότητος.

Porphyrius [2]): *τὸ ἐπιπλήττειν σοι, οὔτε κατὰ τὴν παροιμίαν φυγῇ κακοῦ τὸ ἄμεινον*

204) plac. philos. 5, 27.

205) hist. philos. c. 38.

206) v. Il. α, 270 — 272. et ε, 502. sqq.

207) in annalibus Panormi, qui inserti extant Thesauro antiquitatum et historiarum Siciliae T. XIV. p. 74. sq.

1) de ira cohibenda T. II. opp. p. 464. B. In ed. *Hutten.* T. IX. p. 451. perperam exhibetur *ἠχοῦμεν* pro *ἡγούμην*. Neque placet, quod *Erasmus* aliique hunc locum putarunt appendicem hominis Christiani.

2) de abstinentia p. 3.

εὑρόντι, οὔτε, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, τὸν μὲν πρότερον ἀποδυσαμένῳ [3]) βίον, εἰς δὲ τὸν βελτίω ἀποστρέψαντι, ἀγροῖκον εἶναι ἐδόκει. *Galenus* [4]): „Aristoteles, Theophra„stus, et ante hos Democritus et Empedocles, „et multi praeterea ex minoribus philosophis, „consulunt, vt ab excessibus caueamus.“ Qui tamen locus magis continere videtur praeceptum ad diaetam et victus rationem pertinens. *Scholiastes Platonis* [5]): δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν· ὅτι χρὴ περὶ τῶν καλῶν πολλάκις λέγειν. Ἐμπεδοκλέους τὸ ἔπος, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία [6 a]). φησὶ γὰρ,

καὶ δὶς γὰρ ὁ δὲ καλόν ἐστιν, ἐνισπεῖν.

Videtur versus restitui posse sic:

δὶς καὶ τρὶς γὰρ, ὃ δὴ καλόν ἐστιν, ἐνίσπειν.

Vel, vt sex pedibus incedat, sic:

δὶς γὰρ καὶ τρὶς δεῖ, ὅ τι δὴ καλόν ἐστιν, ἐνίσπειν.

3) Sic rescribendum censui pro ἀποδυραμένῳ.

4) de causis procatarcticis c. 3. p. 355. D. ed. Paris.

5) ad Gorgiae locum, qui extat T. I. ed. *Steph.* p. 498. extr. in *Siebenkeesii* anecdotis Graecis Norimb. 1798. 8. p. 33. Sed nihil eiusmodi habent *Olympiodori* ad hunc locum Platonicum scholia, quae extant in bibliotheca episcopali Cizensi.

6) v. *Suid.* in v. δίς. et *Erasm.* chill. 1, 2, 49. qui plures habet *Platonis* locos.

Similia leguntur apud *Plutarchum* [6b]: δεῖ παρ' (leg. γὰρ) ὃ δὴ καλόν ἐστιν, ἀκοῦσαι, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα. Restat, vt, quid de loco quodam *Themistii*, vbi iunior aliquis Empedocles commemorari videtur, statuendum arbitrer, quam potest breuissime exponam. Verba *Themistii* sunt [7]: ἄγασθαι μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους τοῦ νόμου προσήκει τὸν θειότατον Αὐτοκράτορα (np. Iouianum), μάλιστα δὲ οἷς οὐκ ἐφίησι μόνον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δεσμοὺς ἐξηγεῖται, οὐ φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους, οὐ, μὰ Δία, ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ. Quam mire de hoc loco viri docti somniauerint, mirum est dictu. *Petauius* quidem *) intelligit Christum, quasi se ille perinde vt Empedocles deum haberi voluerit, et suo ipse conatu mortem sibi arcessiuerit. *Petrus Petitus* [8] et *Menagius* [9] intelligunt Peregrinum, philosophum Cynicum, quippe qui patria profugus in Palaestina Christianae militiae nomen dederit, et doctrina ita super alios Christianos eminuerit, vt sacros libros enarraret, qui denique Christianismo

6 *b*) non posse suauiter viui secundum Epicurum T. II. opp. p. 1103. F.

7) orat. 5 p. 70. ed. *Harduin.*

*) in commentar. ad *Themist.* p. 636.

8) Obseruatt. miscell. 2, 13. p. 118.

9) ad *Diog. Laert.* 8, 69.

eiurato ad Cynicam sectam se contulerit, et tandem insano gloriae amore furens, pyra extante, Olympiae in totius Graeciae conuentu se sponte flammis absumendum dederit exemplo Empedoclis. Recte hanc sententiam improbat, sed male pro Peregrino Polycarpum Martyrem a *Themistio* innui putat *Stephanus le Moyne* [10]). Multo magis ferri posset *Iohannis Harduini* ratio, qui in notis ad *Themistii* locum verba illa: σὺ, μὰ — παλαιοῦ, inutile quoddam glossema esse iudicat, vt sensus sit: *gratulandum Imperatori ob sancitam in religione tuenda libertatem, sed ab iis maxime, quorum iura ritusque diiudicat et explanat nihilo deterius quam Empedocles olim fecisse perhibetur*, quippe quem *Suidas* [11]) dicat ξυνεῖναι τοῖς θεοῖς, καὶ μανθάνειν παρ' αὐτῶν, ὅπη τοῖς ἀνθρώποις χαίρουσι, καὶ ὅπη ἄχθονται, περί τε φύσεως ἐκεῖθεν λέγειν. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους τεκμαίρεσθαι τοῦ θείου, καὶ δόξας ἀνομοίους ἀλλήλαις περὶ αὐτοῦ δοξάζειν. Sed omnium maxime mihi placent, quae *Mericus Casaubonus* attulit [12]) ad illustranda verba *Themistii*. Ille enim pro τοὺς ἄλλους malit legere τῶν ἄλλων in genere neutro, et ante

10) in prolegomenis ad Varia sacra * 11. 2 — * 13. (p. 43 — 49.)

11) in v. Ἐμπεδοκλῆς.

12) ad *M. Antoninum* p. 87. sq.

οἷς intelligit τούτων vel ἐκείνων, verba autem illa, quae difficultatem inprimis pepererunt interpretibus, οὐ, μὰ Δία, ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ, per elegantem ἀναδίπλωσιν seu ἐπίζευξιν addita esse dicit, atque adeo sic vertit: *dignus Imperator, quem venerantes admiremur, tum ob alia quae lege illa continentur, tum praecipue, quod non solum religionis libertatem indulgeat, sed et aeternas illas leges a deo latas non minus perite, non ille* (np. Iouianus) *per Iouem, quam vetus ille Empedocles explicet.* Itaque particula οὐ, vt bene obseruauit *Fabricius* [13]), non connectenda est cum verbis ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ, sed respicit ad id quod praecesserat, atque idem est ac si dixisset *Themistius*: οὐ φαυλότερον, μὰ Δία, ἐκείνου τ. π. Denique per τοὺς δεσμοὺς intelligi *Casaubonus* docet grande istud arcanum, ab Empedocle primum animaduersum et literis proditum, de boni malique consilio et indissolubili nexu [14]). Dubitari igitur vix potest, quin hic *Themistii* locus recte referatur ad Empedoclem nostrum Agrigentinum.

Sed diuersus est Empedocles ille, qui apud *Plutarchum* [15]) cum Sylla, Lucio, Tyndare ac

13) Biblioth. Graec. Vol. VIII. p. 57. (Vol. VI. p. 820. ed. *Harles.*) qui locus omnino legendus est.

14) de quo placito v. supra §. 11. p. 300. sqq.

15) symposiac. 8, 8.

Nestore colloquitur, vel potius colloqui fingitur. Quae tamen ibi dicit, ea sunt eiusmodi, vt etiam ad Agrigentini laudem ac doctrinam pertinere videantur. Quare totum locum hic ponere libuit: ὀνομαστὶ καλέσας τὸν Σύλλαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς· Λεύκιος, εἶπεν, ὁ ἑταῖρος, εἰ μὲν ἄχθεται τοῖς λεγομένοις, ὥρα πεπαῦσθαί καὶ ἡμᾶς· εἰ δὲ ταῦτα τῶν ὑπὸ τὴν ἐχεμυθίαν ἐστὶν, ἀλλ' ἐκεῖνό γε δοκῶ μήτ' ἄρρητον εἶναι, μήτ' ἀνέξοιστον [16]) πρὸς ἑτέρους, ὅτι δὴ μάλιστα τῶν ἰχθύων ἀπείχοντο· καὶ γὰρ ἱστορεῖται τοῦτο περὶ τῶν παλαιῶν Πυθαγορικῶν· καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς Ἀλεξικράτους ἐνέτυχον μαθηταῖς, ἄλλα μὲν ἔστιν ὅτε μετρίως προσφερομένοις, καὶ νὴ Δία θύουσιν, ἰχθύος δὲ μὴ γεύσασθαι τὸ παράπαν ὑπομένουσιν [17]). ἦν δὲ Τυνδάρης, ὁ Λακεδαιμόνιος, αἰτίαν ἔλεγε τῆς ἐχεμυθίας, ταύτην οὐκ ἀποδέχομαι. ἔλεγε δὲ [18]), τοῦτο γέρας εἶναι τοὺς ἰχθῦς καλεῖν ἕλλοπας, οἷον ἱλλομένην τὴν ὄπα καὶ κα-

16) v. supra §. 15. n. 173. p. 487.

17) Particulam negandi alieno loco positam esse, quilibet perspicit. Equidem cum *Reiskio* μὴ deleuerim, et οὐχ posuerim ante ὑπομένουσιν.

18) Sic *Reiskio* duce, vt tamen aliquis sensus verbis inesset, posui pro τῆς ἐχεμυθίας, τοῦτο γέρας εἶναι. Sed *Wyttenbachius* fortasse rectius ita refingendum locum puta-

θειργομένην ἔχοντας [19]· καὶ τὸν ὁμώνυμον ἐμοὶ τὸν παυσάνεμον [20]) Πυθαγορικῶς πε-

bat: τὴν δὲ αἰτίαν Τυρὸ. ὁ Λαπ. ἡμῖν ἔλεγε, τῆς ἐχεμυθίας τοῦτο γ. εἶναι, καὶ τοὺς etc. Verum ne hac quidem ratione, quae nominis γέρας vis atque potestas esset, satis intelligebam. Malim τέρας, modo id possit de symbolo dici.

19) *Suidas* simpliciter habet: ἔλλοπες· οἱ ἰχθύες. *Hesychius* autem et *Phauorinus*: ἔλλοπες· ἐλλείποντες τῆς ὀπὸς, τουτέστιν ἄφθογγοι, ἄφωνοι. Inprimis hic apponenda sunt, quae locum *Plutarchi* iuuare quodammodo possunt, verba *Athenaei* 7, p. 308. B. σὺ δέ μοι εἰπὲ, ὦ — Μυρτίλε, διὰ τί οἱ ἰχθύες ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἔλλοπες καλοῦνται; καὶ ὃς, ἤτοι διὰ τὸ ἄφωνοι εἶναι. βούλονται γὰρ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴλλοπαί τινες εἶναι, διὰ τὸ εἴργεσθαι φωνῆς. ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἴλλεσθαι, εἴργεσθαι· ἡ δὲ ὄψ, φωνή. (quae deriuatio non probatur *Casaubono* ad h. l. p. 538.) — ἐγὼ δὲ — φημὶ ἄλοπες (cum *Casaubono* p. 539. legendum est φ. ὅτι λέγονται ἔλλοπες) διὰ τὸ εἶναι λεπιδωτοί. (At sic anguillae aliique pisces non fuerint ἔλλοπες.) λέξω δὲ καὶ, — διὰ τί οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν μὲν ἄλλων ἐμψύχων μετρίως ἅπτονται, τινὰ δὲ καὶ θύοντες, ἰχθύων μόνων οὐ γεύονται τὸ παράπαν· ἢ διὰ τὴν ἐχεμυθίαν; θεῖον γὰρ ἡγοῦνται τὴν σιωπήν. Et *Eustathii* ad Odyss. μ, p. 1720, 32. ἦν δὲ τοῖς Πυθαγορισταῖς ἀπειρημένον τὸ ἰχθυοφαγεῖν, εἰς σύμβολον τοῦ ἐχεμυθεῖν, ἐπειδὴ θεῖον ἡγοῦντο τὴν σιωπήν· σιγηλὸν γὰρ ὁ ἰχθὺς, δίχά γε τοῦ σπάρου· διὸ καὶ ἔλλοψ ἐρρέθη, διὰ τὸ ἴλλεσθαι, ὅπερ ἐστιν ἐκβάλλεσθαι, ἐκπλείεσθαι, στερεῖσθαι ὀπός. καθολικὸν γὰρ ὁ ἔλλοψ ἐπὶ πάντων ἰχθύων. Cf. *Schol. Theocrit.* idyll. 1, 42.

20) *Reiskio* auctore pro τῷ παυσαμένῳ sic dedi, vt pertineret ad nostrum Empedoclem. Cf. §. 5. p. 48. sqq. Sed *Wyttenbach.* rescribendum putat: καὶ τὸν ὁμών. ἐ. τῷ

ραίνειν τὰ δόγματα, στέγουσαι φρενὸς, ἀλλ' ὅπερ ἐλάσσω, καὶ ὅλως θεὸν ἡγεῖσθαι τὴν σιωπὴν τοὺς ἄνδρας, ἅτε δὴ καὶ τῶν θεῶν ἔργοις καὶ πράγμασιν ἄνευ φωνῆς ἐπιδεικνυμένων, ἃ βούλονται τοῖς ξυνετοῖς. Nihil vero certi ex hoc loco colligi posse, patet e variis virorum doctorum conatibus, eum emendandi, quorum nonnullos in margine commemoraui.

Diuersus etiam a nostro est ille Empedocles, cuius in *Rhiani* quodam carmine [21]) fit mentio. id quod non solum ex argumento epigrammatis manifestum est, verum etiam ex aetate poetae, quippe qui Ptolemaei Euergetae temporibus floruit [22]). Ipsum *Rhiani* carmen est hoc:

ἡ Τροιζὴν ἀγαθὴ κουροτρόφος· οὐκ ἂν ἁμάρτοις
αἰνήσας [23]) παίδων οὐδὲ τὸν ὑστάτιον.
τόσσον δ' [24]) Ἐμπεδοκλῆς φανερώτερος, ὅσσον ἐν ἄλλοις
ἄνθεσιν εἰαρινοῖς καλὸν ἔλαμψε ῥόδον.

ἀπεωσμένῳ Πυθαγορικῷ παραινεῖν τὰ δόγματα στέγειν ἴσω φρενὸς ἕλλοκος οὔτι ἐλάσσω· καὶ ὅλως θεῖον ἡγ.

21) Extat in *Brunckii* analectt. poetar. Graecor. T. I. p. 480.

22) v. *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. I. p. 442. (p. 735. ed. *Harles.*)

23) Ita e *Salmasii* emendatione *Brunckius* dedit pro ὠνήσας, quod extabat in apographo Buheriano. Sed cum in alio apographo legatur δινήσας, reponendum ille censebat βινήσας.

24) Apographum Buherianum τῶνδε μὲν Ἐμπ.

Superest vt ipsos Empedoclis versus, quos veterum diligentia nobis seruauit, aeque diligenter collectos ordine quodam commodo componam et explicem, atque si quos vitiatos ad nos peruenisse appareat, emendare studeam. Quo quidem in negotio, arduo sane ac difficili, inprimis opus est vt aequos nanciscar iudices. Quod enim ad locum et ordinem versuum attinet, pleraque omnia meris coniecturis niti fatendum est, quoniam scriptores veteres raro ipsi indicasse reperiuntur, e quo physicorum libro singuli versus philosophi nostri petiti essent. Cum autem iam in praefatione ostenderim, quem ordinem in sede cuique versui attribuenda sequi constituissem, non hic rursus de isto meo consilio disserendum putabam. De varietate lectionis, et de maculis, quas librarii multis locis Empedocleis adsperserunt, delendis, etiam de versuum quorundam interpretatione, in superio-

ribus passim, vbi occasio esset, exposui: quibus omnibus itidem hoc loco omissis satis habui, locos illos, in quibus versus Empedocleos tractauissem, diligenter indicasse. Itaque vnum est, quod moneam. Scilicet interdum coniecturam aliquam, vel aliorum vel meam, modo sensum aptum et commodum funderet, praeferendam duxi lectionibus adeo vitiosis et corruptis, vt nemo inde elicere sententiam probabilem vllo modo posse videretur.

EMPEDOCLIS PHYSICORVM RELIQVIAE

LIBER PRIMVS

Παυσανία, σὺ δὲ κλῦθι δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ.

— — —

Τηλαυγὲς, πλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε.

— — —

ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιὸν,
εὐτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ
δαίμων, (οἵ τε μακραίωνος λελάχασι βίοιο)
τρὶς μὲν μυριὰς ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι.
τῇ καὶ ἐγὼ νῦν εἰμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης.

— — —

Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος —

— — —

ἠλύθομεν τόδ' ὑπ' ἄντρον ὑπόστεγον —

— — —

κλαῦσά τε καὶ κώκυσα, ἰδὼν ἀσυνήθεα χῶρον

— — —

ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἠλιόπη ταναῶπις,
Δῆρις θ' αἱματόεσσα καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις,
Καλλιστὼ τ' Λἰσχρή τε, Θόωσά τε Δηναιή τε,
Νημερτής τ' ἐρόεσσα μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια,

— — —

Φυσώ τε Φθιμένη τε, καὶ Εὐναίη καὶ Ἔγερσις,
Priorem illam correctionem, δίνῃ, *Heesenius* eo tuetur, quod Parmenides δίνην, *vorticem*, vim productricem vniuersi posuerit. Eodem modo possem ego illam ex Empedoclis placitis tueri. Nam *Antoninus* l. l. allaturus paulo post hunc ipsum versum Empedocleum, scripsit haec: ὅσα ἡ ἔξωθεν περιῤῥέουσα δίνη ἐλίσσει. Et *Simplicius* ad *Aristot.* de coelo 3, fol. 145. b. postquam dixit, secundum Empedoclis sententiam non hunc mundum, qui sensibus percipitur, per Amicitiam factum esse, adiicit haec: ἀλλ' ὁ νοητὸς γέγονεν, ὁ σφαῖρος κυκλικὸς, μόνῃ τῇ περιφορᾷ τῶν γαιῶν καὶ τῇ ἐν αὐτῷ ἑνώσει. Cf. infra vers. 168. Quin noua posset e *Simplicii* verbis lectio elici

σφαῖρος κυκλοτερὴς δίνῃ περιηγέϊ γαιῶν,

h. e. *Sphaerus rotundus per circularem terrarum circumactionem*, np. quasi laeuigatus ac tornatus. Et fateor, parum abesse quin bene sic legi contendam, praesertim cum e *Simplicio* appareat, quomodo cohaeserint verba Empedoclis, et quo particula ἀλλὰ pertineat. Excogitaui tamen etiam hanc lectionem:

σφαῖρος, κυκλοτερὴς, μονίῃ περιηγέϊ γαίων,

h. e. *Sphaerus, rotundus, constantia* siue *perseuerantia circulari gaudens, perpetuo se in orbem vertens.* Et placuit illa mihi ad tempus. Nam 1) *Antoninus* l. l. versum ita exhibet:

σφαῖρος κυκλοτερὴς πονῇ περιθεῖ γαίων.

Quilibet autem facile videt, verba μονίῃ περιηγέϊ per incuriam librariorum, indoctorum, mutari potuisse in πονῇ περιθεῖ. 2) *Achilles Tatius* l. l. cap. 6. scribit eundem versum sic:

σφ. κυκλοτερὴς, μούνῃ περιηγέϊ χαίρων.

Sed librarius dare debuit μουνῇ, quae non minus quam

μονίῃ est forma Ionica nominis μονή. Vitiosa tamen scriptura induxit *Petauium*, vt illud μούνῃ inepte verteret *sola*. 3) *Scholiastes Arati* supra laudatus haud dubie in codice suo inuenerat σφαῖρος et μονίῃ περιηγεῖ, quanquam librarius quasi μαινόμενος scripsit σφαίρας et μανίᾳ. Ipse enim explicat verbis τῆς στροφῆς τὴν μονήν. 4) Lectio a me proposita non violat metri leges. Nam mediam vocabuli μονίῃ syllabam corripi, docent hi loci *Homerici* Il. χ, 257. δώῃ καμμονίην, σὴν δὲ ψυχὴν ἀφέλωμαι et ψ, 661. δώῃ καμμονίην, γνώωσι δὲ etc. 5) Eadem sensum fundit non omnino ineptum aut incommodum. *Monίη* enim περιηγὴς recte ita explicari e poetarum more videtur posse: *circumactiò perpetuo circularis*, et participium γαίων haud dubie exquisitius est atque adeo verius, quam χαίρων, quod exhibent *Stobaeus* et *Achilles* et *Scholiastes Arati*, quodque praetulerunt viri docti supra laudati. *Hesychius* γαίων explicat participio γαυριῶν, sed hoc interpretatur verbis χαίρων et ἀγαλλόμενος. Et *Phauorinus* habet haec: γαίων· ἱλαρὸς, γαυριῶν, τερπόμενος. — γαίεσκον δὲ, ἔχαιρον. Sphaerum autem, quamuis vita sensibusque carentem, a poeta dici potuisse gaudere ac delectari eo, quod ipse necessitate quadam facere quasi ac praestare cogitur, quis est qui non intelligat? Verum satis cito poenituit me huius meae et coniecturae et interpretationis, inprimis cum perspicere nullo modo mihi liceret, qua ratione vir doctus in Ephemeridibus literariis Gothanis (1801. nr. 75.) vertere locum nostrum potuerit: *Das Weltall ist eine (runde) Sphäre, welche dem ewigen Kreisumschwung ihr Bestehen verdankt.* Inde enim intellexi, quam contorta videri posset mea quoque explicatio. Itaque confugi ad amicos nonnullos harum rerum peritos. E quibus *Friedelius*, vir doctissimus, Collega scholae Thomanae tertius, egregiam mecum communicauit coniecturam. Scilicet legi iubet sic:

σφ. κυκλ. κώνῃ περιηγεῖ γαίων.

Nam 1) lectio κώνῃ omnium minime distat a vulgari lectione in loco *Antonini*: κονῇ. Et constat, quam saepe *O* et *Ω* permutatae inter se fuerint a librariis. v. *Valckenar.* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 194. B. 196. A. 253. A. 259. sq. 270. B. Cum vero etiam *K* et *M* saepissime confundantur in libris (v. *Gul. Canter.* de rat. emendandi Graecos auctores p. 21. ed. Antuerp. 1571. et Eiusd. nouu. lectt. 1, 7.): origo lectionum μονίᾳ s. μονίῃ et μουνῇ patet luculentissime. 2) κώνα, auctore *Hesychio*, est i. q. βέμβιξ, hoc autem nomen, eodem interprete, idem valet quod δίνη. Verbum κωνᾶν idem explicat verbo περιδινεῖν, et verbum κωνῆσαι verbis κύκλῳ περιενεγκεῖν. Itaque κώνα s. κώνη significat *vorticem*, *circumactum*, *agitationem in orbem.* Quae notio sana est loco aptissima. Cf. quae monui ad vers. 137. Non igitur dubitaui κώνῃ recipere. Caeterum verba πάντοθεν ἶσος verti possunt his *Ouidii* met. 1, 34. *aequalis ab omni parte*, vel *Ciceronis* de N. D. 2, 45. *undique aequabilis.* Qui plura de his versibus cognoscere cupit, is adeat Commentariorum societatis philologicae Lipsiensis, quos Excell. *Beckius* magno bonarum literarum emolumento edit, Volumen primum, Lips. 1801. 8. p. 24 — 34. vbi fusius disserui de illis versibus, et plures meas aliorumque tam coniecturas quam interpretationes attuli; et Vol. IV. 1804. p. 31. sq. vbi *Phil. Buttmannus* ita constituit versus:

ἀ. ὄγε π. ἴ. ἐὼν κ. π. ἀ.

σφαῖρος, κυκλοτερὴς τε, μονῇ κ. γ.

quam tamen rationem fateor mihi displicere.

Vers. 25. affertur ab *Aristot.* probl. 21, 22. et meteorol. 4, 4. item ab *Olympiodoro* ad h. l. fol. 66. b. et ab *Alexandro Aphrodisiensi* ad eundem *Aristotelis* locum fol. 131. b. qui omnes eo torquent verba Empedoclis, vt per ἄλφιτον omnino intelligant τὸ ξηρόν, et per ὕδωρ, τὸ ὑγρόν, vt τὴν μίξιν per verbum κολλᾶν. Quae interpretatio num vera putanda sit, et ad quem pertineat participium κολλήσας, incertum est.

Vers. 26 — 28. afferuntur a *Sexto Empirico* adu. Mathematt. 9, 362. et 10, 315. a *Stobaeo* eclog. phys. c. 11. p. 286. a *Plutarcho* plac. philos. 1, 3. ab *Eusebio* praep. euang. 14, 14. p. 749. et a *Probo* ad *Virgil.* ecl. 6, 31. Alii paulo post erunt nominandi. Extant iidem versus in *Steph.* poes. philos. p. 21.

Vers. 26. prorsus ita, vt edidi, legitur apud *Clem. Alexandr.* stromm. 6, p. 624. D. ap. *Stobaeum* et *Euseb.* ll. ll. Sed *Sextus Emp.* habet τέσσαρα γὰρ πάντων, et *Probus* τέσσαρα δὴ π. qui etiam pro ἄκουε corrupte exhibet ἔᾶσιν. *Philoponus* (v. supra §. 9. p. 143.) inuerso ordine dedit ῥιζώματα πάντων.

Vers. 27. secutus sum *Beckium* in editione Plutarchei libelli. Nam ante eum ap. *Plut.* vt apud *Euseb.* legebatur αἰθήρ. Sed ἀργὴς habent reliqui omnes, etiam *Athenagoras* legat. pro Christianis p. 22. C. *Diogenes Laert.* 8, 76. et *Heraclides Ponticus* in allegoriis Homeri p. 443. ed. *Gale*, qui hunc et sequentem versum laudant, et ἀργὴς reddi debet *candens*, *fulgens*, *fulminans*, ita vt Ζεὺς ἀργὴς sit elementum ignis, sed Ἥρη φερέσβιος, *Iuno frugifera*, terra, quae ab *Hesiodo* quoque theog. 692. φερέσβιος appellatur, vt Ceres ab *Antiphane* ap. *Athenae.* 9, p. 396. B. v. omnino §. 9. p. 210. sqq.

Versum 28. ita exhibui e *Sexto*, *Plut. Stob. Euseb. Athenag.* et *Heraclide.* Sed *Arsenius*, qui hunc et praecedentem versum in praeclaris dictis philosophorum posuit, habet Νῆστιν δακρυόεσσά τ' ἐπικρούνωμα βρότειον, et in Violario MS. quod extat in bibliotheca Laurentiana Cod. XXVI. Plutei IV. pag. 128. a tergo: Νῆστις κρυόεσσά τ' ἐπικρούνωμα βρότειον. *Stephanus* poes. philos. p. 221. legi etiam dicit δακρύοις ἐπικροῖ ὄμμα βρ. Atque sic fere legit *Diogenes*: δ. ἐπικικροῖ ὃ. β. Codex Vindob. LIX. Νήστης — δακρύεις — ἐπὶ κικροῖ. Similiter *Probus*: δ. γε κικροῖς νωμαβρότειον γένος. Paulo rectius scribitur ap.

Suidam, qui in v. *νῆστις* hunc versum affert omisso auctoris nomine: *νωμᾷ βρότειον γ*. Vbi si demas *γένος*, quod vterque Grammaticus videri potest explicandi causa addidisse, et post *νωμᾷ* ponas articulum *τὰ*, facile prodibit hic versus:

Νῆστίς θ' ἡ δακρύοις γε πικροῖς νωμᾷ τὰ βρότειον.

vt *νωμᾶν* sit *versare*. Vidi deinde', etiam *Ioach. Kühnium* ad *Diog.* l. l. ita sentire. Sed possit etiam legi: *N. θ' ἡ δακρύοις ἐκπικροῖ νῶμα βρότειον*, vt *νῶμα* sit pro *νόημα*, sicut vers. 361. Lectionem a *Stephano* indicatam sequitur etiam *Neander* in opere aureo T. I. p. 524. et vertit: *lacrymis hominum quae lumina complet.* quae tamen est potius nostrae lectionis versio. Nam *τέγγειν* est *humectare, irrigare*, non *ἐκπικροῦν*. Verum iam declarandum est, quid significetur hoc versu. Et *πρόσωπα* quidem *βρότειον* quin significet *oculos mortalium*, quatenus lacrymarum fontes sunt, dubitari vix a quoquam potest. Sic *Sophocles* Trachinn. 925. dixit *δακρύων θερμὰ νάματα*. Possit igitur haec erui sententia: *Aqua quae lacrymis complet hominum oculos* s. *quae causa est lacrymarum.* Ita *τέγγειν* verbum speciei, positum esset pro verbo generis *πληροῦν* vel *ποιεῖν* vel simili. Si quis autem quaerat, cur potissimum lacrymarum causa *Νῆστις* nominetur, vix aliam afferre rationem possim, quam quae acutissime allata fuit ab Ill. *Heynio* in praefat. ad *Tiedemanni* System der stoischen Philosophie p. VIII. nempe cum *Ἀϊδωνεὺς* proprie sit *Pluto*, *Νῆστιν* esse *Proserpinam*. Aquam enim subter terram labi. Quatenus igitur *Νῆστις* descendit a verbo *νάειν* (v. §. 9. p. 213.), hactenus eius nomine insigniri ab Empedócle potuit *aqua* elementum, (Cf. *Suid.* l. l.) et quatenus eadem est, quae Proserpina, hactenus dici potuit lacrymas ciere mortalibus, quia letum immittit. *Kühnius* tamen aquam recte dici potuisse *νῆστιν*, h. e. *ieiunam*, arbitratur, quia *τὸ ὕδωρ οὐκ ἐθέλει, αὐτὸ μόνον ἄμικτον ὄν, τρέφειν· σωματῶδες γάρ τι εἶναι δεῖ τὸ συστησόμενον*, quae sunt

verba *Aristotelis* de sensu c. 5. extr. *Marcilius* ad aurea carmm. 48. *Νῆστιν* vertit *vterum*.

Vers. 29. seruatus est a solo *Stobaeo* l. l. e quo etiam *Stephanus* l. l. eum desumsisse videtur. Adiectiuum ἔσχατον quam vim habeat, intelligi potest e vers. 136 — 144. vnde etiam patebit, me recte diuisim scripsisse ἐξ ἔσχατον pro ἐξέσχατον. Praepositio enim a verbo ἵσταται per tmesin aulsa est. Nihil ad rem illustrandam valent, quae *Heeren* ad *Stobaeum* attulit.

Vers. 30. et 31. infra recurrunt v, 51. sq. Cf. §. 10. p. 230. et 233. Sed h. l. posui eos sic, vt extant ap. *Sextum Empir.* adv. Mathemm. 10, 317. nisi quod male ibi legitur ἴσον.

Vers. 32. 33. *Plutarchus* de defectu oraculor. c. 15. ἵνα μὴ τὸ Ἐμπεδόκλειον εἰπεῖν δόξω, πορ. ἑτ. ἑτέραις κρ. μ. μ. λέγειν ἀτ. μίαν, ἐάσατέ με τοῖς πρώτοις τὸ προσῆκον ἐπιθεῖναι τέλος. Patet, *Plutarchum* non nisi obiter et ad orationem suam loco poetico distinguendam haec laudasse. Prorsus igitur nescimus, qui fuerit verborum istorum cum aliis Empedocleis nexus. In constituendis versibus secutus sum *Xylandrum*, nisi quod pro ἑτέραισι malim ἑτέρῃσι, et pro λέγειν recepi *Wyttenbachii* emendationem λόγων. Praeterea ego quidem putem, v. 32. legendum esse:

οὐκ ἐθέλω πορυφὰς ἑτέρας ἑτέρῃσι προσάπτειν,

et πορυφὰς μύθων explicari posse arbitror *sublimitatem orationis nimiam, audaces tropos et figuras*, vt Empedocles neget, se talibus saepe vti velle, sed nec vna et vniformi dicendi ratione vsurum esse promittat. Nam ἀτραπὸν interpretor *rationem*.

Vers. 34 — 67. seruauit nobis *Simplicius* ad *Aristot.* physic. 1, fol. 34. a. praemissis his verbis: ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὸ ἓν καὶ τὰ πολλὰ τὰ πεπερασμένα, καὶ τὴν κατὰ περίοδον ἀποκατάστασιν, καὶ τὴν κατὰ σύγκρισιν καὶ διάκρι-

εἰν γένεσιν καὶ φθορὰν, οὕτως ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν παραδίδωσι.

Vers. 34. sq. Cum *αὔξεσθαι* s. *αὐξεῖσθαι* sit *crescere, concrescere*, et *διαφῦναι*, *separari*: manifestum est, verba *μόνον εἶναι ἐκ πλ.* et *πλέον' ἐξ ἑνὸς εἶναι*, in quibus duobus infinitiuis intelligi debet coniunctio *ὥστε*, perspicuitatis causa adiecta esse, vel potius verba formarum *ηὐξ.* et *διέφυ* posita esse pro verbo generis *συνέβη* vel simili. Caeterum locos aliorum poetarum, qui idem fere quod Empedocles docerent, congerere facile quidem foret, sed superfluum. Vnum modo laudo *Euripidem* T. II. ed. Lips. 1779. 4. p. 454. nr XXII.

Vers. 36. vtrumque *δοιὴ* verto *duplex*, *duplicis generis*.

Vers. 37. sq. ad verbum videntur sic reddendi Latine: *Elementorum omnium concursus* s. *conflictus et parit et tollit rerum mortalium ortum, sed interitus elementis separatis ac disiunctis frangitur quasi et auolat*, h. e. *Elementis omnibus inter se iunctis res mox exoriuntur, mox intereunt, prout hoc vel illo modo iunguntur, iisdem vero separatis rerum natura debilitatur ac deficit.* Scilicet *τὴν μὲν* retulit Empedocles ad vocabulum *γένεσις*, et *ἡ δὲ* ad nomen *ἀπόλειψις*, cum potius illi articuli referendi essent ad nomen *θνητῶν*, quod in genere neutro accipiendum putabam, quemadmodum vers. 91. et 106. et 129. et 149. vt omnes *res* mundanae, *caducae* illae *et fragiles*, intelligerentur. Cuius rationis exempla sunt apud poetas veteres omnes, quippe saepe verbum referentes ad nomen, ad quod proprie non pertinebat. Vel *ἡ δὲ*, np. *ἀπόλειψις θνητῶν, θρυφθ. ἀπέκτη* dictum est pro *ἡ δὲ γίνεται*. Cf. quae ad v. 34. dixi. Vocabulum *πάντων* haud dubie de elementis omnibus intelligendum est, atque adeo ad *διαφυομένων* supplendum *αὐτῶν*, np. *πάντων*, vt fiat genitiui consequentiae. Pro vitioso *θρεπτὴ* rescripsi *ἀπέκτη*. Possit quis etiam *ἀπεῖπε* reponere, vel *θρυφθεῖς' ἀπολείπει* substituere.

Vers. 39. *ἀλλάσσειν* est *mutari*, vt v. 103. et *διαλλάσ-*

ϛειν v. 44. et λήγει iungi debet cum ἀλλάσσοντα, vt significetur hoc versu: *eaque prorsus nunquam mutari desinunt.*

Vers. 40. et 41. saepe laudantur ab antiquis scriptoribus, v. c. a *Diog. Laert.* 8, 76. vbi diserte ad elementa referuntur, quae ante dicta sunt: καὶ ταῦτα (np.' Ζεὺς, Ἥρη, Ἀϊδωνεὺς et Νῆστις), φησὶν, ἀλλαττόμενα διαμπερὲς οὐδαμοῦ λήγει, ὡς ἂν ἀϊδίου τῆς τοιαύτης διακοσμήσεως οὔσης. ἐπιφέρει γοῦν,

ἄλλοτε — ἔχθει.

quae *Diogenis* et *Empedoclis* verba *Arsenius* inseruit praeclaris dictis philosophorum, vbi tamen male legitur συνεχόμεν', vt in eiusdem Violario MS. Laurentiano l. l. συνεσχόμεν', et in Codice *Diogenis* Vindob. συνεχόμενα. Recte in his extat φορεύμενα Ionica forma pro communi φορούμενα, quae est in loco *Simplicii*. Ex iisdem recepi δίχ' ἅπαντα pro δίχα πάντα apud *Simplic.* qui tamen ad *Aristot.* phys. 8, fol. 310. a. vtrumque versum prorsus ita, vt ap. *Diogenem* leguntur, exhibet, sed ad lib. 1. fol. 6. b. vbi rursus vtrumque affert, alterum legit sic: ἄλλοτε δ' αὖ δίχα πάντα φορεύμενα Νείκος ἔχθει, et fol. 8. a. sic: ἄλ. μ. Φ. συνέρχ. εἰς ἕνα κόσμον, ἄλ. δ' αὖ δίχ' ἅπαντα φορούμενα Νείκεος ἔ. Leguntur iidem versus in vita Homeri p. 327. ed. *Gale.* et T. V. opp. *Homeri* ed. *Ernest.* p. 162. vbi alter versus ita editur: ἄλλοτε δ' αὖτις ἅπαντα φορεύμενα Νείκεος ἄχθει. it. in *Stobaei* eclog. phys. p. 290. vbi Cel. *Heeren* vitiosae lectioni, συνερχ. τάδε πάντα, ἄλλοτε δ' αὖτε ἔκ. φρουρούμενα Ν. ἔχθει, praefert illam, quam edidi, et quae etiam *Phil. Melanthoni* placuit in Epigrammatibus ab *Hilbrando Grathusio* Viteb. 1560. 8. editis, vbi plag. L. fol. 7. ita vertit:

Iungit Amor quandoque elementa et semina rerum,
Dissiliunt Odiis eadem certantia rursus.

Sed magis placet *Sam. Tennulii* versio in notis ad *Iamblichi* introd. in *Nicomachi* arithmeticam p. 174.

Nonnunquam connectit Amor simul omnia, rursus
Nonnunquam seiuncta iubet Contentio ferri.

Omnino tota eius nota legenda est, quia rem ipsam illustrat. Caeterum prior versus legitur iterum infra v. 221. et *Simplicius* vtrumque etiam saepius affert, sed valde corrupte, vt ad *Aristot.* de coelo 1., fol. 32. a. ἄλ. μὲν φιλίη συνιόντα ἅπαντα εἰς ἓν, ἄλλ. δ' αὖ πάλιν πάτω πάντα κινηθέντα νείκεος ἕ. Et fol. 68. b. ἄλ. μ. φιλία συνέρχεσθαι εἰς ἓν ἅπ. ἄλ. δ' αὖθις καθ' αὑτὰ ἕκαστα φέρεσθαι τῇ τοῦ νείκεος ἔχθρᾳ. Et ad lib. 2. fol. 129. a. ἄλ. μ. στοργῇ συνεργῇ συνερχόμενα εἰς ἓν ἅπ. ἄλ. δὲ χωρὶς ἕκαστα πρεϊόντα νείκεος ἔχθρᾳ. *Windetus* de vita functorum statu sect. 3. p. 25. legit ἄνδιχ' ἕκαστα. Forsitan vere. Codex Vindobon. exhibet ἄλλοτε δὲ, δίχ' etc.

Vers. 42. sq. ita edidi ex *Aristot.* phys. auscult. 8, 1. pro γίνεταί τε — ἔμπεδος ἐὼν, vt est ap. *Simplicium*, qui eosdem versus ad *Aristot.* de coelo 1, fol. 32. a. sic affert: ᾗ δ' αὖ πάλιν εἰσιόντος ἑνὸς πλείω γίνεται, ταύτῃ μὲν γίνεται, καὶ οὐκ ἐμπόδιον αὐτοῖς ἡ ἀϊδιότης. Et fol. 68. a. τῆς μὲν αὖθις εἰσιούσης ἑνὸς πλείω ἀποτελεῖται, οὕτω δή τοι γίνεται, καὶ οὐκ ἐμποδίζεται αὐτῶν ἡ ἀϊδιότης. *Melanthon* l. l. omittit τε post γίγνονται. Particulam ᾗ patet interpretandam esse vel *quatenus*, vel *sicut*, atque adeo τῇ et ταύτῃ vel *eatenus*, vel *ita*. Verba οὔ — αἰὼν significant: *non diu durant.*

Vers. 44. sq. *Aristoteles* l. l. habet ᾗ δὲ διαλλάσσονται δ. οὐδ' ἅμα λήγει. E quo *Casaubonus* lectt. Theocrit. c. 18. et *Salmasius* ad aram *Dosiadae* p. 194. sq. ed. *Th. Gron.* in Museo philolog. et hist. secundo, Lugd. Bat. 1700. 8. demonstrare voluerunt, αι diphthongum corripi posse etiam sequente consonante. Eodem modo *Melanthon* l. l. nesciebam quo auctore: τῇδε τάδ' ἀλλάσσονται διαμπ. οὐδ' ἅμα λ. At v. quae ad v. 39. dixi, inprimisque *Bentlei.* ad *Callimach.* h. in Iou. 87. In altero versu ap. *Aristot.* legitur ἔασιν pro ἔασσιν, quo sane non opus erat. *Simplicius*

vtrumque versum habet etiam ad *Aristot.* phys. 1, fol. 34. a. inferius, et ad lib. 8. fol. 258. b. et vtroque loco priorem exhibet sic: ἧδε τάδ' ἀλλάσσοντα διαμπ. οὐδαμᾶ λ. et in altero versu vt h. l. et *Aristoteles* l. l. legit ἀκίνητοι. Sed ad *Aristot.* de coelo 1, fol. 32. a. pro Empedocleis versibus venditat haec: ἧ δὲ μεταβάλλει κυκλικῶς, ἥκιστα παύεται, ταύτῃ δ' ἀεὶ μένει ἀκίνητα κ. κύκλ. Et fol. 68. b. ταύτης δ' αὖ μεταλλαχθείσης κύκλῳ οὐδέποτε παύονται, οὕτω δ' ἀεὶ γίνονται ἀκίνητοι κ. κ. Totum autem locum, inde a versu 40. vsque ad 45. in commentario ad *Aristot.* phys. 1, fol. 8. a. ita affert, vt inter vers. 41. et 42. duo alios interponat, collocatos a me infra post v. 98. quorum alterum, omisso tamen aduerbio οὕτως, habet etiam *Aristot.* l. l. e quo addidi ἓν, quod desideratur ap. *Simplic.* Disci ex illis versibus potest, quaenam Empedoclis verba in mente habuerit *Simplicius*, cum tanquam Empedoclea poneret: κάτω πάντα κινηθέντα, quae ad v. 40. sq. ex eo attuli. Versum 42 — 45. non nisi in paucis immutauit l. l. Nimirum v. 43. legit γίνονται, vers. 44. ἧ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα, v. 45. ταύτῃ αἰὲν ἔασ. ἀκίνητα. Et sane recipiendum putaui ἀκίνητα. Neque enim patet, quo referendum sit masculinum ἀκίνητοι, nisi quis omissa nonnulla statuere velit, aut genitiuum θνητῶν vers. 36. de masculino accipere, quod tamen vetare videntur, quae v. 39. sqq. dicta sunt. Posse autem vocalem vltimam ᾱ in ἀκίνητα produci, quippe in caesura positam, nemo harum rerum peritus negauerit. Sic μὲν eandem ob causam producitur in *Theocriti* id. 17, 82. et ῑ in διὰ ap. *Homer.* Il. η, 251. et λ, 435. Sed in his aliisque eiusmodi locis potest etiam haec ratio reddi, quod tres syllabae breues deinceps se excipere in versu hexametro nequeant, vel vt *Eustath.* ad Il. λ, 678. dicit, ἵνα δακτυλισθῇ ὁ τρίβραχυς ποῦς. Quae eadem ratio cadit in locum nostrum. Sic Il. ᾱ, 475. vltima in ἄλλοισι producitur, quia duae breues sequuntur. Et infra vers. 120. σφι producitur, quia sequitur πάρα. Cf. ad

vers. 394. 405. 502. Sic ap. *Virgil.* Aen. 12, 363. *que* in *Chloreaque* producitur, quoniam alias quinque syllabae breues concurrerent. v. etiam *Eustath.* ad Il. ε, p. 556. extr. Placet etiam lectio ἢ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα etc. Nam *Simplicius* ad *Aristot.* phys. 8, fol. 258. b. vbi eodem modo hunc versum afferri vidimus, addit hanc interpretationem *Alexandri*: εἰς τάδε ἐκ τῶνδε μεταβάλλοντα οὐ λέγει, κατὰ τὴν ἄμειψιν ταύτην καὶ τὴν ἐς ἄλληλα ἐν μέρει μεταβολήν. καὶ ταύτῃ ἀΐδιά ἐστι, τουτέστιν ἀΐδιος αὐτῶν ἡ εἰς ἄλληλα μεταβολή. Atque sic edidi v. 103. Caeterum *Melanthon* l. l. versum 43. et 44. Latine reddidit hoc modo:

Sic res gignit Amor, sed non durabile quicquam
Nascitur, inque vices mutantur cuncta subinde.

Vers. 46. Nomen μέλη videtur nil esse nisi ἐνθουσιασμὸς et *furor poeticus*. Similiter *Plato* in Lyside T. II opp. p. 222. C. μεθώμεν ὑπὸ τοῦ λόγου. Scribere poteram μέλη γάρ μοι. Sed etiam τοι stare potest, modo ne pro σοι accipias. Omnino huc confer, quae *Heynio* auctore dixi §. 15. p. 447.

Vers. 47. ἔειπα πιφαύσκων est pleonastica dicendi ratio, cuius multa sunt apud poetas exempla. Πρὶν est *antea, supra*, nempe v. 34. sq.

Versus 49 — 52. affert *Simplicius* etiam ad *Aristot.* phys. 1, fol. 6. b. et versus 50 — 52. *Sextus Empir.* adu. Mathemm. 9, 10. et versus 51. 52. idem *Sextus* 10, 317. Sed *Simpl.* in altero loco pro ποτὲ δ' αὖ habet ἄλλοτε δ' αὖ. *Sextus* pro ἄπλετον ὕψος, quod praeferre videtur *Stephanus* in notis ad poesin philos. p. 221. quanquam p. 21. ipse ἦπιον edidit, legit ἤπιον ὕψ. vt *Plutarchus* de discr. adul. et amici c. 32. vbi αἰθέρος quoque reperitur pro ἠέρος. Etiam *Graeuius* ad *Cic.* Lael. 7. p. 476. videtur ἦπιον legisse. Vertit enim versus 50 — 52. his Latinis:

Ignis, aqua et tellus, clementiaque aëris alti,
Pernicies absque iis, et quae Contentio par est
Vndique, Amicitia ex aequo lata atque procera.

Sed cum ἄπλετον significet *immensum*, *infinitum*, melius ei conuenire putabam cum nomine ὕψος, quam vocabulo ἤπιον, quod significat *clemens*, *mite*, *benignum*. Cf. vers. 161. vbi itidem est ἄπλετον. Verba δίχα τῶν explico *sine iis*, *non cum iis* s. *inter ea versans*, et ἁπάντῃ dedi cum *Sexti Emp.* loco vtroque et *Stephano* in poesi philos. p. 21. pro ἕκαστον. Nam ἀτάλαντον ἁπάντῃ, *par vndique*, videtur recte respondere verbis ἴσῃ μῆκός τε πλάτος τε, quae bene sic leguntur in *Simplicii* locis, in *Plutarchi* amatorio c. 13. et ap. *Steph.* l. l. Sed *Sexti* loci habent ἴσον, et ille *Sexti* locus, quem posteriore loco posui, exhibet etiam Φιλίῃ, pro Φιλότης, vterque autem, vt *Stephanus*, μετὰ τοῖσιν pro ἐν τοῖσιν. Et sane poteram et ipse μετὰ pro ἐν recipere. Retinui tamen ἐν, quia vers. 52. a *Plut.* amator. l. l. sic affertur: καὶ Φιλότης ἐν τοῖς, ἴσῃ etc. Parum adeo aberat, quin et h. l. scriberem ἐν τοῖς, et v. 31. μετὰ τοῖς, quia priorem vocabuli ἴσος syllabam produci plerumque sciebam, v. c. vers. 59. Sed commodum succurrit versus *Hesiodi* ἔργ. 752. μηδὲ δυωδεκάμηνον ἴσον καὶ τοῦτο τέτυκται.

Vers. 53. *Plutarchus* l. l. habet τὴν σὺν νῷ δέρκου, vt *Simplicius*. *Stephanus* vero legit τὴν σὺ νόῳ δέρκου, quam lectionem etiam *Wyttenbach.* et *Hutten.* recepere. Recte vtique. Sed debebant etiam δέρκευ restituere. Poterant hoc discere ex his *Clementis Alexandrini* stromm. 5, p. 552. C. ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐν ταῖς ἀρχαῖς καὶ φιλότητα συγκαταριθμεῖται, συγκριτικήν τινα ἀγάκην νοῶν·

ἦν σὺ νόῳ δέρκευ, μὴ δ' ὄμ. ἦσο τεῷ.

Item ex hoc *Simplicii* loco ad *Aristot.* phys. 2, fol. 41. a. Ἐμπεδοκλῆς περὶ φιλίας λέγων,

ἀλλὰ νόῳ δέρκευ, φησὶ, μὴ δ' ὄ. ἦ. τ.

Quod ad interpretationem attinet, ἧσο, *sede*, est i. q. ἕστω, et ὄμμασιν ταθηκότες ἧσθαι recte dici possunt homines stupidi, qui ad omnia tanquam noua et incognita stupent, atque adeo a cognoscenda rerum natura alieni sunt, et ne cupiunt quidem eam cognoscere prae nimia segnitie atque torpore. Quamuis enim ἧσο dixerim explicari posse per ἕστω, habet tamen ἧσθαι hanc vim, vt de iis dicatur, qui segnes et ignaui ac desides sunt. v. *Homer.* Il. α, 330. 9, 207. Caeterum *Plutarchus* de aud. poet. c. 5. formulam Empedocleam ita imitatur: ὅταν δ' ἀναγινώσκῃ — μὴ καθήσθω ἀπεκληγμένος καὶ ταθηκώς.

Vers. 55. φίλα φρονεῖν, *amice sentire, beneuolum esse in alios, bene cupere aliis.* Sed φίλα τελεῖν, *beneficum esse.*

Vers. 57. vulgo legitur μετ' ὄσοισιν. Quam lectionem quia concoquere nullo modo poteram, correxi μεθ' ἅπασιν, vt οὔτις μεθ' ἅπασιν θνητὸς ἀνὴρ sit *nullus ex omnibus* s. *inter omnes mortalis, nemo mortalium.* Fortassis etiam verba μεθ' ἅπ. iungi possint cum participio ἐλισσομένην, quemadmodum vers. 54. Φιλότης dicebatur θνητοῖσι ἔμφυτος ἁρθροις. Ita enasceretur talis fere sententia: *quam* (ante me) *nullus mortalis cognouit in omnibus versari. Ego vero vera doceo.* etc. Et fateor, hanc rationem mihi magis placere. Si quis tamen melius locum emendauerit rectiusque explicuerit, gratiam ei magnam habebo.

Vers. 58. λόγων στόλος dictum est pro λόγοι σταλέντες, atque adeo pro λόγοι, ita vt λόγ. στόλος οὐκ ἀκατηλὸς sit *doctrina vera.*

Vers. 59. ἥλικα γεῖναν intelligo *aequalia aetate, aeque aeterna*, ita vt nihil omnino in rerum natura, quod ad elementa attinet, e quibus quodque compositum est, altero putari prius possit et antiquius. Totus enim versus pertinet ad elementa et principia. Cf. quae §. 9. p. 176. sqq. ex *Aristotele* aliisque excripsi ad interpretanda verba ταῦτα γ. ἴ. τ. π. quae *Philoponus* etiam attulit ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, fol. 57. b.

Vers. 60. nomen τιμὴ, vt interdum γέρας, intelligendum putabam de *officio* s. *negotio gerendo*. Habet igitur aliud elementum et principium aliud negotium, ita vt ignis luceat, calefaciat, siccet, etc. Amicitia omnia in vnum s. in chaos reuoluat, et sic porro. Eodem pertinere puto sequentia: πάρα (i. e. πάρεστι, vt v. 120.) δ' ἦθος ἑκάστῳ, *quodque sequitur suum ingenium, suos mores.*

Vers. 61. affertur a *Simplicio* iterum ad *Aristot.* phys. 1, fol. 8. a. et rursus 8, fol. 273. a. sed vtroque loco legitur πύκλοιο pro χρόνοιο, vt in illa ipsa pagina, e qua me versus 34 — 67. petiisse dixi, extrema. Quia tamen in aliis quoque locis, v. c. vers. 152. Empedocles dixisse reperitur τελειομένοιο χρόνοιο, non πύκλοιο, seruandum putaui χρόνοιο. Atque sic habet *Simplicius* ad *Aristot.* phys. 8, fol. 272. b. vbi hunc ipsum versum laudat rursus. Vtro autem modo legas, sensus est idem. Nam cum περικλομένων idem sit quod περικολουμένων ἤγουν περιερχομένων, interprete *Hesychio*: facile patet, hoc verbum dici posse de quacunque re, quae in orbem versatur, et eo, vnde egressa erat, tempore suo reuertitur, atque adeo de tempore. Sic *Orpheus* ap. *Macrob.* Saturnn. 1, 18. eodem modo dixit ἀμειβομένοιο χρόνοιο. *Hesiod.* ἔργ. 336. περικλομένου ἐνιαυτοῦ. vbi *Moschopulus* p. 90. ed. *Dan. Heins.* κυκλοφορουμένου τοῦ ἐνιαυτοῦ. Scholiastes Loesnerianus: ἐνιαυτοῦ] χρόνου. *Oppian.* cyneget. 2, 74. περικλομένων ἐνιαυτῶν. et vers. 206. περικλομένῃσι σελήναις. Formula ἐν μέρει haud dubie significat *vicissim, alternis*, et κρατεῖν est *imperium tenere*. Cf. ad v. 93. sq.

Vers. 62. πρὸς ποῖς significat *praeter haec*. Deinceps scribere ausus sum ἄρα οὔτέ τι γίνεται, vt metro aeque ac sententiae aliquantulum consuleretur. Nam in *Simplicio* editum est: οὔτ' ἄρ ἐπιγίνεται, quae lectio et metri leges violat, et subiecto caret, ad quod pertineant verba ἐπιγίνεται et ἀπολήγει. Facile autem ex οὔτέ τι fieri potuit οὔτ' ἐπὶ, et facile potuit hoc ἐπὶ, quod ad verbum γίνεται

pertinere putaretur, huic verbo addi, atque adeo ἄρα post οὔτε ponendum existimari. Si quis tamen legere maluerit κ. κ. τ. ἄρα οὔτ' ἐκγίνεται, ne cum eo quidem pugnabo, modo largiatur, omissum esse οὐδὲν vel τι.

Vers. 63. διαμπερὲς est *prorsus, omnino*, vt, vers. 39. 44. 103. 252.

Vers. 64. sq. τοῦτο — ἀπόλοιτο ita reddenda puto: *Quid vero et vnde aduectum s. adueniens adaugeat hoc vniuersum, quo s. quomodo item pereat?* Dedi enim locum prorsus ita, vt apud *Simplicium* editus est, quia tamen non incommode potest explicari. Sed in *Aristotelis* libello de Xenophane, Zenone et Gorgia c. 2. leguntur haec: εἰ καὶ ὅτι μάλιστα μήτε τὸ μὴ ὂν ἐνδέχεται γενέσθαι, μήτε ἀπολέσθαι τὸ μὴ ὄν, ὅμως τί κωλύει τὰ μὲν γενόμενα αὐτῶν εἶναι, τὰ δ' ἀΐδια, ὡς καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει; ἅπαντα γὰρ παρεῖνος ταὐτὰ ὁμολογήσας, ὅτι ἔκ τε μὴ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι, τό τε ὂν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄῤῥηκτον. ἀεὶ γὰρ ἡήσεσθαι ὀκη καὶ τὶς αἰέν. ἐρεῖ δέ. (Quae iam sequuntur, ὅμως τῶν ὄντων — ἐκ τούτων, dedi §. 9. ad n. 57. p. 152.) οὐδεμία γὰρ ἑτέρα, ὡς οἴεται, γένεσίς ἐστιν τοῖς οὖσιν,

ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων

ἐστί· φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν.

τὴν δὲ γένεσιν προσιοῦσαν τοῖς ἀϊδίοις, καὶ τῷ ὅτι γίνεσθαι λέγει ἐπὶ τοῦτό γε ἀδύνατον. ὥστε τὸ πῶς γ' ἂν φήσει καὶ ἔκαρξις ἴστο παντί τε καὶ πόθεν ἐλθόν. Tum sequuntur, quae posui §. 9. ad n. 104. p. 172. Corruptum hunc locum, praeter *Gust. Ge. Füllebornium* in editione libelli istius Aristotelici, Hal. 1789. 8. et in Beyträgen zur Gesch. der Philosophie, Züllichau. et Freistadt. 1791. 8. P. I. nr. III. tractauerant *Ge. Ludou. Spaldingius* in commentario in primam partem libelli de Xenoph. Zen. et Gorgia, Berol. 1793. 8. p. 40 — 45. et *Chr. Dan. Beckius* in programmate, quo continetur varietas lectionis libellorum Aristotelicorum e Codice Lipsiensi diligenter enotata, Lips. 1793. 4. p. 11.

Nam varietas lectionis ex eodem codice in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. II. p. 140. (Vol. III. p. 249. ed. *Harles.*) excerpta minus accurate fuerat. Meum iam est, vt quam potest paucissimis de variis codicis lectionibus aeque ac de virorum doctissimorum emendationibus exponam. *Spaldingius* recte legi iubet μήτε ἀπολέσθαι τὸ ὄν, et cum Codice, ἅπαντα γὰρ παῖ. ταῦτα. Pro ἔκ τε μὴ ὄντος Codex exhibet, id quod iam *Sylburgius* coniecerat, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, item ἄπρηκτον pro ἄῤῥηκτον, quod *Ruhnkenius* epist. crit. 2. p. 194. mutandum esse dixerat in ἄπραστον, non recordatus, Ionice scripsisse Empedoclem. Porro Codex habet: ὅπη κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ. ὅμως etc. Infinitiuum θήσεσθαι *Beckius* bene monuit pendere a verbo λέγει. Male Codex habet μίξις τε καὶ διάλλαξις, quo fit vt versus non sibi constet. Paulo post in Codice est: τὴν δὲ γένεσιν εἰ πρὸς οὐσίαν τοῖς ἰδίοις καὶ τῷ ὄντι γίγνεσθαι λέγει· ἐπεὶ τοῦτό γε ἀδύνατον ᾤετο. πῶς γὰρ φήσει καὶ ἐπανέῃσείτο παντὶ καὶ πόθεν ἐλθών. *Coray* in literis humanissime ad me datis corrigi locum sic iubet: οὐδεμία γὰρ ἑτέρα, ὡς οἴεται, γένεσίς ἐστι τοῖς οὖσιν,

ἀλλὰ μόνον — ἀνθρώποισιν.

μηδὲ γένεσιν προσοῦσαν τοῖς ἰδίοις, καὶ ταῦτ' οὔτε γίνεσθαι λέγει, ἐπεὶ τοῦτό γε ἀδύνατον ὅλως ἐστί. πῶς γὰρ ἂν φύσειε καὶ (vel φύσειεν ἢ) ἐπανέῃσειέ τι τὸ πᾶν

τί τε καὶ πόθεν ἐλθόν;

Quae vltima verba sic reddit: *quo enim modo aliquid generare aut adaugere vniuersum potest? quidnam illud et vndenam accedens?* Deinde addit haec: „Ratiocinatio Empedoclis „nititur principio contradictionis, vt aiunt Logici, et hac „argumentandi procedit ratione: Vniuersi notio necessario „excludit omnem aliam cuiuscunque rei praesentiam: ast „si aliquid generare aut adaugere Vniuersum potest, quum „illud aliquid extra Vniuersum existere debeat, Vniuersum „tunc non esset Vniuersum; quod inuoluit contradictionem." De qua interpretatione egregie consentit *Spaldin-*

gius, qui, postquam locum ita fere, vt ego supra, Latine vertit, sic pergit: „Semel informato apud animum nostrum „vniuerso, quomodo fieri potest, vt vniuersum illud in„crementa capiat, aut vnde tandem quicquam ei accedet?“ Sed versum illum restituendum ita putat:

πῶς γεν ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν τί τε καὶ πόθεν ἐλθόν;

quanquam nec spreuerit πῶς γὰρ ἐκ. *Beckius* malit πῶς γ' ἂν ἐκ. Cf. ad vers. 183. Quod autem Empedocles dixit ἐπαυξάνειν τὸ πᾶν, id *Spaldingius* ab *Aristotele* dictum censet ἡ γένεσις πρόσεισι τοῖς ἰδίοις, et praecedentia ita constituit: τὴν δὲ γένεσιν οὐ (vt iam *Fülleborn* correxerat pro εἰ) προσιοῦσαν (*Beckio* placet πρὸς οὐσίαν) τοῖς ἰδίοις καὶ τῷ ὄντι γίγνεσθαί τι λέγει. ἐπεὶ τοῦτό γε ἀδύνατον ᾤετο. πῶς γὰρ ἄν, φησὶ, καὶ ἐπαυξ. — ἐλθόν; Vt autem ad priora reuertamur, *Spaldingius* ea sic refingit: ἅπαντα γὰρ παρῃνεῖνος ταῦτα (quae antea commemorata sunt) ὁμολογήσας, ὅτι — ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον. ἀεὶ γὰρ, φησὶν, ἔσεσθαι ὅπῃ πέ τις αἰὲν ἐρείδῃ. *Beckius* vero, vt iam dixi, seruat θήσεσθαι, et totum locum hoc modo exponit: „Fieri non potest, vt aut ex nihilo aliquid existat, „aut, cum existit, in nihilum abeat; quocunque enim quis „trudat, semper illud constituturum esse (effecturum vt „consistat).“ Denique idem, vt *Spaldingius*, negat hic integros versus Empedocleos esse quaerendos, sed particulas tantum ab *Aristotele* orationi suae insertas censendas, nempe has:

ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι
(*Spaldingius*: ἐκ μὴ ὄντος ἀμήχ. ἐ. γ.)
ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον
ὅπῃ πέ τις αἰὲν ἐρείδῃ.

Iam non ego quidem praefracte hoc negauerim, sed periculum tamen feci, integros restituendi. v. infra vers. 124 — 126. Illum vero versum, cuius causa haec omnia scripta sunt, non ego quidem immutandum existimem, sed ita legendum, vt supra e *Simplicio* exhibui. Denique de resti-

tuendis *Aristotelis* verbis non mihi hic laborandum intelligo, et, siue quis *Beckii*, siue *Corasi*, siue *Spaldingii* rationem sequi voluerit, suaque deque habebo.

Vers. 65. verba ἐπεὶ — ἔρημον, *nam nullum horum desertum s. solitarium est*, videntur eo referenda esse, quod Empedocles statuit, nullum elementum solum efficere aliquam rem posse, sed res oriri plurium elementorum coniunctione.

Vers. 66. ἀλλ' — ταῦτα intelligo: *Sed haec sunt ipsa s. per se*, h. e. elementa non aliunde orta sunt aut composita, sed aeterna. Recurrit hic versus inferius paululum mutatus, v. 80. et 95. Verba δι' ἀλλήλων θέοντα vix aliud quid significant quam ἀλλήλοις μισγόμενα.

Vers. 67. διηνεκὲς est i. q. διηνεκῶς, h. e. ἀεὶ, διὰ παντὸς, πάντοτε, διόλου, interprete *Hesychio*.

Versus 68 — 81. affert *Simplicius* eo ipso loco ad *Aristot.* phys. 1, fol. 34. a. haec praefatus: πλείονα δὲ ἄλλα εἰπὼν (nempe post vers. 67.), ἱκάνει ἑκάστου τῶν εἰρημένων τὸν χαρακτῆρα, τὸ μὲν πῦρ ἥλιον καλῶν, τὸν δὲ ἀέρα αὐγὴν καὶ οὐρανὸν, τὸ δὲ ὕδωρ ὄμβρον καὶ θάλασσαν.

Vers. 68. nomen ὀάρων interpretandum puto nomine λόγων. *Plato* in Minoe T. II. opp. p. 319. E. οἱ γὰρ ὄαροι, λόγοι εἰσί. *Hesych:* ὄαροι· μῦθοι, λόγοι. Praepositio ἐπὶ per tmesin seiuncta est a verbo suo δέρκευ.

Vers. 69. εἰ verterim *num*. Deinde pro λιπόξυλον rescripsi λιπόζυγον. *Hesych.* et *Phauorin:* λιποζύγων· μοναζόντων. Sensus igitur duorum horum versuum fuerit: *Eorum quae prius dicta sunt, num etiam in prioribus aliquid solitarii quoad formam fuerit*, h. e. ex vno elemento compositum sit, *testem contemplare solem* etc.

Vers. 70 — 79. laudantur ab eodem *Simplicio* etiam ad *Aristot.* phys. 1, fol. 7. b. praemissis his verbis: ἐν ἑπομένοις τοῖς ἔπεσιν, ἐν οἷς καὶ τὰ γνωρίσματα ἑκάστου τῶν τεσσάρων στοιχείων καὶ τοῦ Νείκους καὶ τῆς Φιλίας

παραδίδωσι σαφῶς, τὴν ἀμφοῖν ἐν πᾶσι μίξιν τοῦ τε νείκους καὶ τῆς φιλίας ἐξέφηνεν.

Vers. 70. affertur etiam a *Galeno* περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως lib. 2. init. vbi tamen male legitur ἠέλιον μ. θερμὸν ὁρ. καὶ λαμπρὸν ἀπ. prorsus vt in illo *Simplicii* loco, e quo totam ῥῆσιν (v. 68 — 81.) desumsi. In altero eiusdem loco est ἠέλ. μ. θερμὸν ὁρ. π. θερμὸν ἀπ. Eundem versum et vers. 72. afferunt etiam *Plutarchus* de primo frigido c. 13. T. II. opp. p. 949. F. et *Aristoteles* de generat. et corrupt. 1, 1. Et *Plut.* quidem recepi λαμπρὸν ὁρ. π. θερμὸν ἀπ. vt etiam *Steph.* edidit in poes. philos. p. 26. Apud *Aristot.* autem legitur λευκὸν ὁρ. π. θερμὸν ἀπ. Atque eodem modo habet etiam *Philoponus* ad *Aristot.* l. l. fol. 4. b. Et *Aristoteles* paulo post lectionem illam confirmat his verbis: ἐξ ἑνός τινος, δηλονάτι διαφοραῖς τισι χωριζομένων καὶ πάθεσι, ἐγένετο τὸ μὲν ὕδωρ, τὸ δὲ πῦρ· καθάπερ λέγει τὸν μὲν ἥλιον λευκὸν καὶ θερμόν· τὴν δὲ γῆν, βαρὺ καὶ σκληρόν. Etiam *Philoponus* istis: οὐ πάντες οἱ πλείους ἀρχὰς ὑποθέμενοι ἀναιροῦσι τὴν ἀλλοίωσιν, ἀλλ' ὁ Ἐμπεδοκλῆς, — ἀποδιδοὺς τῷ πυρίῳ σώματι καὶ τῷ ἡλίῳ (πύρια γὰρ τὰ οὐράνια ᾤετο) τὴν λευκότητα καὶ τὴν θερμότητα, τῷ δὲ ὕδατι τὴν μελανότητα καὶ τὴν ψυχρότητα. Sane si quis illud λαμπρὸν dixerit glossema esse nominis λευκὸν, non me refragantem habebit.

Vers. 71. videtur sic explicandus: *et quaecunque immortalia indigent albo splendore, atque etiam illo rigantur.* Quaenam vero sint illa ἄμβροτα, num forte regiones coelestes, tanquam daemonum deorumque sedes, ita nominari potuerint, et quomodo αὐγὴ cum *Simplicio* possit de aëre intelligi, et quatenus coelum potuerit indigere ista αὐγῇ dici, non satis liquet. Quodsi per αὐγὴν aërem intelligamus: quae sane interpretatio vera videtur, quia vers. 204. aër vocatur αἰθὴρ παμφανόων, et vers. 381. nomina αἰθὴρ et αὐγὴ coniunguntur: patet saltem ratio, cur aër potuerit

cogitari irrigans. Forsitan αὐγὴ primo significauit aërem serenum atque adeo candidum splendidumque, deinde vero etiam turbidum et pluuiae genitorem, quoniam talis quoque aër non raro albus apparet. Coelestes autem regiones possunt ἄμβροτα vocari, quia homini nulli patet ad eas aditus, et possunt aëre pluuio indigere sine eum expetere dici, ne nimio solis calore conflagrent. His meis coniecturis, vel si mauis somniis, si quid nosti certius, velim facias ne ego nesciam. In altero *Simplicii* loco legitur: ἄμβροτα δ' ὅσσ' ἔδεται, quae lectio conferri fortasse possit cum *Virgiliano* illo (Aen. 1, 546. et 3, 339.) „vescitur aura." Pro δεύεται forsitan rectius legatur δεύετο. Praeter *Simplicium* inueni neminem, qui hunc versum attulisset.

Versu 72. in altero *Simplicii* loco vitiose editum est δνοφέοντα, sed ap. *Plut.* l. l. recte ita, vt ego edidi. Apud *Aristot.* l. l. extat ζοφόεντα, quod et ipsum bene dici potest. Ὄμβρος est *aqua* elementum, (v. §. 9. ad n. 199. p. 210.) sed infra v. 260. *aqua* simpliciter.

Vers. 73, editum erat θέλυμνά τε καὶ στέροπά γε, et in altero *Simplicii* loco θέλύμνατα καὶ στερέωμα, e quo facile erat rescribere θέλυμνά τε καὶ στερέωμα. Sed scripsi θέλυμνά τε καὶ στερεά γε, quia προθέλυμνος ap. *Oppian.* cyneget. 1, 241. et saepe ap. *Homerum* legitur, nunquam προθέλιμνος, (Cf. vers. 139.) et quia putabam, duplicem pluralem aptius iungi, quam pluralem et singularem. Praeterea στερέωμα videtur librario deberi, cui id notum esset e versione Alexandrina Genes. 1, 6. et στερεὸς est vocabulum nihili. Syllabam autem breuem recte produci sequente particula γε, docet hic versus *Hesiodi* ἀσπ. 54. αὐτὰρ Ἰφικλῆά γε δορυσσόῳ Ἀμφιτρύωνι. Sensus videtur hic esse: *e terra enascuntur densa et solida.* Nisi quis ad θέλ. et στερ. supplere velit δένδρεα, vt significentur *arbores quae ramos densos s. inter se connexos habent, et validae*, quae tamen ratio mihi quidem non placebat.

Vers. 74. *Κότος*, *Ira*, est h. l. i. q. alias *Νεῖκος*, et quemadmodum *διάμορφα* sunt *deformia*, vel potius *omni forma carentia*, ita *ἄνδικα πέλεσθαι* dicuntur, quae separata sunt neque inuicem iuncta. Cf. ad vers. 224.

Vers. 75. *σὺν δ' ἔβη* per tmesin est pro *συνέβη δὲ*, et aeque ac sequens *κοθεῖται*, propter praecedentia neutra pluralia, accipiendum pluraliter: *coniunguntur*, *coëunt*.

Vers. 76. in altero *Simplicii* loco sic scribitur: *ἐκ τῶν γὰρ πάνθ' ὅσσ' ἦν, ὅσσα — ἔσται*. quae scriptura non displicet, modo ad *πάνθ'* suppleas *ἐγένετο* vel *ἐστί*. *Aristoteles* autem de mundo c. 6. habet haec: *τὰ πάθη, καὶ τὰ δι' ἀέρος ἅπαντα, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν ὕδατι, θεοῦ λέγοιτ' ἂν ὄντως ἔργα εἶναι, τοῦ τὸν κόσμον ἐπέχοντος· ἐξ οὗ κατὰ τὸν φυσικὸν Ἐμπεδοκλέα*

πάνθ' ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἐστὶν, ἰδ' ὅσσα τε ἔσται ὀπίσσω.

Et *Apuleius* de mundo p. 72. ed. *Elmenhorst*. „De Deo „Empedocles prudenter his verbis sensit:

„*πάνθ' — ὀπίσσω.*" vt in libro Aristotelico.

Sed mihi quidem, vt *Bruckero* hist. crit. philos. T. I. p. 1112. hic locus argumentum euidens est, libellum illum de mundo, qui fertur *Aristotelis* esse, non esse ab hoc philosopho profectum. Apparet enim ex orationis Empedocleae serie vniuersa, quam e *Simplicio* dedimus, non a Deo quodam vno et summo omnia oriri dici hoc quidem in loco, verum ex elementis, neque adeo *Aristotelem* ipsum puto tantopere in tribuendo Empedocli dogmate errare potuisse, praesertim appositis eius verbis. Quid? quod ipse *Aristoteles* metaphys. 2, 4. ita versum Empedoclis affert:

ἐξ ὧν πάνθ' ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔσθ', ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω.

Quam lectionem si quis veram et genuinam putauerit, non magnopere dissentiam. Nam sic quoque cohaeret hic versus egregie cum praecedentibus, et pulchrius decurrit quam ille, quem e *Simplicio* dedi. Omnino autem ipse Empedo-

elea, cum rem eandem diceret saepius, non iisdem semper verbis videtur vsus esse, v. infra vers. 162. Caeterum hunc versum et duo sequentes cum parte septuagesimi noni *Stephanus* quoque inseruit poesi philos. p. 18. et ita eum exhibuit, vt extat in loco vere Aristotelico.

Vers. 77. sq. in vtroque *Aristotelis* et in *Apulei* loco prorsus ita leguntur, vt edidi, nisi quod habent δένδρεά τ' ἐβλάστησε, quae lectio rursus placet.

Vers. 79. in *Aristotelis* loco e metaphysicis laudato — Nam in libro de mundo et in *Apuleio* omnino desideratur — scribitur κἄν τε θεοὶ δολιχ. pro quo *Ios. Scaliger* ad *Steph.* poes. philos. p. 216. „lego, inquit, κ' ἀντίθεοι, „h. e. ἥρωες. Nam, vt annotat Aristoteles, θεοὶ hic non „concludantur." At non dubito quin recte legatur καί τε θ. δ. Nam θεοὶ h. l. ex mea sententia sunt, qui alias δαίμονες vocantur, *animi humani*, quos Empedocles ex elementis orta esse censebat. v. §. 15. p. 443. sqq. Et v. 89. eodem modo legitur καί τε θεοὺς δολιχαίωνας. Caeterum nomen Graecum δολιχαίων, vt μακραίων vers. 5. respondet Latino *longaeuus*. *Seruius* ad *Virgil.* Aen. 6, 764. „longaeuo, „id est, deo. Aeuum enim proprie aeternitatis est, quae „non nisi in deos venit." Cf. ad 9, 255. et Lexicon Xenophont. Vol. I. p. 762. sq.

Vers. 80. malim ἐστιν ταῦτα pro ἔστι τ. vt vers. 66. vel ἔστι γε τ. vt v. 95. quanquam etiam ἔστι ferri potest. v. ad vers. 119.

Vers. 81. scripsi ἀλλοιωτὰ pro ἀλλοιωκὰ, et διάπτυξις pro διάκρυψις. Empedoclis enim sententiam putabam esse hanc: *Dum inter se miscentur elementa, eadem alterantur s. aliam ex alia formam aceipiunt, vel potius videntur accipere. Explicatio enim ea mutat s. mutationis eorum causa est*, ita vt v. c. per aliam elementorum mixtionem existant animalia, per aliam arbores, et sic porro. Recte autem me reposuisse διάπτυξις, docent etiam haec verba *Simplicii* ad *Aristot.* phys. [illegible] fol. 34. b. καὶ ἐκεῖνο μέντοι τὸ τὴν γένεσιν καὶ

τὴν φθορὰν μηδὲν ἄλλο εἶναι, ἀλλὰ μόνον μίξίν τε καὶ διάλλαξιν μιγέντων, καὶ σύνοδον διάπτυξίν τε γίνεσθαι ἐν μέρει αἴσης.

Vers. 82 — 92. petii ex eodem *Simplicii* commentario fol. 34. a. qui statim inter vers. 81. et 82. posuit haec: *καὶ παράδειγμα δὲ ἐναργὲς παρέθετο, τοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν γίνεσθαι τὰ διάφορα.* Nimirum voluit Empedocles docere, non pluribus opus esse quam quatuor elementis ad procreandas res quaslibet, et prout illa iungantur, diuersa corpora diuersasque figuras existere.

Vers. 83. *ἀνέρες — δεδαῶτες*, *a nomine artem* pingendi *recte docti.* Fateor tamen, mihi potius opus videri, vt memorati fuerint pictores docti, quam indocti, atque adeo legendum puto *ὑπὸ μήτιος*, *ingenio suo, animo suo solerti.* Quod prior nominis *τέχνης* syllaba corripitur, rarum quidem est, sed non tamen sine exemplo. In carmine, quod *Κάμινος ἢ περαμὶς* inscribitur, et inter *Homerica* edi solet, v. 10. legitur sic: *Ὧμόδαμόν θ', ὃς τῇδε τέχνῃ παπὰ πολλὰ κορίζει.*

Vers. 84. scripsi, *οἵ τ'* pro *οἵ τε*, quod versum turbat, et *μάρπτειν* explico *corripere, prehendere.* v. *Hesych.* et vers. 157.

Vers. 85. quin pro *ἁρμονίῃ* recte reposuerim *ἁρμονίῃ*, quod intellecta praepositione *σὺν* vertatur *apte, commode*, nemo facile dubitabit. Pro *μόξαν* autem vel legendum est *μόρξαν*, *tergunt*, vel potius *μάξαν*, a verbo *μάσσειν* deductum, quod significat *pinsere, subigere*, atque adeo *miscere. Phauorinus: μάσσει· φυρᾷ.* Infra v. 133. legitur adiectiuum *ἐπιμαπάς.* Pro *πλέω — ἔλασσω* pene malim *πλέον' — ἔλ. ex aliis plura, ex aliis pauciora*, vel *πλέον — ἔλασσον, alia plus, alia minus.* Cf. vers. 206.

Vers. 86. *πορσύνουσι* mutandum fuit in *πορσυνέουσι.*

Vers. 90. Pro *μή σ' ἀπατᾷ φρένα* rescripsi *μή σ' ἀπάτα φ. ne te decipe mente, noli vana opinione credere.* Coniunctionem *ὡς* post verba intelligendi etiam tum posi

posse, eum accusatiuus et infinitiuus adsunt, vt h. l. εἶναι — πηγήν, tralatitium est. v. *Fischer.* ad *Plat.* Phaed. 8, 7. et 58, 11.

Vers. 91. ὅσσα — ἄσπετα, *quaecunque apparent permulta* s. *magno numero.* De vocabulo θνητῶν v. ad vers. 37. Sed πηγὴ est *origo.*

Vers. 92. τορῶς significat *manifesto. Schol. Aristoph.* Pac. 380. interpretatur verbis τραυῶς, σαφῶς, ἀκριβῶς. Cf. *Phauorin.* Verba ταῦτ' — πάρα intelligo: *scito haec a Deo profecta esse,* et μῦθον expono *doctrinam.* Docere igitur voluit Empedocles, res quae in mundo sunt omnes oriri quidem per coniunctionem elementorum, sed non nisi auspiciis Dei.

Versus 93 — 104. e *Simplic.* ad *Aristot.* phys. 1, fol. 8. a. huc transscripsi, quoniam ille statim post vers. 79. posuit haec verba: καὶ ὀλίγον δὲ προελθὼν αὖθις φησίν. Nemo autem, opinor, eo mouebitur, quod plures versus, partim paululum mutati, rursus recurrunt, quos iam antea adesse vidimus. Hunc enim esse Empedoclis morem, iam saepius monitum est.

Vers. 95. sq. repetuntur a *Simplicio* ad *Aristot.* phys. 1, fol. 34. a. fere extr. Cf. ad vers. 61. Pro φθίνει *Cudworthus* in systemate intellect. huius vniuersi p. 19. ed. *Moshem.* legit φθάνει, et *Moshemius* negat se reperire potuisse, vnde istum versum *Cudworthus* petierit. Sed siue φθίνει legeris, siue φθάνει, accipienda verba erunt de elementorum ἀλλοιώσει et mutuo transitu. Cf. v. 66. 80. et 95. vbi dicuntur δι' ἀλλήλων θέοντα, et quae dixi ad v. 81. Placet tamen φθίνει. Quid vero significent verba αὔξεται ἐν μέρει αἴσης, non facile videtur dictu. Equidem versum vtrumque ita exposuerim: *Alternis tenent imperium, cum tempus cuique destinatum reuertitur* s. *ordine ad quodque redeunte, et deficiunt* s. *transeunt* s. *miscentur inter se, crescuntque* s. *augenturque, pro ratione fati* s. *vt fatum postulat,* ita vt

verba περιπλομένοιο πύπλοιο et ἐν μέρει αἴσης fere idem declarent.

Vers. 96. scripsi γίνονθ' pro γίνονται, vt versus sibi constaret, θηρῶν autem pro κηρῶν, vt sensus. Nam θῆρας pro ζώοις dici a poetis, vt apud *Lucretium* feras et saecla ferarum pro animantibus, et ἔθνεα recte de bestiis quoque dici, non est quod multis demonstretur. *Eustath.* ad Odyss. κ, p. 1653, 17. θηρία δὲ κοινῶς πάντα τὰ ἄλογα. Sed optime legas θνητῶν. v. vers. 140. 149. Cf. tamen *Herodot.* 2, 68. vbi θνητὰ et θηρία pene idem valent. Nominis autem ἔθνεα, de bestiis vsurpati, multa sunt apud poetas exempla, vt ap. *Oppian.* cyneg. 1, 166. ἔθνεα μυρία πώλων. vers. 392. ἔθνεα κυνῶν. etc. Neque nostro loco similis est ille *Oppiani* cyneg. 2, 288. vbi Cel. *Schneiderus* κηρῶν edidit pro θηρῶν.

Vers. 97. sq. vid. ad vers. 40. Legebatur hic συνερχόμενα.

Vers. 99. primo pro ἄν malim αὖ, quia κεν et ἄν non differunt. Sequentia autem ita refinxerim: συμφὴν τόδε πᾶν. Si quis tamen συμφύντα voluerit seruare, explicare τὸ πᾶν debebit *omnino*. Formulam ὑπένερθε γενέσθαι significare puto *infra subsidere*, sed quomodo istud intelligendum sit, non ego dixerim. Cogitabam aliquando, si legeretur συμφὴν τόδε πᾶν, verba τόδε πᾶν iungenda esse cum aduerbio ὑπένερθε, et intelligi posse hanc vniuersam terram, quae opponeretur coelo, vt ap. *Oppian.* cyneg. 2, 415. sq. οὐρανὸς ὕπερθε, γαίης ὅσσα τ' ἔνερθε. Aliquando putabam, fortassis ὑπέν. γενέσθαι dici posse res mundanas omnes, quando in vnum s. in chaos reuerterentur. Verum, vt dixi, nihil affirmauerim, quamquam prior illa ratio praeplacet.

Vers. 100 — 104. paulo aliter ap. *Simplicium* leguntur, quam ego edidi. v. ad vers. 44. sq. De vi verbi μανθάνειν v. infra ad v. 147. De verbo διαφῦναι v. ad v. 34. De verbo ἀλλάσσειν ad v. 59. De vocabulo διαμπερὲς ad v. 63.

Vers. 105 — 108. a *Plutarcho* plac. philos. 1, 30. diserte dicuntur e libro primo petiti. Verba sunt: *Ἐμπεδοκλῆς φύσιν μὲν μηδὲν εἶναι, μίξιν δὲ τῶν στοιχείων καὶ διάστασιν. γράφει γὰρ οὕτως ἐν τῷ πρώτῳ φυσικῷ.* Vbi tamen pro *μηδὲν* legendum arbitror *μηδενὸς*, ob haec verba *Philoponi* ad *Aristot.* de generat. et interitu 1, fol. 4. a. *μαρτυρεῖ καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὸ κατὰ σύγκρισιν γενέσθαι τὴν γένεσιν, λέγων φύσιν μὲν ἰδίαν μηδενὸς εἶναι τῶν συνθέτων, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐν τῇ συγκρίσει τῶν συμμιγέντων τὴν οὐσίαν ἔχειν. ἡ γὰρ μίξις καὶ ἡ διάλλαξις αὐτῷ τὴν σύγκρισιν* (adde: *καὶ τὴν διάκρισιν*) *σημαίνει.* Et paulo post: *σαφῶς δὲ καὶ Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκεν, συγκρίσει σὴν γένεσιν γίνεσθαι, φύσις οὐδενός ἐστιν, εἰκῶν.* E quibus, et ex alio eiusdem loco, §. 9. ad n. 155. p. 193. laudato, stabiliri etiam potest lectio *οὐδενὸς*, quam in Empedoclis versu pro *οὐδὲν* recepi, et quam deinde vidi a *Wyttenbachio* quoque ap. *Plut.* receptam fuisse. Laudantur hi versus etiam ab aliis. v. §. 15. ad n. 136 — 142. p. 473. vbi simul de praecipua lectionis varietate monui. Addo tantum hoc, versum 107. bis afferri a *Philopono* l. l. et semel a *Simplicio* ad *Aristot.* phys. 1, fol. 34. b. Ex aliis *Simplicii* locis perspicitur, *φύσιν* h. l. idem esse quod *γένεσιν*. Cf. §. 11. ad n. 16 — 36. p. 260 — 266. Eodem modo *θανάτοιο τελευτὴ*, quod dictum est pro *θάνατος*, significat *interitum*. Sic ap. *Homer.* Il. χ, 309. *θανάτοιο τέλος* est *mors*. Et *ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν* accipiendum pro *ὀνομάζ. ὑπ' ἀνθρώπων* s. *παρ' ἀνθρώποις*.

De vers. 109 — 121. v. §. 15. ad n. 153. sq. p. 478. Verba *οὐ γὰρ — μέριμναι* significant: *neque enim longa prospiciunt* s. *neque enim multum intelligentiae habent*, atque adeo interpretamenti loco fuerunt ab ipso Empedocle vocabulo *νήπιοι* in parenthesi addita.

Vers. 110. *οἳ* refertur ad praecedens *νήπιοι*, et *ἐλπίζουσιν* est i. q. *νομίζουσιν*. Sed *γίνεσθαι* est *oriri*, vt v. 114. et *πάρος μὴ ἐὸν*, *id quod antea non existebat* s. *erat*.

Vers. 111. possis etiam ita corrigere: ἢὲ καταθήσειν τι etc.

Versus 112 — 116. desumsi e *Plutarch.* adu. Colot. c. 11. T. II. opp. p. 1113. A. v. omnino supra §. 25. ad n. 143 — 148. p. 473 — 477. Iam si sequimur *Coraei* emendationem ibi propositam, κατὰ φωτῶν γένος est: *quod ad homines attinet, in hominum genere, apud s. inter homines.* Et sic de reliquis: κατὰ θηρῶν, κ. θάμνων, κ. οἰωνῶν γένος. Quemadmodum autem h. l. γένος refertur ad omnia omnino animalia, ita v. 96. dicuntur ἔθνεα θηρῶν, v. 149. ἔθνεα θνητῶν, v. 255. φῦλον καμασηνῶν.

Vers. 115. ἀκοπριθῶσι, vt v. 112. μισγέντ', pertinet ad elementa: *quando discernuntur a se inuicem et seiunguntur.* Nomen κόπτος autem est i. q. vers. 106. θανάτοιο τελευτή.

Vers. 116. ἔν γε νόμῳ καλέουσι *Reiskius* reposuit pro εἶναι καλέουσιν, et vertit: *appellant more vulgari, legis vim nacto.* *Wyttenbachius* rescribendum putauit Ἀλοιτὴν καλέουσι. Num idem *Reiskius* recte pro ὅμως δ' ἐπίφημι, καὶ αὐτὸς ὁ Κολώτης rescripserit νόμῳ δ' ἐπίφ. κ. αὐτός. Ταῦτα ὁ Κολ. haud equidem dixerim. Certe nihil melius potui excogitare. Non tamen praetereundum putaui, quod idem *Plutarchus* in praeceptis reip. gerendae c. 28. T. II. opp. p. 820. F. eadem formula iterum vtitur, vbi mentionem fecit Empedoclis: ὀνομάζω δὲ νῦν τιμὰς, ἃς οἱ πολλοὶ κατ' Ἐμπεδοκλέα ἢ θέμις καλοῦσιν· ὅμως ἐπίφημι καὶ αὐτός. Vbi mihi quidem videtur ille ipse versus latere:

ἔν γε νόμῳ καλέουσι· νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός.

ita vt verba κατ' Ἐμπ. non nisi ad hunc versum pertineant, quo *Plutarchus* ornatum conciliare orationi suae voluerit, et sensus sit: *nomine nunc honores, quos vulgo sic appellant, neque me improbante.* Sed *Reisk.* coniicit: ὀνομάζων δ. ν. τ. ἃ. οἱ π. οὐχ ἢ θέμ. καλοῦσιν, ὅμ. ἐ. κ. αὐτὸς, κατ' Ἐμπεδοκλέα. Et *Wyttenbach.* legi iubet:

ἢ θέμις οὐ καλέουσιν· ὅμως ἐπίφ. κ. αὐτός.

Versus 117. qui nulla eget explicatione, ab eodem *Plutarcho* quaestt. nat. c. 19. T. II. opp. p. 916. C. allatus itidem fuit ornatus causa, vt alii. De re v. §. 14. p. 349. sq.

Vers. 118 — 121. debentur *Plutarcho* adu. Colot. c. 12. T. II. opp. p. 1113. D. v. §. 15. ad n. 155. p. 478. sq. Rescripsi οὐκ ἂν μητίσαιτο, *non cogitauerit*, pro οὐκ ἂν μαντεύσαιτο, quod tamen explicare possis: *non diuinauerit* s. *non coniecerit*.

Vers. 119. sq. ὄφρα — τόφρα, *quamdiu* — *tamdiu*. Verba μὲν οὖν h. l. vel redundare puto, vt vers. sq. ἄρα, vel explico *modo*, *tantum*. Pro εἰσί et σφι non opus est vt reponatur εἰσιν et σφιν. Nam vulgaris scriptura vel per caesuram ferenda videatur, vel quoniam, vt e tribus breuibus syllabis vna potest produci (v. ad vers. 45.), ita syllaba breuis, inter duas longas posita, potest et ipsa longa esse. Sic ap. *Homer.* Odyss. χ, 374. penultima nominis ναυσεργίης producitur. Cf. ad vers. 80. Πάρα est pro πάρεστι, vt v. 60. et δεινὰ patet idem esse quod καπά. Verba πάρα et vtrumque εἰσὶ pendent a coniunctione ὡς, quae vers. 119. pro ὅτι posita est, et cum verbo praecedente cohaeret.

Vers. 121. πρὶν πάγεν, *ante ortum*, *priusquam oriantur*. Sic ὡς λύθεν, *postquam dissoluti fuerint*, *post mortem*. Nam πάγεν et λύθεν dictum est pro ἐπάγησαν et ἐλύθησαν. Totum igitur versum expono: *Ante ortum aeque ac post mortem nihil esse.*

Versus 122. et 123. suppeditauit *Simplicius* ad *Aristot.* phys. 8, fol. 272. b. vbi tamen legitur ἀνάγκη χ. θ. σφράγισμα π. Verum ἀνάγκης et ψήφισμα reperitur apud *Plutarchum* (v. §. 15. p. 448.), ψήφισμα etiam in hoc *Stobaei* loco eclog. ethic. p. 202. ed. Geneu. 1609. fol. ἀρέσκει καὶ (Πλάτωνι) τὸ τοιαύτην εἶναι τὴν εἱμαρμένην, ἐοικυῖαν ταῖς τῶν νόμων διαγορεύσεσιν, νόμον οὖσαν καὶ αὐτὴν, καὶ

θεῶν ψήφισμα παλαιὸν
ἀΐδιον, πλατάσι κατεσφραγισμένον ὅρκοις,

ὃς φησιν Ἐμπεδοκλῆς. Vbi in *Heerenii* editione p. 384. recte legitur πλαγέσσι. Quid sit ἀνάγκης ῥῆμα, exposui ad vers. 5.

Vers. 123. πλατέες ὅρκοι significant *iusiurandum firmum* s. *sanctum*, vt v. 153.

De versibus 124 — 126. dixi ad v. 64. sq. Nimirum v. 124. nihil de meo addidi, nisi τι. Vers. 125. leui mutatione pro τό τε ὄν scripsi καὶ τὸ ὄν, et v. 126. αἰεὶ γὰρ στήσονται pro ἀεὶ γ. θήσεσθαι, vt v. 403. sq. θήσεις et στήσεις inter se permutata sunt, et versum puto sic explicandum: *Semper enim stabunt* s. *erunt, quocunque quis eos semper protruserit*, h. e. nunquam prorsus interibunt aut ad nihilum redigentur, quocunque moueantur, s. quibuscunque misceantur. Neminem enim erraturum puto, qui dixerit, ὅπῃ πέ τις ἐρείδῃ idem esse quod ὅπῃ ἂν ἐρείδωνται. Verbo ἐρείδειν autem, quod proprie significat *fulcire* vel *figere*, vsus videtur Empedocles ideo, quoniam, ex mea quidem correctione, antea dixerat στήσονται, quod quin de perenni ac durabili existentia recte dicatur, nemo dubitare videtur posse. Cf. vers. 141. Et verbum illud ἐρείδειν vim *mouendi* s. *admouendi* habere, praeter alia docent haec verba *Apollonii Rhodii* 1, 1010. πρέατα μὲν ψαμάθοισι, πόδας δ' εἰς βένθος ἔρειδον.

Versus 127 — 135. rursus debentur *Simplicii* diligentiae ad *Aristot.* phys. 1, fol. 34. a. b. Et ἄρτια quidem ἑαυτῶν μέρεσσι intelligo *perfecta et absoluta suis numeris* s. *partibus*. Reposui autem πάντα ἑ. αὐτὰ pro αὐτὰ ἑ. π. quia haec lectio versum turbat, transpositio mea iuuat.

Vers. 128. ἠλέκτωρ alias est *sol*, vt ap. *Homer.* Il. ϑ, 513. et τ, 398. sed h. l. elementum *ignis* (v. §. 9. ad n. 199. p. 210.), vt deinceps οὐρανὸς significat *aërem*, et θάλασσα *aquam*. Similes loci sunt vers. 27. sq. 79. sqq.

Vers. 129. verba ἐν θνητοῖσιν omnino explicanda censeo *in rerum natura*, quae, quia fragilis est et caduca, recte appellari sic potest. Cf. ad vers. 37. sq. Sed ἀπροσδεής.

πέφυκεν verto *vagari solent*, h. e. *misceri*. Similem metaphoram vidimus vers. 66. 80. 95. De syllaba φιν nominatiuo ὅσσα adiecta v. ad vers. 153.

Vers. 130. Cum ἐπαρκὴς sit *sufficiens*, et accusatiuus πρᾶσιν pendeat ab omissa praepositione κατὰ, verba ὅσα — ἔασσιν exponenda arbitror sic: *quae magis* s. *praecipue misceri possunt, quae ad miscendum magis idonea sunt.*

Vers. 131. ad verbum ἔστερκται repeti potest μᾶλλον, et Ἀφροδίτη apud Empedoclem est eadem, quae alias Φιλότης, h. e. illud rerum principium, quod eas iungit et miscet. v. vers. 56. et §. 9. ad n. 199. p. 210. Scripsi autem h. l. Ἀφροδίτῃ pro Ἀφροδίτη, quod ipsum perperam extat in loco *Simplicii* ad *Aristot.* de coelo 2, fol. 129. a. vbi haec affert tanquam Empedoclea: ὅσα νῦν φαίνεται ἁρμοσθέντα Ἀφροδίτῃ.

Vers. 132. Ἔχθει dedi pro ἔχθρα, quoniam ablatiuo opus erat, quippe qui significat *per Inimicitiam*, et quoniam, etiamsi scripsissem ἔχθρᾳ, tamen versui non recte consultum videbatur. Pro ἐπ' ἀλλήλων necessario reponendum erat ἀπ' ἀλλήλ. Cf. *Xenoph.* hist. Graec. 4, 4, 9. Nam διέχειν est *distare, separatum esse.*

Versum 133. intelligo: *quod attinet ad originem et mixturam et formas per istam elementorum mixtionem effictas* s. *enatas.* Haec enim est vis adiectiui ἐκμακτός. v. ad v. 85.

Vers. 134. πάντη συγγίνεσθαι verto *ita vt vndique coëant.* Infinitiuus enim pendet ab omissa coniunctione ὥστε. Quae deinceps sequuntur: ἀήθεα — λυγρὰ, *inusitata et valde miserabilia*, videntur esse *monstra*, τέρατα.

Versu 135. nisi mecum legeris πᾶν γένος, certe legere debebis γέννη. Nam vulgatum γέννας stare nequit. Totum autem versum arbitror ita interpretandum esse: *quoniam ipsis per Discordiam ortis (tota) vis gignendi turget ac viget*, h. e. quoniam non possunt non oriri. Vocabulo νεικεογεννέστης similia sunt ἀειγενέτης, ἐκγενέτης, εὐγενέτης.

Versus 136 — 150. afferuntur a *Simplicio* ad *Aristot.* phys.

1, fol. 7. b. ita quidem, vt mancus sit versus 136. Quam lacunam si quis forte conari voluerit ex alio eiusdem loco ad *Aristot.* de coelo 2, fol. 128. b. explere, apponere non piguit verba illius loci omnia, quamuis per egregiam librariorum inscitiam socordiamue insigniter corrupta et metro soluta: *τίη δ' ἐγὼ — μῦθον.* (v. supra p. 534.) *ἐπεῖνο νείκεϊ μέν τε τελεώτατον ὑπείπει βάθος, δινέει δὲ μέση στοργὴ περιστροφῆς γενομένης. εἰς ταύτην ταῦθ' ἅπαντα σύνεισιν, ἓν μόνον εἶναι οὐχ ὁράα. ἀλλὰ στρέφουσα ἱστᾶσα ἄλλοθεν ἄλλα. τῶν δ' αὖ μιχθέντων, ἐπρεῖται μυρία ἔθνη βροτῶν. πολλὰ δ' ὁμοῦ συνέστη δεσμοῖσιν ἀμοιβαῖα. ὅσα δ' ἔτι τὸ νεῖκος ἔπυρσεν εἰς ἕτερον, οὐκ ἀμέμπτως πάντη διέστησεν πρὸς ἑσχατόωντα πείρατα πύκλου. ἀλλὰ τὰ μὲν ἔμεινε μελέων, τὰ δ' ᾤχοντο. ὅσον δ' ἔμεναι ὑπεξέδραμε, τόσον ἔμεναι ὑπῆλθεν, μειλίχιος στοργῆς ἀμέμπτου ἀθάνατος ὁρμά. νωθρὰ δ' ἔθνη πέφυκεν, ὅσα πρὶν δαῆναι ἄβροτα εἶναι ζῶά τε, πρὶν ἀδιάπριτα, διαποσμέουσιν ἀγυιάς.* Equidem supplenerim *αὐτὰρ*, et ante hunc locum posuerim eos versus, quos posui infra 154 — 156. Accusatiui *ἐνέρτατον βένθος* pendent a praepositione *πρὸς* vel simili, quales post verba veniendi omitti constat, et *δίνη*, *vortex*, vt *στροφάλιγξ*, quod idem significat (v. *Orpheus* ap. *Macrob.* Saturnn. 1, 23.), videtur de iis ipsis rebus, *quae vortice circumaguntur*, posse intelligi, h. e. de Vniuerso s. chao. v. §. 10. p. 245. sq. et §. 14. ad n. 111. p. 381. Finxit enim sibi Empedocles chaos tanquam altam voraginem, sed rotundam (v. vers. 24. et 143.), in qua omnia confusa inter se et coniuncta quasi fermentata circumagerentur, quamdiu Discordia ad extremum quasi marginem voraginis s. in infimo fundo versaretur, atque adeo minus potentia valeret quam Amicitia.

Vers. 137. male me habet coniunctiuus *γένηται*, quoniam *ἐπεί* paulo ante indicatiuum habuerat comitem.

Vers. 138. τῇ pertinet ad nomen Φιλότης. Quomodo verba ἓν μόνον εἶναι intelligenda sint, dixi ad v. 54.

Vers. 139. Cum ἄφαρ sit *statim*, non satis recte opponi puto θέλυμνα, siue hoc interpreteris *radicitus*, siue *prorsus*, siue *densa*, siue *frequenter*. Placet mihi tamen vt reddas *prorsus*, ita vt sensus huius versus sit: *non quidem statim, sed tamen prorsus coniunguntur aliud quidem aliunde*, h. e. *vndique*. Scripsi autem hic quoque θέλυμνα pro θέλιμνα, vt v. 73. et συνίσταται pro συνίσταμεν.

Vers. 140. v. ad vers. 96.

Vers. 141. verto: *Multa autem pura manent neque commiscentur cum iis, quae vicissim inter se miscentur.* Neque enim dubitandum puto, quin ἄμικτα cohaereat cum κεραστὰ μένοισιν.

Vers. 142. iungenda sunt verba ἔτι μεταρσιον, vt haec prodeat sententia: *quae Discordia, dum adhuc sublimis* s. *nondum in imo fundo est, quo minus misceantur impedit.* Aduerbium ἀμεμφέως, *inculpate*, hoc loco et vers. 146. verterim *omnino*, *prorsus*. *Hesych.* et *Phauorin*: ἀμέμφως· ἀμέμπτως, ἀφειδῶς. Atqui ἀφειδῶς verti nonnunquam recte potest *omnino*, v. c. in his *Plutarchi* de discrim. adul. et am. c. 36. ἀφειδῶς ἐνέδωκεν ἑαυτὸν ὑποσκελίζεσθαι.

Vers. 143. πᾶν pertinet ad Νεῖκος, et οὐ ad πω, ita vt verba οὐ γὰρ — κύκλου vertenda sint: *nunquam enim omnis* s. *tota omnino Discordia ad extremos chaos terminos recedit.* Nam κύκλος est i. q. σφαῖρος vers. 24. vel δίνη et στροφάλιγξ vers. 137. h. e. *chaos*. Conferri cum hoc loco vtiliter potest *Plutarch.* de Is. et Osir. 59. Transpositis autem verbis edidi πω πᾶν ἐπ' ἔσχ. ἐξέστ. τέρμ. κ. pro πω πᾶν ἐξέστ. ἐπ' ἔσχ. τέρμ. κ. qua lectione metri leges violari manifestum est.

Vers. 144. vulgo legitur μελέων, vt sensus sit: *Sed alia membra* s. *aliae membrorum partes manent, alia chaos excedunt.* Rescripsi vero μερέων, vt intelligantur partes τοῦ Νείκους. Cf. quae e *Simplicio* ad vers. 147. sq. attuli.

Vers. 145. ὅσσον interpretor ἐφ' ὅσον διάστημα, et verbum ὑπεπροθέει, quod reposui pro ὑπεπροσθέει, refero ad Νεῖκος, vt sensus sit: *quantum* s. *quo longius Discordia procedit* s. *praecedit* (np. chaus terminos versus), *tantum* s. *eo longius Amicitia sequitur* s. *subsequitur*. Caeterum pro ἐπήει rescribi possit ὑπήει. v. quae l. l. e *Simplicio* adscripsi.

Vers. 146. ἐπίφρων, *prudens*, vocatur Amicitia, quia quasi victrix Discordiam tanquam hostem cedentem et fugientem sine cunctatione, sed prouide tamen, insequitur. Dicitur autem id facere ἀμβρότῳ ὁρμῇ, *immortali impetu*, h. e. *ab aeterno*. Neque quenquam puto fore, qui me reprehendat, quod ita rescripsi pro ἄμβροτος ὁρμὴ, cum satis constet, etiam vocalem natura longam, qualis est Ω, corripi posse vocali sequente. Possis tamen e verbis illis corruptis *Simplicii*, quae supra ab initio huius ῥήσεως attuli, etiam hanc lectionem exsculpere:

ἡ 'πίφρων Φιλότητος ἀμεμφέος (s. ἀμέμφου) ἄμβροτος ὁρμή.

Nam ἐπίφρων Φιλότητος ὁρμὴ recte dici potest pro Φιλότης ἐπιφρόνως ὁρμωμένη.

Vers. 147. sq. ita afferuntur ab *Aristotele* poet. 25. τὰ πρὸς τὴν λέξιν ὁρῶντα (ἁμαρτήματα) δεῖ διαλύειν — διαιρέσει· οἷον Ἐμπεδοκλῆς·

αἶψα — εἶναι,
ζωρά τε πρὶν κέκριτο.

Heinsius ibi legendum putabat ζ. τ. τὰ πρὶν ἄκρητα, *Battesius* ζ. τε πρὶν κέκρατο. *Eustathius* ad *Homer.* Il. ι, p. 746, 57. ita laudat:

αἶψα δὲ θνητὰ φύοντο, τὰ πρὶν μ. ἀ. εἶναι,
ζωρά τε τὰ πρὶν ἄκρητα,

et addit interpretandi gratia: ζωρὸν εἶναι δηλοῖ τὸ κεκραμένον. Alterum alterius versus hemistichium neque *Aristoteles* habet, neque *Eustathius*. *Theophrastus* apud *Athenaeum*

10, p. 423. sq. ἑωρότερον apud *Homerum* dicit esse τὸ πεπραμένον, παρατιθέμενος Ἐμπεδοκλέους τάδε·

αἶψα δὲ θνητὰ φύοντο τ. π. μ. ἀ. εἶναι,
ἑωρά τε τὰ πρὶν ἄπρητα, διαλλάττοντα πελεύθους.

Vtrumque versum ex *Athenaeo* habet etiam *Stephanus* in poesi philos. p. 24. Equidem versum 147. omnino ita, vt apud *Simplicium* inueni, edidi, seruaui etiam θνήτ' ἐφύοντο, quia tamen etiam apud *Aristotelem* ita legi vidimus, quanquam non diffiteor, magis mihi placere θνητὰ φύοντο, quia et magis Ionica putatur haec lectio, et editio *Aristotelis* Basileensis prima habet θνητὰ ἐφύοντο. Sed versu 148. necessario recipiendum fuit ἄπρητα pro ἄπριτα, quod extat apud *Simplicium*, apud quem etiam ἑωρὰ δὲ, quod per se non incommodum iudicabam, reperitur pro ἑωρά τε, quod praetuli propter plures auctores. Nam etiam *Plutarchus* sympos. 5, 4. ita legisse videtur, Σωσικλῆς, inquiens, ὁ ποιητὴς, τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἐπιμνησθεὶς εἰρηκότος ἐν τῇ καθόλου μεταβολῇ, γίνεσθαι

ἑωρά τε τὰ πρὶν ἄπρητα,

μᾶλλον ἔφη τὸ εὔκρατον ἢ τὸ ἄκρατον ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἑωρὸν λέγεσθαι. Saltem meliores codices in hac lectione consentiunt. Non vero ob locum *Athenaei* διαλλάξαντα mutaui in διαλλάττοντα, pro quo tamen Cel. *Schweighäuserus* e MSS. dedit διαλλάσσοντα, quia aoristus aptior videbatur imperfecto ἐφύοντο. Iam quod ad interpretationem attinet, haud dubie cum *Theophrasto*, *Plutarcho* et *Eustathio* ἑωρὰ explicanda sunt per πεπραμένα (Add. *Suid.* in v. ἑωρὸν), et μάθον est tertia persona pluralis. Sed quidni audiamus *Casaubonum* ad *Athenaeum* p. 718, 32. „Graecanica elegantia „est, quam non cepere interpretes: quibus τὸ μάθον prima „persona est singularis: cum re vera tertia sit pluralis. „sed μάθον positum pro εἰώθεισαν aut ἐπεφύκεισαν. Et „*statim facta sunt mortalia, quae erant natura sua immortalia.* „μάθον εἶναι, *didicerant esse* pro *erant* vel *solebant esse.* „Aeschylus (Agam. 971.) ἔχειν, πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίστα-

„ται δόμος, id est, οὐ πένεται, *nunquam eget.* Plautus „(-) *Non didici hariolari gratis.* Idem (Am- „phitr. 2, 2, 55.) *Cur negas? quia vera didici dicere.* Alibi „(Curcul. 4, 3, 2. vbi cf. *Taubmann.*) *excidionem facere con- „didici oppidis.*" Alia huius generis exempla habet *Pareus* in Lexico critico p. 367. Add. *Homer.* Il. 2, 444. sq. μάθον ἔμμεναι ἐσθλὸς αἰεί. et *Plaut.* Trucul. 1, 2, 78. *non didici fabulare.* Verba διαλλάξαντα πελεύθους explico *mutato cursu motus* s. *mutato cursu*, et aduerbium πρὶν, *olim, antea*, pertinet ad statum illum, qui tum fuit, cum Discordia regnaret s. praeualeret, h. e. antequam omnia per Amicitiam coniungerentur ac miscerentur. Intelligenda enim h. l. est illa elementorum per Amicitiam commixtio, qua res oriuntur, non illa, qua in chaos reuoluuntur. Quoniam igitur rerum partes et animalium membra, atque adeo res et animalia ipsa, per istam commixtionem oriri putabat Empedocles, ideo dixit, mortalia iam fieri elementa, quae per naturam suam essent immortalia. Nam futurum est, vt aliquando ea dissoluta in chaos redeant, atque adeo vulgo dicantur interire. (v. vers. 105 — 116.) Commode hic apponi puto verba *Simplicii* ad *Aristot.* de coelo 3, fol. 144. b. δι' ἣν (np. φιλίαν) πάντα ἓν γίνεσθαι ὁ Ἐμπεδοκλῆς φησιν.

ἓν ἥ ταῦτα πάντα προσήκει ἓν μόνον εἶναι.

(Est versus 138.) ἴσως οὖν οὐκ ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῆς φιλίας ταῦτά φησι γίνεσθαι ὁ Ἐμπεδοκλῆς, — ἀλλὰ τότε, ὅτε οὔπω τὸ νεῖκος ἅπαν ὑπεχώρησεν πρὸς τὰ ἔσχατα τελευταῖα τοῦ κύκλου,

ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν μερῶν ἐνέμεινεν, τὰ δ' ἐξῆλθεν.
ὅσον γὰρ ἀεὶ τελειοῦται τὸ νεῖκος, τοσοῦτον ἀεὶ ὑπει-
σει (sic)
ἐπιεικῶς ἡ σοφὴ φιλία, χωρὶς μέμψεως ὁρμή.

(v. vers. 143 — 146. et quae ibi notaui.) — ἤτοι ὅτε, φησὶν, κατὰ τὸ μεῖζον ἐμίγνυτο δαίμονι δαίμων,

ὅθ' ὑπὲρ τὸ νεῖκος ὑπερισχύει ἤδη ἡ φιλία,
ἐνταῦθα συνέπεσον, ἔνθα συνέμιξαν ἕκαστα,
ἄλλα τε ἓν τούτοις πολλὰ συνεχῆ γεγένηται.

ὑπὸ τῆς φιλίας οὖν ἐκεῖνα ἔφη ὁ Ἐμπεδοκλῆς, οὐχ ὡς ἐκπρατούσης ἤδη τῆς φιλίας, ἀλλ' ὡς μελλούσης ἐκπρατεῖν, οὔπω δὲ τὰ μεμιγμένα καὶ μοναδικὰ ἐμφαινούσης.

Vers. 149. sq. ἔθνεα μυρία θνητῶν, πάντ. ἰδ. ἀρηρότα, *permulta et multiformia mortalia*, h. e. *res.* v. ad vers. 37. Verba θαῦμα ἰδέσθαι puto dicta esse sic, vt Latine dicitur *mirum visu.*

Versus 151 — 153. exhibent *Aristoteles* metaphys. 2, 4. et *Simplicius* ad *Aristot.* phys. 8, fol. 272. b. Habet etiam *Stephanus* in poesi philos. p. 19.

Versu 151. pro ἀλλ' ὅτε δὴ *Simpl.* bene legit αὐτὰρ ἐπεὶ, sed male ἐρέφθη pro ἐθρέφθη, quod intelligo *creuit, plus roboris accepit.* Cf. vers. 94. *Hesychius* habet quidem hanc quoque glossam: θρέψαι· πῆξαι. Cum igitur πηγνύναι sit etiam *figere, infigere*, putare quis possit, ἐθρέφθη h. l. significare *infixum est, iunctum est.* Sed haud dubie *Hesychius* respexit ad locum, qualis est *Homer.* Odyss. ι, 246. ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος. Vbi Scholiastes participium istud interpretatur πήξας, vt *Suidas* in v. θρέττε, qui etiam locum Homericum habet, et *Eustathius* p. 1627, 31. qui deinde addit haec: τριχῶς δέ φασι τὸ θρέψαι. δηλοῖ γὰρ, τὸ τροφὴν δοῦναι, καὶ τὸ αὐξῆσαι, καὶ τρίτον, τὸ πῆξαι. Itaque, vt dixi, ἐθρέφθη interpretor ηὐξήθη. Quamuis autem Grammatici duas adspiratas in dictionis simplicis syllabis duabus se subsequentibus concurrere vetent, imo alterutram ex illis mutari in suam tenuem iubeant: haud tamen dubitaui seruare ἐθρέφθη pro ἐτρέφθη. Nam *Eustathius* ad Il. ε, p. 519. φιλεῖ Ὅμηρος, inquit, στρεφθέντα λέγειν, οὐ μὴν στραφέντα: ὡς καὶ Εὐριπίδης (Hecub. 600.) θρεφθῆναι εἶπεν ἀντὶ τοῦ τρα-

φῆναι. προτιμῶνται γὰρ οἱ σοφοὶ τὴν κἀίριον τραχυφωνίαν, τῆς ἀναίρου λειότητος. Affert deinceps plura exempla, quae, vt totum *Eustathii* locum, *Phauorinus* lexico suo inseruit in v. στρεφθέντα. Sed etiam magis huc pertinent, quae idem in v. τρεφθῆναι habet ex *Eustath.* ad Odyss. o, p. 1775, 2. τὸ τρεφθῆναι προτιμηθὲν τοῦ τραπῆναι (*Eustath.* τοῦ ταρπῆναι καὶ τοῦ τραπ.) ἐπίτηδες, διὰ τὸν τραχυφωνίας ὄγκον. οὕτω δὲ καὶ τὸ στρεφθεὶς (Il. o, 645. etc.), καὶ βλαφθεὶς (Il. ι, 508. etc.), καὶ τὸ ἐδρύφθη (Odyss. ε, 426.), καὶ τὸ ἐβρέχθη, καὶ τὸ ἐθρέφθη, ἀγαπητὰ τοῖς κατὰ τὸν ποιητὴν, μᾶλλον ἤπερ τὰ σύστοιχα τούτοις λεῖα ῥήματα. Et apud *Euripid.* Hecub. 351. legitur ἐθρέφθην, supra vers. 38. θρυφθεῖσα, ap. *Aristot.* problem. 11, 6. θρυφθείη, ap. *Plat.* de legg. 6. T. II. opp. p. 751. C. τεθράφθαι.

Vers. 152. *Simplic.* bene ἐς pro εἰς. Sed ἐς τιμὰς ἀνορούειν, *ad honores exsurgere* s. *euehi*, explico de imperio Inimicitiae in Amicitiam, de quo vers. 61. et 93. erat verbum κρατεῖν. Verba τελειομένοιο χρόνοιο vertisse videri potest *Virgilius* Aen. 6, 745. *perfecto temporis orbe.*

Vers. 153. ὅς σφιν, *quod ipsis.* Nam ὅς pertinet ad nomen χρόνοιο. Sed magis dubium est, quo referatur σφιν, vtrum ad Amicitiam et Inimicitiam, an ad τιμάς. Mihi prior ratio placet. *Simpl.* habet ὅσφιν, quod vel potest simpliciter pro ὅς accipi, vt v. 129. ὅσσα φιν pro ὅσσα, quoniam haec syllaba non solis genitiuis ac datiuis addi solet, sed etiam nominatiuis (v. *Scaliger* ad *Hesiod. Εργ.* 216. et *Proclus* p. 57. et *Tzetzes* p. 58. ed. *Heins.*) et accusatiuis, vt ap. *Hesiod. Εργ.* 410. (v. *Fischer.* animaduu. ad *Weller.* P. I. p. 364.) vel pro ὅς σφιν, vt ap. *Homer.* Odyss. β, 160. et 228. Quid sit ὄρκος πλατὺς, dixi ad v. 123. Hoc tamen loco verti potest *naturae necessitas*, *ineluctabile fatum.* Itaque verba πλ. κάρ' ἐλήλατο (*Simplic.* παρελήλαται) ὄρκου verto: *a naturae necessitate adiectum est*, h. e. adductum et destinatum aduenit. Quod autem praepositio-

mem παρὰ s. πάρ', a qua pendent genitiui, a verbo ἐλήλ. separaui, de eo non me reprehendent, qui norint poetarum morem. Sic Il. δ, 97. τοῦ ῥα δὴ πάμπρωτα πάρ' ἀγλαὰ δῶρα φέροιο, pro παρὰ τοῦ. Et σ, 191. Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν ἔντεα καλὰ, pro παρ' Ἡφ. qui locus egregie fauet meae sententiae. Difficilius enim posset intelligi, si editum esset Ἡφ. παρῥισέμεν. Caeterum facile patet, hic deesse apodosin.

Vers. 154 — 156. *Plutarchus* de facie in orbe lunae c. 12. T. II. opp. p. 926. D. ὅρα — μὴ μεθιστὰς καὶ ἀπάγων ἕκαστον ὅπου πέφυκεν εἶναι, διάλυσίν τινα κόσμου φιλοσοφῆς, καὶ τὸ νεῖκος ἐπάγῃς τὸ Ἐμπεδοκλέους τοῖς πράγμασι· μᾶλλον δὲ τοὺς παλαιοὺς κινῆς Τιτᾶνας ἐπὶ τὴν φύσιν, καὶ γίγαντας, καὶ τὴν μυθικὴν ἐκείνην καὶ φοβερὰν ἀκοσμίαν καὶ πλημμέλειαν ἐπιδεῖν πονῆς, χωρὶς τὸ βαρὺ πᾶν, καὶ χωρὶς (Inserendum videtur ποιῶν vel potius τιθείς. Nám est h. l. lacuna, etiam ab editoribus indicata) τὸ κοῦφον,

ἔνθ' οὔτ' — οὐδὲ θάλασσα,

ὡς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, οὐ χῆ θερμότητος μετεῖχεν, οὐχ ὕδωρ πνεύματος, οὐκ ἄνω τι τῶν βαρέων, οὐ κάτω τι τῶν κούφων, ἀλλ' ἄκρατοι καὶ ἄστοργοι καὶ μονάδες αἱ τῶν ὅλων ἀρχαὶ, μὴ προσιέμεναι σύγκρισιν ἑτέρου πρὸς ἕτερον, μηδὲ κοινωνίαν, — ἄχρις οὗ τὸ ἱμερτὸν ἦκεν ἐπὶ τὴν φύσιν ἐκ προνοίας, Φιλότητος ἐγγενομένης, — ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει. Videt iam quilibet, me versum 154. ausum esse e verbis *Plutarchi* conflare vtcunque, quia tam facilis erat eorum in versum commutatio. Nam reuera nihil intrusi, nisi verbum ἔθηκε, quod referebam ad τὸ Νεῖκος, cuius antea a *Plutarcho* facta erat mentio, et χωρὶς explicandum est *seorsim*. Quod autem vltima vocabuli βαρὺ syllaba ante literam duplicem χ producitur ex mea ratione, neminem, ni fallor, offendet. Caeterum ab *Aristotele* de coelo 4, 2. reprehenditur Empedocles, quod nihil de leui et graui definiuerit. Verba sunt: ἔνιοι τῶν μὴ

φασκόντων εἶναι κενὸν (v. vers. 183.), οὐδὲν διώρισαν περὶ κούφου καὶ βαρέως· οἷον Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς. Cf. *Simplic.* ad h. l. fol. 167. b. qui eadem refert verbis paululum mutatis, et supra §. 14. ad n. 114. sqq. p. 382. sq.

Versu 155., si versus modo a me positus ferri potest, ἔνθα explico: ἐκεῖ, ἔνθα. Sed verba huius versus et sequentis, quae continent μερισμόν, puto periphrasin esse huius sententiae: *in hoc mundo, vbi omnia praeclare distincta et ordinata sunt.* Nam in hoc mundo neque sol et ignis timent, ne exstinguantur, neque terra et aqua, ne exsiccentur, omnino. Ignis item, qui fere sursum fertur, non timet ne deprimatur, neque terra et aqua, quae per naturam suam deorsum feruntur, ne extollantur. Cf. §. 12. Hunc autem ordinem mundus noster debet Discordiae. Amicitia contra propius admouet elementa elementis, quia omnia miscet in vnum et in chaos reuoluit: id quod satis in superioribus vidimus. Caeterum sicut ἠελίοιο εἶδος dictum est pro ἥλιος poetice: ita αἴης γένος (cf. vers. 112. sq.) pro αἶα, et epitheton λάσιον, *hirsutum*, haud dubie eo pertinet, quod terra fruticibus et arboribus omninoque plantis et herbis hirta est.

Versus 157. et 158. sic, vt edidi, leguntur apud *Macrobium* Saturnn. 7, 5. qui iis vtitur ideo, vt ostendat, singula ad se similitudinem sui rapere. Sed *Plutarchus* sympos. 4, 1. eosdem ita exhibet:

ὡς γλυκὺ μὲν ἐπὶ γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν
ὄρουσεν, ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξύ, θαλερὸν θαλεροῦ λαβέτω.

Vbi quam corrupti sint, euidens est. Quia tamen θαλερὸν vix potuit a librariis proficisci, parum aberat quin θαλερον pro θερμὸν scribendum putarem. Cum enim θαλὸς, auctore *Hesychio*, etiam idem sit quod λαμπὰς, facile intelligitur, θαλερὸν dici pro θερμὸν recte posse. Etiam *Xylan-*

der δαλερὸν defendi posse monuit. Et cum in Cod. Turn. legatur

ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, δολερὸν δολεροῦ λάβετ' ὦδε,

possit facile Empedocles ita scripsisse existimari:

ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, δαλερὸν δαλεροῦ λάβετ' ὦδε,

ita vt ὦδε, *sic*, referatur ad ὡς, *quemadmodum*. Similiter *Leopardus* emendatt. 8, 10. θερμὸν mutari iubebat in μαλερὸν, quod *Hesychius* interpretatur verbis καυστικὸν et λαμπρόν. Quia vero, si δ' ἐποχεύετο pro vera lectione habemus, non scribi potest δαλερῷ, cum tamen in praecedentibus semper dicatur γλυκὺ — γλυκὺ, πικρὸν — πικρὸν, ὀξὺ — ὀξὺ, putabam cum *Stephano* in poesi philos. p. 31. seruandum θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ.

Vers. 157. μάρπτειν significat καταλαμβάνειν, συλλαμβάνειν, κρατεῖν (v. *Hesych.*), *prehendere, tenere, sibi iungere*. Cf. vers. 84. Et ὀρούειν est i. q. ὁρμᾶν, auctore eodem *Hesychio*, h. e. *ruere*. Sed in *Neandri* op. aur. T. I. p. 524. qui vtrumque versum e *Macrobio* attulit, omissum est verbum ὄρουσε.

Vers. 158. ἐποχεύεσθαι, quod alias dicitur de mare femellam ineunte, h. l. est *misceri*.

Versum 159. desumsi e *Clement. Alexandr.* stromm. 3, p. 432. B. Habet etiam *Stephanus* in poesi philos. p. 29. vbi ηδε editum est sine spiritu et accentu. Sed *Sculiger* in notis p. 216. „Lege, inquit, εἴδε'. Intelligit enim τὴν γένεσιν ἐκ τῆς ἀλλοιώσεως, non ἐκ τῆς μεταβολῆς fieri, „quum dicit, formam tantum mutari." Hunc igitur sum secutus. *Buttmannus* vero l. l. p. 35. legit κήδε', et explicat: *funera funeribus permutans, funera continuans*. Verbum τιθέναι a poetis dici pro ποιεῖν, notissimum est. Cf. vers. 186. Sed difficile dictu videtur, ad quem pertineat illud verbum, et participium ἀμείβων. Equidem ea referenda putauerim ad τὸ Νεῖκος. Quae sententia si cui placuerit, rescribat ille ἀμεῖβον.

Versus 160 — 162. petiti sunt e *Clement. Alexandr.* stromm. 6, p. 624. D. De versu 160. v. ad vers. 26. De versu 161. v. ad vers. 50. Scripsi autem h. l. *γαῖαν ἰδ'* pro *γέαν ἠδ'*. De versu 162. dixi ad vers. 76. Reposui *ὅσσα τ' ἔασσιν* pro *ὅσα τ' ἔασσιν*.

Versum 163. exsculpsi ex *Origen.* contr. Cels. 8, 53. p. 412. vbi post vers. 6. statim additus reperitur hic versus corruptus:

γινομένην παντοίαν διὰ χρόνον ἰδέαν θνητῶν.

Celsi enim verba apud *Origenem* haec sunt: *σώματι συνδεθέντες ἄνθρωποι γεγόνασιν, εἴτ' οἰκονομίας τῶν ὅλων ἕνεκεν, εἴτε ποινὰς ἁμαρτίας ἀποτινύντες, εἴθ' ὑπὸ καθημάτων* (*Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de sera num. vind. p. 113. malit *ἐπιθυμιῶν*) *τινῶν τῆς ψυχῆς βαρυνθείσης, μέχρις ἂν τεταγμέναις περιόδοις ἐκκαθαρθῇ. δεῖ γὰρ, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, τρὶς μὲν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλαλῆσθαι, γινομένην π. δ. χ. ἰ. θ. Wyttenbachius* exhibet *ἀλαλᾶσθαι* et *γενομένην*. Fortassis paulo post pro *διὰ χρόνον* rectius legatur *διὰ χρόνου*, *ex aliquo temporis interuallo*, quo sensu haec formula extat v. c. apud *Xenophont.* Cyrop. 1, 4, 28. *Plutarch.* de sera num. vind. c. 15. etc. Si tamen *διὰ χρόνον* seruare malueris, debebis explicare: *pro temporis ratione*. Potest etiam totus locus ad sensum expressus esse ex vers. 149. sq.

De versu 164. vid. quae dixi §. 16. ad n. 5. sqq. p. 504. et in Commentariis societatis philolog. Lips. Vol. I. p. 272. Ad rem illustrandam, si tamen opus est, valeant etiam haec *Plutarchi* de Is. et Osir. c. 36. *τὸ πολλάκις εἰώθαμεν καὶ τρὶς λέγειν.*

Versus 165 — 168. habet *Clemens Alexandr.* stromm. 5, p. 570. A. et ex eo *Stephanus* in poesi philos. p. 28. qui verba *νῦν ἐγὼ* omisit. Recte. Nam vulgo legitur

εἰδ' ἄγε τοι νῦν ἐγὼ λέξω π. ἤλ. ἀ.

quae lectio sane versum turbat. Sed ita vt ego dedi, per leuem verborum transpositionem seruari verba illa possunt.

Inter hunc vero et sequentem versum haud dubie excidit versus alius, qui contineret reliquorum elementorum nomina. Nam ἥλιος est *ignis*, vt vers. 70. 155. et saepius. Et versu 166. sequitur pluralis ἐξ ὧν, quae autem v. 167. sq. recensentur, ea non sunt de elementis intelligenda, sed de rebus adspectabilibus, τοῖς ἐσορωμένοις. Ergo πόντος v. c. non, vt v. 156. aliisque in locis θάλασσα, est elementum aquae, sed ipsa aqua et mare adspectabile. Et sic de reliquis. Quare etiam Τιτὰν explicandus est *sol*, quippe quem constat saepe Ὑπερίονα appellari et in Titanum numerum referri a poetis. Aether autem σφίγγειν ἅπαντα περὶ κύκλον dicitur, quia omnia circumcirca continet et quasi constringit, ne dilabantur.

Vers. 168. a nemine prorsus ita vt edidi affertur. *Etymol. M.* ἥλιος — παρὰ τὸ ἅλες τὸ συνηθροισμένον πῦρ. λέγεται γὰρ παρὰ τὸ ἁολίζω τὸ συναθροίζω, ὡς Ἐμπεδοκλῆς·

ἀλλ' ὁ μὲν ἁλισθεὶς μέσον οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.

Suidas: ἥλιος, ἀπὸ τοῦ ἁολλίζεσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις. — ὁ δὲ ἥλιος ἀπὸ τοῦ ἁλεαίνειν, ὅ ἐστι θερμαίνειν καὶ διαχεῖν. τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς γινομένης διαπνεύσεως ἐκ τοῦ στόματος πρὸς τοὺς δακτύλους, ὃ λέγεται αὔειν, καὶ ἄζειν, κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς θάλψεως τοῦ στόματος, Ἐμπεδοκλῆς·

ἁλεῖσθαι μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύειν.

Qui *Suidae* locus adeo corruptus est, vt vix sine libris emendari recte possit. *Macrobius* Saturn. 1, 17. „Apollo „ἑλελεὺς appellatur, — ὅτι συναλισθέντος πολλοῦ πυρὸς „περιπολεῖ: vt ait Empedocles:

οὕνεκ' ἀναλισθεὶς μέγαν οὐρ. ἀμφιπολεύει."

Itaque ἁλισθεὶς vertendum fuerit *collecto igni*, *collectum in sese habens ignem*.

Versus 170. legitur apud *Galenum* de vsu partium 3, 3. T. I. opp. p. 394. ed. Basil. sed omisso Empedoclis nomine. Dicit enim *Galenus*: τὸ οἴεσθαι διὰ τοῦτο ὀρθῶς ἑστάναι

τὸν ἄνθρωπον, ἵν' εἰς τὸν οὐρανὸν ἑτοίμως ἀναβλέπῃ, καὶ λέγειν ἔχῃ.

ἀνταυγέω — προσώποις,

ἀνθρώπων μέν ἐστιν, οὐχ ἑωρακότων οὐδὲ πώποτε τὸν καλούμενον οὐρανοσκόπον ἰχθῦν. Empedocleum autem esse hunc versum, egregie *Reinesius* V. L. 1, 19. p. 72. demonstrauit maxime ex his *Plutarchi* de Pythiae oraculis c. 12. τοῦ μὲν Ἐμπεδοκλέους καταγελᾶτε, φάσκοντες τὸν ἥλιον περὶ γῆν ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον (cf. §. 13. ad n. 21. sqq. p. 324.), αὖθις ἀνταυγεῖν τὸν Ὄλυμπον ἀταρβήτοισι προσώποις. Ita enim disponendum esse in *Plutarcho* textum, vt versus appareat euidentius. Etiam *Wyttenbach.* vidit, pro ἀταρβήτοις restituendum esse ἀταρβήτοισι, quod tamen fortassis aliquis mutandum putauerit in ἀταρμύτοισι, coll. *Oppian.* cyneget. 4, 134. Sed pro τὸν Ὄλ. apud *Plut.* legitur πρὸς Ὄλ. quod mendum facile deleri poterat ab editoribus, non vero deletum fuit. Quaerendum iam est, quid significetur hoc versu. *Galenum* quidem patet verbum ἀνταυγέω pro synonymo verbi ἀναβλέπω, *suspicio*, habuisse. Et possit sane propter verba ἀταρβ. προσώπ. vera putari haec interpretatio. Sed cum *Plutarchi* verba satis doceant, Empedoclem de sole dixisse hunc versum, cumque ἀνταυγεῖν vix possit aliud quid significare, quam *refulgere*, atque adeo τὸν Ὄλ. ἀνταυγεῖν, *coeli* s. *lucis coelestis splendorem referre*, neque verisimile sit, solem ab Empedocle inductum fuisse loquentem: dubitaui πρὸς retinere, et rescripsi ἀνταυγέει pro ἀνταυγέω. Ex hac autem ratione, quae nouum fulcrum nanciscitur per verba §. 14. p. 358. allata, verba ἀταρβ. προσώπ. puto verti posse *semper oppositus*, vel simpliciter *semper*, ita vt ἀνταυγ. cohaereat cum his verbis, quae proprie significant *vultu intrepido*, *oculis irretortis*. Caeterum *Scaliger* ad *Manil.* 4, p. 247. ed. Lutet. 1579. 8. laudat versum tanquam e poeta vetere ignoto sic:

αὐγάζω πρὸς Ὄλυμπον ἀταρβήτῃσι προσωπαῖς.

Vers. 171. *Plutarchus* de facie in orbe lunae c. 2. T. II. opp. p. 920. C. Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἑκατέρων (np. solis et lunae) ἀποδίδωσιν οὐκ ἀηδῶς διαφοράν· ἥλ. ὀξ. ἡ. λ. σ. τὸ ἐκαγωγὸν αὐτῆς καὶ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον οὕτω προσαγορεύσας· ἔπειτα λόγον ἀποδιδοὺς, καθ' ὃν αἱ ἀμυδραὶ καὶ ἀσθενεῖς ὄψεις οὐδεμίαν διαφορὰν ἐν τῇ σελήνῃ μορφῆς ἑνορῶσιν, ἀλλὰ λεῖος αὐταῖς ἀντιλάμπει καὶ περίπλεως αὐτῆς ὁ κύκλος. Iam ὀξυμελὴς explicari quidem potest: *membris* s. *radiis acutis* s. *facile penetrantibus*, vel *velocibus*. Sed pene mallem ὀξυβελὴς, quod adiectiuum versu 234. alio modo dicitur, vt radii solis comparentur cum telis. Nam paulo ante *Plutarchus* solem vocat ὀξὺν ἁπαντῶντα καὶ πλήπτην, et tum statim subiicit nostrum locum: ὥς που καὶ Ἐμπ. τ. ἑκατέρων et quae supra retuli. Et laetus posthac vidi, *Wyttenbachium* et *Huttenum* ὀξυβελὴς recepisse. Quod vltima syllaba particulae ἠδὲ producitur, videtur ferri posse ob sequentem literam liquidam λ. Quod vero penultima nominis λάϊνα longa est, putabam inusitatum esse. Certe nullum tale exemplum mihi innotuerat, et in Homericis aliorumque poetarum carminibus semper corripitur illa syllaba. Potest tamen itidem excusari per sequentem liquidam ν, vel potius per concursum trium breuium syllabarum (v. ad vers. 45.), vel potest λαΐνεα rescribi, vt tribrachys habeat vim trochaei. Cur denique luna vocetur *lapidea*, Plutarcho duce iam §. 13. p. 332. indicaui. Sed *Wyttenb.* et *Hutt.* dederunt ἰλάειρα, et pro ἠδὲ scripserunt ἡ δ' αὖ.

Versum 172. composui ex his verbis *Plutarchi* l. l. cap. 9. p. 925. B. (ἡ σελήνη) τῆς γῆς τρόπον τινὰ ψαύει καὶ περιφερομένη πλησίον, ἅρματος ὥσπερ ἴχνος ἀνελίσσεται, φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, ἥ τε περὶ ἄπραν. Ex his si quis me melius exsculpere versum Empedocleum potuerit, erit is mihi magnus Apollo. Ego malui vtcunque constituere versum, quam ista verba ἥ τε περὶ ἄπραν nude ac sine

sensu ponere. *Wyttenbach.* versum ab Empedocle sic scriptum putat:

ἄρματος ὥσπερ ἂν ἴχνος ἐλίσσεται, ἢ περὶ ἅπραν.

ita vt manca sit sententia.

Versus 173. extat ap. *Achillem Tatium* introduct. in *Arati* phaenomena c. 16. v. supra §. 13. ad n. 53. sq. p. 330. sq.

Vers. 174 — 177. *Plutarchus* in libro paulo ante laudato c. 16. p. 929. C. *αὕτη τε* (luna) *ἀδηλός ἐστι τηνικαῦτα* (in nouilunio), *παρεῖνον* (solem) *ἀκέπρυψε καὶ ἠφάνισε πολλάκις, ἀπεσκεύασε δέ οἱ αὐγὰς, ὥσπερ φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, ἔστ' αἶαν — τόσσον, ὅσόν τ' εὖρος ἔπλετο γλαυκ. μήνης. παθάπερ εἰς νύκτα καὶ σκότος, οὐκ εἰς ἄστρον, ἕτερο* (Expleri haec lacuna forsitan possit vocabulo *ἑτεροειδοῦς*) *τοῦ φωτὸς ἐμπεσόντος. — ἀπολείπεται τοίνυν τὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους, ἀνακλάσει τινὶ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν σελήνην γίνεσθαι τὸν ἐνταῦθα φωτισμὸν ἀπ' αὐτῆς. ὅθεν οὐδὲ θερμὸν, οὐδὲ λαμπρὸν ἀφικνεῖται πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ ἦν εἰκὸς, ἐξάψεως καὶ μίξεως* (Hic rursus est lacuna, explenda forsitan verbis *ἑκατέρου τῶν*) *φώτων γεγενημένης. ἀλλ' οἷον αἵ τε φωναὶ κατὰ τὰς ἀνακλάσεις ἀμαυροτέραν ἀναφαίνουσι τὴν ἠχὼ τοῦ προσέγματος, αἵ τε πληγαὶ τῶν ἀφαλλομένων βελῶν μαλακώτεραι προσπίπτουσιν, ὡς αὐγὴ τ. σ. κ. εὐρὺν, ἀσθενῆ καὶ ἀμυδρὰν ἀναρρροιαν ἴσχει πρὸς ἡμᾶς, διὰ τὴν πλάσιν ἐκλυομένης τῆς δυνάμεως.* Posui totum locum, quia tamen aliquantulum confert ad illustrandam Empedoclis de luna sententiam, et quia saltem in postremis verbis: *ἀλλ' οἷον* etc. latere plures eius versus persuasum habebam, quos tamen eruere nondum mihi licuit.

Vers. 174. *ἀποσκευάζειν* est *auferre, priuare*, et *οἱ*, h. e. *αὐτῷ*, pertinet ad solem, atque adeo *αὐγαὶ* sunt *radii solis*, vt v. 177. Vltima syllaba in *ἀπεσκεύασε* rursus producta apparet, quia duae sequentes corripiuntur.

Vers. 175. *ἔστ' ἐπ' αἶαν* reposui pro *ἔστ' αἶαν*, quia *ἔστε* sine praepositione non significare solet *vsque ad*. Potes

etiam pro ἐπ' ponere ἐς. Puto autem, verba αὐγὰς — καθύπερθεν posse hunc fundere sensum: *radios qui desuper vsque ad terram feruntur.* Sed verbum ἀποσκιφοῦν apparet vertendum esse *obumbrare*. Cf. *Hesych.* in v. σκιφόν.

Vers. 176. verborum ordinem immutaui, vt versus sibi constaret, vbi nihil abiiciendum fuit nisi particula τ' apud *Plut.* post ὅσον posita, quae tamen seruari potest, si scribas ὅσον τ' εὖρος γλ. ἔπλετο μήνης. Μήνη est σελήνη, interpretante *Hesychio*. Cur autem ea nominetur γλαυκῶπις, *caesia*, intelligi, opinor, potest ex his *Plutarchi* c. 21. p. 934. C. πρὸς ἕω λαμβάνει χρόαν κυανοειδῆ καὶ χαροπὴν, ἀφ' ἧς δὴ καὶ μάλιστα γλαυκῶπιν αὐτὴν οἱ ποιηταὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀναπαλοῦνται. Et ex iis, quae *Eustathius* ad Il. α, p. 86. sqq. de hoc nomine disputat, vbi illud deriuat a verbo γλαύσσειν, quod exponit verbis θεωρεῖν, ἀθρεῖν, βλέπειν, et τὸ γλαυκωπὸν dicit idem esse quod βλεπτικὸν, sed τὸ γλαυκὸν, i. q. ὑπόλευκον καὶ εὐόρατον. Videtur igitur γλαυκῶπις, vbi lunae epitheton est, recte verti posse *quae spargit lumen albidum*. Nam poetae non raro lunae tribuunt faciem, atque adeo oculos caesios, vt *Agesianax* apud *Plutarch.* l. l. cap. 2. p. 920.

πᾶσα μὲν ἥδε πέριξ πυρὶ λάμπεται, ἐν δ' ἄρα μέσσῃ
γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται ἠΰτε κοῦρος (f. κούρης)
ὄμμα, καὶ ὑγρὰ μέτωπα.

Vers. 177. ὡς, *sic*, est in apodosi comparationis, quae apud Empedoclem praecessit. De nomine αὐγὴ v. ad v. 174.

De versu 178. vid. §. 14. ad n. 184. p. 404.

Vers. 179. *Aristoteles* de gener. et corrupt. 2, 6. postquam versum 184. attulit, scribit haec: ὁτὲ δέ φησι (Empedocles) πεφυκέναι τὸ πῦρ ἄνω φέρεσθαι· ὁτὲ δ' αἰθὴρ, φησὶ, μακρῆσι κ. τ. λ. ῥίζαις, h. e. *aether* s. *aër longis radicibus terram subit*, quae videntur sic intelligenda: *alte terram intrat, penetrat in viscera terrae*. Post αἰθὴρ, vt ver-

sui consulatur, ponenda videtur particula τοι vel γὰρ, vel similis.

Versus 180 — 182. pertinent ad §. 12. n. 33. p. 317. vbi Empedocles quaesiuisse dicitur, vtrum aër infinitus esset, an finitus, et seruati sunt ab *Aristotele* de Xenophane c. 2. de coelo 2, 12. et *Simplicio* ad h. l. fol. 127. a. Videmus igitur, nostrum improbasse eorum opinionem, qui aërem statuerent infinitum.

Versu 180. nomen δαφιλὸς, quod alias significat *copiosum, amplum, late patentem*, vix differt a vocabulo ἀπείρων.

Vers. 181. pro ὡς in priore *Aristotelis* loco vulgo editur ὃς, sed in Codice Lipsiensi clare scriptum est ὡς, *vt, sicut.* v. Cel. *Beckii* libellus ad vers. 64. sq. laudatus p. 15. Deest enim apodosis ad particulam εἴπερ. Ex eodem *Aristotelis* libello recepi βροτέων pro γλώσσης, quod est in reliquis, et quod glossema videtur nominis στομάτων paulo post sequentis, quod regitur a praepositione διὰ, et a quo pendent genitiui πολλῶν βροτ., cohaerentes cum genitiuo ἰδόντων.

Vers. 182. ὀλίγον bene extat in *Aristotelis* loco de coelo, et *Simplicii*, etiam in Cod. Lips. libri de Xenoph. Nam ὀλίγον τοῦ παντὸς est κόσμος, (v. §. 11. ad n. 63. sqq. p. 276.) et sensus verborum ὀλ. τοῦ π. ἰδόντων haud dubie est hic: *qui non nisi hunc nostrum mundum cognouerunt.* Cf. vers. 328. sqq. Male igitur ab editoribus libelli de Xenophane intrusum est οὐδὲν pro ὀλίγον.

Versum 183. *Stephanus* in poesi philos. p. 34. et *Scaliger* ad *Manil.* astron. 1, 111. ita vt ego ediderunt. Sed *Theodoretus* de cur. Graec. affect. diss. 4. T. IV. opp. p. 796. et *Stobaeus* eclog. phys. c. 19. p. 378. habent περιττὸν, *Plutarchus* vero, ante *Beckium* quidem, plac. philos. 1, 18. οὐδέν τι τ. π. κενὸν π. οὐδὲ περισσὸν, et *Galenus* hist. philos. c. 10. οὐδέ τι παντὸς κενὸν π. οὐδὲ περιττόν. Ex his iam facile intellectu est, quomodo emendandus sit locus corruptus *Aristotelis* de Xenophane, Zenone et Gorgia c. 2.

ὁ Ἐμπεδοκλῆς κινεῖσθαι μὲν ἀεί φησι συγκινούμενα (Cod. Lips. probante *Spaldingio* συγκρινόμενα) τὸν ἅπαντα ἐνδελεχῶς χρόνον, (*Spald.* inserit: γίγνεσθαι δὲ μηδέποτε,) οὐδὲν εἶναι λέγων ὡς (*Spald.* vult περισσὸν) τοῦ παντὸς, οὐδὲ κενεόν. (Cod. Lips. δὲ οὐδέν πεν) πόθον (ita etiam Cod. Lips. sed *Spald.* recte πόθεν. v. ad vers. 64. sq.) φίλη τί κ' ἐπέλθοι. (Cod. Lips. πε πέλθοι.) ὅταν δὲ εἰς μίαν μορφὴν συγκριθῇ, ὡς ἓν (Cod. Lips. ὡσθὲν, ita vt manifestum sit, librarium dare debuisse ὥσθ' ἓν) εἶναι, οὐδὲν, φησὶ, τό γε κενεὸν πέλει, οὐδὲ περισσόν. v. *Beck.* in libello laudato p. 16. sq. et *Spalding.* p. 79.

Versum 184. edidi ex *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, 6. vbi συνέκυρσε et θέων recte referuntur ad αἰθέρα. *Simplicius* ad *Aristot.* phys. 2, fol. 73. b. perperam exhibet θέον τότε, et fol. 74. b. etiam peius: οὕτω συνέκυρσε θέοντό τε, sed ad lib. 8. fol. 310. a. omnino ita, vt ego. Ipse *Aristoteles* phys. 2, 4. Ἐμπεδοκλῆς, inquit, οὐκ ἀεὶ τὸν ἀέρα ἀποκρίνεσθαι ἀνωτάτω φησὶν, ἀλλ' ὅπως ἂν τύχῃ. λέγει γοῦν ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ,

ὡς οὕτω συνέκυρσε θέων τότε, πολλάκι δ' ἄλλως.

Et sic versum dant *Philoponus* ad h. l. G, 9. atque *Simplicius* fol. 81. a. vbi tamen rursus male editum est θέωντό τε. Vterque, vt *Aristoteles*, referunt ad aërem, et *Simplicius* verbum συνέκυρσε explicat verbis ὡς ἔτυχε, καὶ τὸ αὐτόματον, item ἐφ' ᾧ οὐδέν ἐστιν ὡρισμένον αἴτιον. Etiam *Themistius* ad *Aristot.* phys. l. l. fol. 25. b. corrupte exhibet sic:

ὡς οὕτω συνέκυρσε θεῶν τότε, πολλάκις δ' ἄλλως,

et itidem ad aërem refert. Constat igitur tot testimoniis, non hoc versu de Deo summo, non de diis, h. e. elementis, non de causa aliqua efficiente aut consilio quodam agi, quod non nemini visum est, sed de fortuito elementorum concursu et coniunctione, de qua Empedocles etiam in pluribus versibus aliis dicit, vt 190. 203. 240. 360. De verbo θέειν ad elementa relato vidimus ad vers. 66. et 93. sq.

Versum 185. attulit *Plutarchus* sympos. 8, 3. σκοτεινὸς γὰρ ὢν, inquiens, ὁ ἀὴρ κατ' Ἐμπεδοκλέα, ν. ἐ. ἀ. Vbi ἐρημαῖος est *solitarius*; et ἀγλαῶπις, *pulchros oculos habens*, h. e. *stellis distincta*. Hoc enim noctis epitheton intelligendum est de nocte serena, qua coelum stellis fulget. Quod prima huius adiectiui syllaba h. l. corripitur, id neminem offendet, qui didicerit, mutam cum liquida efficere vt syllaba sit anceps. *Xylander* tamen legi iussit ἀλαώπιδος, eique obsecutus est *Hutten*. Et fateor, mihi quoque hanc lectionem placere. Nam *Hesychius* habet: ἀλαῶπιν· σκοτεινήν, οὐ βλέπουσαν. Itaque νὺξ ἀλαῶπις recte verti Latine potest *nox caeca*.

Versum 186. affert *Plutarchus* quaestt. Platon. 8, 3. T. II. opp. p. 1006. E. postquam ostendere conatus est, terram immotam manere, sed astra circumagi, atque adeo illam his causam esse ortus et occasus. Apparet igitur, τίθησιν h. l. idem esse quod ποιεῖ, vt vers. 159. et φαέεσσι, quod metri causa substitui vulgato φάεσσι, dictum esse pro ἄστροις vel ἀστράσι, denique ὑφίστασθαι verti posse *opponere se*, *repugnare*, h. e. siderum, inprimis solis, fulgorem a se, a dimidia sui parte, arcere. *Plinius* H. N. 2, 10. noctem negat aliud esse, quam terrae vmbram.

Versus 187. extat in *Hephaestionis* enchiridio p. 2. Cum nomen ἅλς h. l. sit in genere masculino positum, debet illud, si verum est Grammaticorum praeceptum, de quo v. *Fischer.* animaduu. ad *Welleri* grammat. Graec. Vol. I. p. 402. non de mari, quod aiunt femininum esse, sed de *sale* accipi. Et quamuis propter ea, quae §. 12. ad n. 16. sqq. p. 312. ex antiquis scriptoribus tradidi, pene malim intelligere *mare*, atque ἐωσμένη legere: tamen verbum ἐκάγη, *coagmentatus fuit*, facit vt de sale interpretandum putem, (Cf. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 135.) nisi ἐκάγη ad mare relatum explicare velis *collectum* s. *ortum fuit*. Verba ῥιπῇσιν — ἠελίοιο verto *impetu* s. *vi solis pressus*. Eodem fere modo

Manilius astronom. l. 5. fere extr. ostendit, qua ratione fiat sal maritimus: „*pontus per solem humore nitescit.*“

Vers. 188. *Proclus* ad Timaeum 3, p. 141. ὑπὸ γῆς (malim ὑπὸ γῇ) ῥύακές εἰσι πυρὸς (*ignis* quasi *undae*), ὡς που φησὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς·

π. δ' ἔνερθε οὔδεος πυρὰ καίεται.

καὶ οὐ δεῖ θαυμάζειν, πῶς οὖν ἐν ὕδατι ὂν τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. χωρεῖ γὰρ πάντα δι' ἀλλήλων, καὶ ἔστι τὸ ἐπικρατοῦν, ἄλλα ἐν ἄλλοις. καί ἐστι καὶ τὸ φῶς πῦρ, διϊὸν διὰ πάντων. Ex his verbis causa, cur ἔνερθε οὔδεος, quae lectio metri leges violat, mutauerim in ἔνερθ' ὕδεος, satis intelligitur. Cogitandum autem est de aqua subterranea. Cf. §. 12 p. 311. et quae disserui in Commentarr. societ. philolog. Lips. Vol. I. p. 268. sq. In verbis χωρεῖ γὰρ — διὰ πάντων vix dubito quin lateant itidem versus Empedoclei. Cf. vers. 61. 66. 80. 93 95.

Vers. 189. in loco *Philoponi* §. 9. ad n. 75. p. 158. allato legitur εἰ δὲ καὶ τ. ἀρ. Quomodo autem intelligendus sit, et quibuscum verbis cohaereat, nemo facile dixerit. Suspicor tamen, scribendum esse ἀριθμῶ. v. *Philop.* l. l. Constat, quantum numeris tribuerint Pythagorici. Sed fortassis locum iuuant haec verba *Sexti Empir.* adu. Mathemm. 7, 93. sq. ἦν δὲ ἀρχὴ τῆς τῶν ὅλων ὑποστάσεως ἀριθμός, διὸ καὶ ὁ κριτὴς τῶν πάντων λόγος, οὐκ ἀμέτοχος ὢν τῆς τούτου δυνάμεως, καλοῖτο ἂν ἀριθμός. καὶ τοῦτο ἐμφαίνοντες οἱ Πυθαγορικοὶ, εἰώθασι λέγειν τὸ,

ἀριθμῶ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν.

quod hemistichium si quis putet Empedocleum esse, possit inde hunc versum, mancum illum quidem, conflare:

εἰ δέ τε ταῦτα ἀριθμῷ πάντ' ἐπέοικε.

Vers. 190. legitur apud *Simplicium* ad *Aristot.* phys. 2, fol. 73. b. et 74. b. Omnino v. ad vers. 184.

Vers. 191. extat in posteriore *Simplicii* loco modo laudato, e quo seruaui scripturam ἀραιότατα pro ἀρ. propter haec verba *Eustathii* ad Odyss. ν, p. 1649, 46. ἀραιὴ, —

ὃ ἐστι λεπτὴ, στενή. ὃ καὶ δασύνουσιν οἱ παλαιοὶ πρὸς διαστολὴν τοῦ ἁπλῶς ἀραιοῦ. Videtur versus vertendus esse: *et quamtenus casu contigit, vt minutissima* s. *maxime tenuia* s. *laxissima caderent*, h. e. subsiderent.

Vers. 192. *Plutarchus* sympos. 9, 14, 5. ἄμουσον ἡ Ἀνάγκη, μουσικὸν δὲ ἡ Πειθὼ, καὶ Μούσαις φιλοδαμοῦσα (lego cum *Kaltwassero* φίλον· διὸ Μοῦσα) πολὺ μᾶλλον, ἅμα, τῆς Ἐμπεδοκλέους Χάριτος, στυγέει δ. Ἀ. Fortassis Empedocles scripserit:

ἡ γάρ τοί γε vel ἱμερόεσσα Χάρις στυγέει δύστλητον Ἀνάγκην.

Vocabulum δύστλητος verti debet *toleratu difficilis*, vel *intolerabilis*, *dura*.

Versum 193. ita laudat *Plutarchus* de amicor. multitud. T. II. opp. p. 95. A. (T. VII. p. 293. ed. *Hutten.*) ἡ μὲν (simplex amicitia) συνάψει καὶ συνίστησι καὶ συνέχει καταπυκνοῦσα ταῖς ὁμιλίαις καὶ φιλοφροσύναις·

ὡς δ' ὅτ' ὀ. γ. λ. ἐγόμφωσεν κ. ἔδ.

κατ' Ἐμπεδοκλέα. Recte, opinor. Sed *Stephanus* in poesi philos. p. 30. habet ἐγόμφωσε. Vocabulo ὀπὸς omnino significatur *succus lacteus qui ex arboribus foramine facto profluit*. Sed h. l. vt ap. *Homer.* Il. ε, 902. intelligi debet *succus caprifici*, quippe quo ad coagulandum lac vtebantur. Nam casei e lacte recenti fiebant. v. *Columella* de re rust. 7, 8. Itaque verbum γομφοῦν significat *coagulare*. Quemadmodum autem hic iuncta sunt ἐγόμφωσεν et ἔδησε, ita *Gellius* N. A. 12, 1. iunxit *coagulum et vinculum*.

Versus 194. debetur *Porphyrio* in *Stobaei* eclog. phys. p. 1050. vbi participium περιστέλλουσα refertur ad εἱμαρμένην καὶ φύσιν, quae apud Empedoclem δαίμων sit appellata. Cf. vers. 15. Possit fortassis etiam ad terram referri. Certe verba Empedoclea ἀμφιβρότη χθὼν *Plutarchus* sympos. 5, 8. interpretatur τὸ τὴν ψυχὴν περικείμενον σῶμα. Sed vt appareret, quemnam illa diceretur περιστέλλειν s. *induere*, adiecit *Porphyrius* verba: καὶ μεταμπίσχουσα τὰς

ψυχάς, vbi καὶ sernit interpretationi, vt sit pro τουτέστι. Denique χιτὼν σαρκῶν ἀλλοίνεος est *tunica s. vestis carnium aliarum, corporis alius.* Vbi genitiuus est materiae. v. omnino Cel. *Heeren* et supra §. 15. ad n. 156. p. 489. sq. Caeterum *Plutarchus* de esu carnium 2, 4. affert hunc versum omisso Empedoclis nomine, et his praemissis: ἀλλάσσει ἡ φύσις ἅπαντα καὶ μετοικίζει.

Versus 195 — 200. petiti sunt e *Simplicio* ad *Aristot.* phys. 2, 8. fol. 86. b. cuius totum locum iam habes §. 14. ad n. 89. sqq. p. 368. sqq. Videamus iam de verbis nonnullis singulis. Et ὄρκηνες quidem ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐννύχιοι, *stimuli virorum et mulierum nocturni*, videntur reuera nil nisi ἄνδρας καὶ γυναῖκας significare, sed respicere tamen ad libidinem Veneream, quae noctu inprimis excitatur, et ad vim generandi. Quare etiam eos ἀναγαγεῖν, *produxisse*, dicitur κρινόμενον πῦρ, h. e. *ignis dum secernitur*, nempe a reliquis elementis, *ignis solus.* Ardere enim et vri dicuntur amantes.

Vers. 197. ἀπόσκοπος, vt patet, est *a scopo alienus* s. *aberrans, absurdus*; et ἀδαήμων, *indoctus.*

Vers. 198. οὐλοφυεῖς (i. e. ὁλοφυεῖς) τύποι sunt *formae totum gignentes*, vel potius *totam vim generandi in sese, confusam tamen necdum explicatam, continentes*, atque adeo *informes.* Cf. quae §. 14. ad n. 100. p. 375. sq. attuli e *Philopono*, qui per οὐλοφ. τύπους intelligit σπέρμα.

Vers. 199. οὔδεος, quod pro εἴδεος rescripsi, accipio pro γῆς, et αἶσαν explico *partem.*

Vers. 200. τοὺς μὲν, vt versu sequenti ἐμφαίνοντας, refero ad τύπους, et ἀναπέμπειν nihil aliud est quam ἀνάγειν vers. 196. Sed ἐρατὸν δέμας accipio pro κατὰ ἐρ. δέμας, *in amabili corpore.*

Vers. 201. sq. sensus est: *formae ab initio e terra exortae prorsus fuere deformes, et neque animalia sonum ullum edere, neque homines loqui potuerunt.*

Versus 203 — 207. seruatos debemus *Simplicio* ad *Aristot.* phys. 1, fol. 7. b. qui eos posuit post illa verba, quae §. 9. ad n. 199. p. 210. excerpta sunt, interiectis modo his paucis: λέγει δὲ πολλαχοῦ μὲν ταῦτα, καὶ ἐν τούτοις δὲ τοῖς ἔπεσιν. Idem versum 203. affert iterum ad lib. 2. fol. 74. b. praemissis his verbis: τὰ μόρια τῶν ζώων ἀπὸ τύχης γενέσθαι τὰ πλεῖστα φησίν. ὡς ὅταν λέγῃ. Datiuum τούτοισιν refero ad sequentes: Ἡφαίστῳ (i. e. πυρὶ), ὕμβρῳ (i. e. ὕδατι), et αἰθέρι (i. e. ἀέρι). Et quatenus elementa ab Empedocle ἴσα fuerint nominata, explicare conatus sum §. 9. p. 176 — 182. Sed verbum συμέπυρσι, quo Empedoclem delectari vidimus ad vers. 184. hoc loco explicandum puto *casu mixta est*, s. *miscetur*.

Vers. 205. Κύπρις, *Venus*, est eadem quae Φιλότης s. φιλία, vt vers. 218. v. vers. 56. et 307. et supra §. 10. ad n. 85. sqq. p. 241. Pro ὁρμησθεῖσα rescripsi ὁρμισθεῖσα, et ἐν λιμένεσσιν ὁρμισθ. verto, *portus ingressa, stationem habens in portu*. Similem locum Empedoclis affert *Scholiastes Eurip.* Phoenn. 18. Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς ἀλληγορῶν φησιν·

ἔχεις τοὺς λιμένας Ἀφροδίτης —
ἐν οἷς ἡ τῶν παίδων γένεσίς ἐστιν. Quae verba: ἐν οἷς — ἐστιν, haud dubie addita sunt explicandi gratia, non ab ipso Empedocle scripta. Num vero recte legatur persona secunda ἔχεις, nemo dixerit, quia totus orationis Empedocleae nexus nobis periit. Pro Ἀφροδίτης autem legendum videatur Κύπριδος, vt vltima accusatiui λιμένας produci possit. Iam vt ad versum 205. redeamus, epitheton τελείοις videtur eo pertinere, quod Amicitia Empedocli finit des, vel quod ea coniungente res arcte coniunguntur ac prorsus miscentur, et sensum totius versus puto hunc esse: *quando per Amicitiam* (siue *dum Amicitia imperium tenet*) *coniungitur* s. *miscetur*.

Vers. 206. ad metrum iuuandum scripsi μεῖζόν γ' pro μεῖζον. Sensus autem est: *siue quid crescat, siue decrescat.*

Nam ὀλίγον recte potest accipi pro μικρὸν, quia elementa s. minutae in re quacunque materiae particulae, vbi solutae et inuicem seiunctae sunt, pauciores fiunt. Eodem modo πλέον intelligi potest pro μεῖζον.

Vers. 207. correxi lectionem hanc deprauatam: ἐκ τῶν αἵματ' ἐγένοντο καὶ ἄλλης εἴδεα σαρκός.

Versus 208 — 210. laudantur ab *Aristot.* de anima 1, 5. et a *Themistio* ad h. l. fol. 72. a. et ab *Ioh. Philopono* ad eundem *Aristot.* locum E, 16. (fol. 40. b.) Iidem versus in *Syriani* commentario ad *Aristot.* metaph. 13, fol. 118. a. Latine exhibentur sic:

Terra voraginibus geminas sortitur in amplis
Splendoris fluidi bene mista ex partibus octo,
Quatuor at ignis. ossa hinc sunt candida dicta.

Vbi verba *bene mista* pertinent ad nomen *terra*, sed pro *dicta* haud dubie legi debet *facta*. Et ap. *Philopon.* ad *Aristot.* metaph. 14, fol. 66. b. leguntur haec barbaro-Latina: „Quod autem numeri quantum et mensura sunt materiae „rerum, sed non formae earum, vtitur (Aristoteles) iis „quae Empedocli dicta sunt de ossium constitutione: *duas* „*octo partium sumpsit aquae lucidae, quatuor autem Vulcani,* „*et ossa alba facta sunt.* Veluti, 3 quidem ignis, 2 vero „terrae, et semper omnis numerus vel igneus vel terreus „est." De varietate lectionis dixi et *Themistii* atque *Philoponi* interpretationem attuli §. 14. ad n. 197. sqq. p. 409—411. Quare hic non nisi pauca quaedam addenda sunt. Nimirum εὔστερα χάλκεα explico *firmissima caldaria* s. *fornaces fusorias* s. *conflatorias* ignis vel naturae, in quibus quasi liquantur elementa et inter se commiscentur. Si quis displicere sibi dixerit *Philoponi* explicationem adiectiui ἐκτήπος, quam supra attuli, inprimisque si quis dederit meliorem, impense gaudebo. Nam mihi quidem talem inuenire non contigit. Etiam articulus initio versus 209. positus male me habet, siue τὰ legas, quod ob sequentem liqui-

dam ferri per se potest, sine τῶν, etsi eum non ignorem saepe ante numeralia ita poni, vt ex nostrae linguae ratione videatur abesse recte potuisse. Cuius generis exempla multa sunt in Geoponicis, v. c. 17, 3, 2. 17, 10, 1. 2. etc. it. ap. *Homer.* Il. π, 253. Fortassis tamen ita explicari locus possit, vt articulum illum pertinere dicas ad χόανα, atque adeo τὰ — λάχε vertendum putes *quae acceperunt*, et apodosin desse statuas ad nomen χθών, vel τῶν — λάχε exponas *ex his caldariis accepit*, np. terra. Quae quidem altera ratio mihi praeplacet. Ea tamen probata melius fortasse legas λάβε, nisi notionem fortuiti, quae est in λάχε, perire nolis. Sed, vt dixi, si mea ista interpretamenta pro somniis habueris, non indignabor, modo meliora me doceas. Vt tamen appareat, quam diuersis modis exponi hi versus possint, apposui duas aliorum virorum doctorum versiones. Altera est *Nicolai Leonici Thomaei*, qui libros *Aristotelicos* de anima Latine vertit: *Terra autem concinna in amplis infundibulis, Duas ex octo partibus sortita est fluidi humoris, Quatuor autem Vulcani; ossa autem alba facta sunt.* Altera est *Bruckeri* in notis ad *Scipionem Aquilianum* de plac. philos. p. 269.

Coperat (ita lego pro *Coeperat*) *ante duas tellus iustissima vasis*
Meris ac fontis partes: Vulcanus et ipse
Quatuor ex octo adiunxit, queis candida magna
Vis foecundaque naturae confecerat ossa.

Versus 211. vnde effictus fuerit, disces ex iis, quae dixi §. 14. ad n. 219. p. 415. et in Commentariis societat. philolog. Lips. Vol. I. p. 270. vbi scribendum putaui συντάσσεται, et h. l. scripsi συμπήγνυται. Possit etiam συμπλάσσεται scribi. v. verba *Plutarchi* supra §. 15. p. 449. posita.

De versibus 212. et 213. v. §. 14. p. 380. sq. Quia τοιοῦτοι est ap. *Simplicium*, supra reposueram τοίω, vt intelligantur *tales quales nunc sunt*, h. e. *boni*. Cf. Schol. MS. ad Il. ψ, 231. apud *Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Dian. 146.

Sed postea verius putaui οἴῳ, *soli*, quod explicatur verbis sequentibus. Fortasse etiam ἐβλάστησαν legendum fuerit pro ἐπλάσθησαν. Cf. vers. 219. Inprimis comparandi sunt versus *Lucretii* 5, 838. sq. vbi monstra a tellure creata affert etiam haec:

Orba pedum partim, manuum viduata vicissim,
Multa sine ore etiam, sine voltu caeca reperta.

Vbi verba *sine voltu caeca* nouo argumento sunt, me recte rescribendum putasse οἴῳ. Caeterum possint versus restitui etiam sic:

γυμνοὶ μὲν μορφοῦντο βραχίονες, δίχα τ' ὤμων,
ὅσσε δὲ οἴῳ etc.

vel ex emendatione Cel. *Hermanni* in literis ad me humanissime datis:

γυμνοὶ μὲν μορφοῦντο βραχίονες ὤμων,
ὀφθαλμοὶ δέ τοι αὖτε μετώπων πτῶχοι ἔπλασθεν.

vel e ratione *Buttmanni* l. l. p. 36.

γυμνοὶ μόρφωθεν χωρίς τε βραχίονες ὤμων,
ὀφθαλμοὶ δὲ τοῖοι
vel ὅσσε δὲ τοιούτω
vel ὀφθαλμοὶ δ' οἷοι
πλάσθεν, πτωχοί τε μετώπων.

Versus 214 — 217. desumsi ex *Aelian.* H. A. 16, 29. Cf. supra §. 14. ad n. 86. sqq. p. 368. inprimis ad n. 102. b. p. 377.

Vers. 214. ἀμφιπρόσωπα sunt *bifrontia*, vt ἀμφίστερνα, *bipectora*. Liceat enim hoc vocabulo vti, cum *tripectora* legantur apud *Lucretium* 5, 28.

Vers. 215. βουγενῆ, *boue genita, foetus bouini.* Ἀνδρόπρωρα, *hominis faciem habentia.* Ἔμπαλιν est *contra*, et pro ἐξανατέλλειν all. perperam exhibent ἐξανατείνειν.

Vers. 216. ἀνδροφυῆ, *homine genita, foetus humani.* Βούπρανα, *bubulum caput habentia.* Τῇ μὲν — τῇ δὲ, explicari potest *partim — partim.* Et cum γυναικοφυῆ vers. 217.

idem sit quod γεννηθέντα ὑπὸ γυναικῶν, apparet, verba μεμιγμένα ὑπ' ἀνδρῶν et γυναικοφυῆ significare μεμιγμένα γεγνηθέντα ὑπ' ἀνδρ. — ὑπὸ γυναικῶν.

Vers. 217. σκιερὸς, *umbrosus*, valet i. q. *magnus*, vt ap. *Homerum* δολιχόσκιος, sed ἠσκημένος est *ornatus*, *instructus*, *praeditus*.

Versus 218. seruatus est a *Simplicio* ad *Aristot.* phys. 2, fol. 74. b. De nomine Κύπρις v. ad vers. 205. Quod καλάμης (i. e. καλάμαις) reposui pro κἀλάμης, id neminem, opinor, offendet, quia praecedit ἐν. Poteram tamen eodem sensu corrigere ἐκ καλάμης. Vtramcunque autem lectionem sequaris, nomen καλάμη videtur vertendum esse *manus*. Potuit enim poeta recte τὴν Φιλότητα fingere personam. Nomen κλάσις est h. l. *forma* potius, quam *formatio*, et pro τοίης τε necessario rescribendum fuit τοιῇσδε.

Versum 219. ita vt edidi exhibent *Aristoteles* de anima 3, 6. et *Simplicius* ad h. l. fol. 70. a. Idem vero *Aristot.* de generat. animm. 1, 18. sic:

ᾗ μὲν πολλαὶ πόρσαι ἀναύχ. ἐβλ.

Simplicius ad *Aristot.* de coelo 3, fol. 144. b.

πολλαὶ μὲν πόρσαι ἀναύχ. ἐβλ.

Aristot. de coelo 3, 2.

ὡς πολλῶν μὲν πόρσαι ἀναύχ. ἐβλ.

Philoponus ad *Aristot.* de anima 3, 6. Q, 15. (fol. 128. a.) εἴρηται τῷ Ἐμπεδοκλεῖ, ὅτι εἰ μὴ ἦν ἡ φιλία, πολλῶν ἂν πάρα (lege πόρσαι) ἀναύχ. ἐβλ. τουτέστιν ἐγίνοντο κεφαλαὶ ἄνευ αὐχένος, εἰ μὴ ἦν ἡ συνάπτουσα φιλία. *Tzetzes* ad *Lycophr.* 507. πόρσις κυρίως ἡ μῆνις λέγεται. νῦν δὲ τὴν κεφαλὴν φασὶν, ὡς καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐν τῷ περὶ Νείκους,

ὡς πολλῶν μὲν πόρσαι ἀναύχ. ἐβλ.

Idem ibid. ad v. 711. πόρση, ἡ μῆνις, καὶ ἡ κεφαλὴ, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς·

ὡς πολλῶν μὲν πόρσαι ἀναύχ. ἐβλ.

In priore *Tzetzae* loco pro πόρσις legendum est πόρση, et in vtroque loco μῆνιξ mutandum in μήνιγξ, h. e. *membrana* s. *pellicula cerebrum ambiens*. *Simplicius* ad *Aristot.* categor. fol. 85. b. τὰ ἅπαξ διασπασθέντα δεῖται τοῦ εὐθετισμοῦ, ἵνα ἡ κεφαλὴ τὸν οἰκεῖον ἔχῃ τόπον, καὶ ὁ τράχηλος: ἀλλὰ μὴ πολλαὶ πόρσαι ἀναύχενοι βλαστῶσιν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς φησι. Ex hac omni lectionis varietate si quam eligere debeam, fateor mihi placere vt legatur

ἦ πολλαὶ μὲν πόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν.

Caeterum in *Scholiis in Platonem* p. 129. ed. *Ruhnken.* leguntur haec: κορρὴν καὶ πόρσην, ὅλην κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι λέγουσι.

Versus 220 — 226. extant apud *Simplicium* ad *Aristot.* phys. 8, fol. 258. a.

Versu 220. vnde pendeant accusatiui τοῦτον — ὄγκον, nemo hodie dixerit. Sed ὄγκον μελέων poetice dictum esse pro μέλη ὀγκούμενα s. ὠγκωμένα, facile videt quilibet, et ἀριδείκετος verti h. l. potest *insignis, praeclarus*. Sensus igitur, ni fallor, est: *haec mortalium membra praeclare turgescentia*.

De versu 221. v. ad vers. 40.

Versum 222. intelligo: *membra, quae quis, dum viuit, habet*.

Versu 223. facile patet, παπὰς Ἐριδας esse Νεῖκος, et διατμηθέντα i. q. versu 74. διάμορφα, vel *disiuncta*.

Vers. 224. formula πλάζεσθαι ἄνδικα non differt a formulis ἄνδικα πέλεσθαι vers. 74. et δίκα φορεῖσθαι vers. 41. Cf. *Heeren* ad *Stobae.* eclog. phys. p. 290. Verba περὶ ῥηγμῖνι βίοιο, *circa litus s. extremitatem vitae*, valent *circa finem vitae, in senectute*, et opposita sunt verbis βίου θαλέθοντος ἐν ἀκμῇ, *in vitae vigore, in iuuentute*. Per aliam metaphoram Empedocles *senectutem* appellauit δυσμὰς βίου, auctore *Aristotele* poet. 21. qua eadem formula vtitur *Hegesander* ap. *Athenae.* 13. p. 592. B. et *Plato* lib. 6. de legg. T. II. opp. p. 770. A.

Vers. 225. sq. ὑδρομέλαθρος est *aquam habitans, aquatilis*, et ὀρειμελής (a verbo μέλει deducendum), *montium amans, monticola*. Sed πύμβαι sunt h. l. *aues*. *Hesychius*: πύμβαι· ὄρνιθες. it. πύμβας· ἄρνιθας. Et *Simplicius* huic ῥήσει praemisit ista: τὸ νεῖκός καὶ τὴν φιλίαν παρὰ μέρος ἐπιπρατεῖν, ἐπί τε ἀνθρώπων καὶ ἰχθύων καὶ θηρίων καὶ ὀρνεων, Ἐμπεδοκλῆς φησι τάδε γράφων. Eadem nominis πύμβαι notio colligitur facile ex epitheto πτεροβάμων, *pennarum auxilio vadens, volans, volatilis*. Nam πτεροβάμοισι, quod in *Simplicii* loco editur, per metri leges ferri non potest, et notae sunt similes formae, ταχυβάμων ac τετραβάμων.

Versus 227. et 228. seruauit nobis *Aelianus* H. A. 12, 7. quem tamen supra §. 14. p. 361. iam dixi non bene hoc loco vti videri ad demonstrandam Empedoclis de metempsychosi doctrinam. Nihil autem explicandi gratia hic addo, nisi verba ὀρειλεχέες χαμαιεῦναι verti posse: *in montibus et humi cubantes*. Nam λέχος et εὐνή idem significant. Caeterum *Orpheo* tribuit hos versus Scholiastes MS. in *Aphthonii* progymnasmata, apud *Gesnerum* in editione carminum Orphicorum p. 411. vbi legitur ἐν θήρεσσι λέοντες et ἐν δένδρεσιν ἠνεμόμοισι.

Versus 229. sq. non nisi a *Scholiasta Nicandri* ad theriac. p. 23. ed. *Morel.* afferuntur, et hanc quidem ob causam, vt ostendat, τὰ πτίλα ἐπὶ τῶν ἡμέρων καὶ τιθασσῶν τίθεσθαι. Reposui autem cum *Stephano* in poesi philos. p. 27. ἠδ' pro ἡ δ', et necessarium putaui rescribere οἰωνοὶ pro ἄνθρωποι, vel potius pro ἂν δι, vt est in edit. *Morel.* Deinceps φιλοφροσύνη δεδήει, *amore flagrabant*, aptius cohaerere putabam cum praecedente πάντα: sed nec repugnauero admodum, si quis defendere malit lectionem vulgatam: φιλοφροσύνη δέδ. *amor incensus erat*, s. *ardebat*. Caeterum pertinuisse duo hi versus videntur ad descriptionem aetatis aureae, quam nec ab Empedocle praetermissam fuisse aliunde constat.

Versus 231. et 232. habet *Aristoteles* meteor. 4, 9. etiam *Olympiodorus* ad h. l. fol. 74. b. qui tamen legit: ταῦτα δέ ἐστι τρίχες, κ. φ. π. οἰων. κτ. πυκνὰ, καὶ φολιδοειδες γίνονται ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσσιν. Voluit, credo, dare: καὶ φολίδες γίγ. ἐ. στ. μ. quod hoc quidem loco non admodum differt a nomine λεπίδες. Neutri enim adest subiectum, ad quod referatur. Nam λεπὶς est *squama* natantium, φολὶς autem *cortex* animalium humi reptantium, vt lacertorum. v. *Aristot.* de partib. animm. 4, 11. et hist. animm. 3, 10. e quibus ipsis locis intelligi potest, cur ταὐτὰ cum *Aristotelis* editoribus posuerim pro ταῦτα.

Vers. 233. sq. extant apud *Plutarchum* de fortuna T. II. opp. p. 98. D. Sed ego eos ita exhibui, vt *Huttenus* T. VII. p. 304. edidit, et ante eum *Stephanus* in poesi philos. p. 30. Nam perperam vulgo editur: αὐτ. ἐχῖνος ὀξυβελὴς δέ τε ν. ἑπ. De reliqua lectionis varietate v. *Hutten.* l. l. et p. 466. extr. Vocabulo ὀξυβελὴς significatur h. l. *acutos aculeos habens*, quod epitheton egregie aptum est ad nomen χαῖται. Sed verba νώτοις ἐκπεφρ. verti debent: *in tergis horrent.*

Versus 235. petitus est e *Plutarchi* sympos. 5, 10. extr. Participium ἄγουσα pertinet ad nomen θάλασσα, vt iam *Neander* in opere aureo T. I. p. 526. obseruauit, vbi tamen vitiose legitur καλυσπερέων. Nam κολυσπερὴς est *fecundus.* v. *Stephani* thes. linguae Gr. T. III. p. 932. F. Nomen φῦλον non minus recte de animalibus brutis dici quam nomen ἔθνος posse, quis est qui neget? Καμασῆνες sunt *pisces. Hesych:* καμασῖνες· ἰχθύες. *Eustathius* ad Odyss. μ. p. 1720, 44. ὅτι τοὺς ἰχθῦς ἅπαντας Ἐμπεδοκλῆς καμασῆνας λέγει, καὶ διαί, — ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου ἔστιν εὑρεῖν. In *Athenaeo* vero nulla denominationis istius causa reperitur, vt ad vers. 285. videre licet. Etiam *Caelius Rhodiginus* antiqq. lectt. 27, 22. eiusmodi causam afferre neglexit. Et *Casaubonus* ad *Athenae.* 8, 3. nil nisi haec scripsit: „Non solus Empedocles ea voce vsus, sed alii quoque

„poetae Graeci antiquarii et καπόζηλοι. *Antipater* (np. „Thessalonicensis, in *Brunckii* analectt. T. II. p. 120.)

„φεύγεθ' ὅσοι λόππας, ἢ λοφνίδας, ἢ καμασήνας
„ἄδετε, ποιητῶν φῦλον ἀπανθολόγων."

Videtur igitur vir magnus simpliciter innuere voluisse, hoc nomen antiquissimis temporibus vsitatum fuisse in Graecia. Sed *Dalechampius* ad *Athenae.* l. l. p. 334. B. illud deriuandum putat vel a nomine καμασὸς, vel a verbo καμάσσειν, quorum illud *Hesychius* interpretatur nomine βάραθρος, hoc verbis κραδαίνειν, τινάσσειν, σείειν τὰ μέσα (ita enim legendum pro μέσω), quod pisces aquam natantes quatiant. Audio. Vnde vero καμασὸς et καμάσσειν dicuntur? Si quis hoc quaerat, quid respondebimus? Mihi aliquando videbatur res ita explicari posse, vt καμασῆνες proprie vnius cuiusdam regionis aut loci dicantur pisces fuisse, ac deinde, vt saepius, nomen speciei de genere dictum. Saltem *Suidas* habet haec: Καμασσηνὸς, ἐθνικόν. Verum hic rursus quaeri potest, ad quamnam regionem gentemue id pertineat. Optima igitur videtur *Bocharti* ratio, qui in hieroz. P. I. lib. 1. c. 6. p. 39. deriuat ex Phoenicio *Camatin*, pro quo Arabes, innersis radicalibus, *Samacuna*. Vocantur autem pisces ἄμουσοι, *indocti*, *inepti*, quia multo minus quadrupedibus dociles sunt. *Reiskius* addit: quia muti sunt et cantu carent.

Versus 236. vnde petitus sit, quam vitiose vulgo edi soleat, quomodo olim mihi visus fuerit emendandus, et vnde receperim eam lectionem, quam edidi, et quam vnice veram puto, dixi in Commentarr. societ. philolog. Lips. Vol. I. p. 264. sqq. quo eodem loco ostendi, participium ἐρευνῶν referendum esse ad nomen κύων vel σκύλαξ, quod apud Empedoclem praecesserit necesse est. Recte etiam dixi, τέρματα μελέων significare *vestigia*, sed veram rationem addere neglexi. Scilicet τέρμα proprie significat *extremam cuiuscunque rei partem*, deinde *finem*, vt in formula τέρμα βίοιο et βιότοιο, quae saepissime legitur in

Anthologia. Significat vero etiam *terminum*, et *calcem*, h. e. locum illum circi, vbi stabant post decursa legitima spatia ad palmam accipiendam, (v. *Salmas.* exercitatt. in *Solin.* p. 642.) item *metam*, circa quam quadrigas flectebant. Saltem *Hesychius*: τέρμα· σημεῖον, τέλος ζωῆς, καμπτὴρ, ἔσχατον. Et *Suidas*: τέρμα· τέλος, ὅρος, ἢ καμπτήρ. Sicut igitur metae in circo sunt signa, quae certaturis, quo cursus dirigendus sit, indicant: ita potuit poeta nomine τέρμα omnino ita vti, vt idem esset quod σημεῖον, *signum*. Iam cum μέλη θήρεια recte possint de *pedibus ferarum* intelligi, apparet τέρματα θηρείων μελέων esse *vestigia ferarum*. Verior mihi videtur haec explicandi ratio, quam prior illa loco supra laudato a me proposita. Nam τέρμα potest quidem de *planta pedis* dici, quae notio in *Stephani* thesauro aliisque lexicis nomini illi tribuitur, quatenus extrema corporis pars est. Et *Suidas* habet etiam haec: τέρμα δὲ τὰ τελευταῖα καὶ πόδες, np. τοῦ ὄρους. Sed etiamsi vel maxime verum esse demus, quod olim opinatus eram, τέρματα θηρείων μελέων dictum esse pro τέρματα θηρίων s. θηρῶν, vt τέρματα sint *pedes*: quis ferat, canes dici pedes ferarum inuestigare? Imo inuestigant vestigia, signa pedum. Caeterum in iisdem Commentarr. Vol. IV. p. 33. *Buttmannus* legi iubet πέρματα, et ex ista lectione exsculpit hunc sensum: *naribus inuestigans minutas ferini corporis particulas* per aerem transfusas.

Versus 237 — 239. seruauit nobis *Plutarchus* sympos. 1, 2, 5. et duo posteriores etiam in lib. de facie in orbe lunae c. 14. T. II. opp. p. 927. F. vtroque in loco eo consilio, vt ostenderet, omnia in hoc mundo apte et vtiliter esse disposita. Etiam *Stephanus* hos versus inseruit poesi philos. p. 26.

Versu 237. non satis perspicuum est, quo pertineat pronomen τοῦτο, quanquam ex iis, quae in priore loco *Plutarchus* huic ῥήσει praemisit, videri cuiquam possit ad τὸ πῦρ referendum esse, quod pendeat ab omisso verbo τέτα-

ται. Nam praecedunt haec verba: τὸν θεὸν ὁρᾷς — οὐ πανταχοῦ τὸ πῦρ ἄνω τάττοντα, καὶ κάτω τὴν γῆν, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ χρεῖαι τῶν σωμάτων ἀπαιτῶσι. Sed mihi videtur potius τοῦτο pertinere ad totam istam doctrinam: ignem non semper sursum ferri; et potest e verbo ὄψει intelligi δῆλόν ἐστι, vel simile quid. Conchae recte vocantur θαλασσονόμοι, *mare habitantes*, et βαρύνωτοι, *grani tergore onustae*, nempe testa.

Vers. 238. ναὶ μὴν, si verum et genuinum est, explicandum videatur, *nimirum*. Sed vix dubito, quin καὶ μὴν cum *Xylandro* legendum sit. Κήρυκες sunt *murices*, vt ap. *Aristot.* H. A. 4, 4. fere extr. Nam species eorum refert formam buccini, quo sonus editur, vnde etiam ipse murex Latine vocatur *buccinum*. v. *Plin.* H. N. 9, 36. Λιθόρρινος, *saxea testa s. saxeo scuto munitus*, est haud dubie i. q. κραταίρινος, quod epitheton τῆς χελώνης extat in oraculo apud *Herodot.* 1, 47. h. e. *valida testa munitus*. *Plinius* H.N. 9, 33. „firmioris testae murices, et concharum genera." Huc pertinent etiam haec verba *Galeni* lib. 3. de alimentor. facultate T. IV. opp. ed. Basil. p. 348. 27. σαφῶς ὀστράκῳ παραπλήσιον, ἢ λίθῳ, τὸ ἔξωθεν αὐτοῖς (np. τοῖς ὀστρακοδέρμοις ζώοις) περιπεῖμενον σκέπασμα ἐστί. Cf. Geopon. 13, 10, 4. Sed χέλυον siue χέλυς, id quod docet locus Herodoti modo laudatus, h. l. est i. q. χελώνη, *testudo*. Caeterum post hunc versum in altero *Plutarchi* loco sequuntur ante versum sequentem haec verba: καὶ παντὸς ὀστρέου φύσιν (ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς) καταμανθάνων. E quibus saltem καταμανθάνων Empedocleum esse nego.

Versum 238. verto: *vbi videbis terram supremas corporis partes occupare*. Scilicet videtur Empedocles statuisse, chelonium ac testam limacis maxime e terrae particulis esse composita, quippe grauiora cuti simplici.

Versum 240. habet *Simplicius* ad *Aristot.* phys. 2, fol. 74. b. Φλὸξ est *ignis*. v. supra §. 9. ad n. 199. p. 210. Possit tamen etiam *sol* h. l. intelligi, vel *luna*. Certe *Hesy-*

chius habet hanc glossam: ἰλάειρα· σελήνη. Cf. ad vers. 171. Et epitheton ἰλάειρα luci potius quam igni elemento debetur. Nam proprie quidem est *hilaris*, sed ita interpretandum, vt cum pallida mors a Latinis dicitur, h. e. *hilaritatem afferens*. Caeterum forma huius adiectiui prorsus insolens notanda est, cuius masculinum haud dubie fuit ἰλάων vel ἰλαὴρ, quorum neutrum adhuc mihi innotuit. Nemo tamen ideo suspectam hanc formam habeat. Saltem nec feminini βιοθρέπτειρα, quod in *Orphei* hymn. 26, 13. legitur, masculinum reperire potui. Et feminini ἀντιάνειρα ne potest quidem masculinum adiectiuum esse. Μινυάδιος est h. l., ni fallor, i. q. μικρὸς vel ὀλίγος. Pro ψυχε autem rescribendum fuit τύχε, *nactus est*. Nam *Simplicius* hoc agit, vt Empedoclem ostendat omnia casui fortuito tribuisse.

Versus 241 — 243. desumsi e *Galeni* commentar. 2. ad *Hippocrat.* epidem. 6. T. V. opp. p. 472. ed. Basil. Habet etiam *Stephanus* in poesi philos. p. 26. Quodsi cui displicet interpretatio supra §. 14. p. 397. sqq. a me proposita, legat ille γαστρὸς vel μήτρης pro γαίης. Quae ratio sane placere mihi coepit.

Versus 244 — 246. habet *Aristoteles* de generat. animm. 1, 18. sed ita vt inter vers. 244. et 245. sq. interiecta sint verba sat multa, vtque exhibeat ἡ μὲν ἐν ἀνδρός. Omninoque eum minus diligenter in afferendis his versibus Empedocleis versatum esse, iam *Philoponus* ad h. l. fol. 17ᵇ a. animaduertit. v. §. 14. ad n. 136. sq. p. 388. sq. Idem *Aristoteles* de generat. animm. 4, 1. verba μελέων φύσις explicat verbis τὸ σῶμα τοῦ σπέρματος, et Empedoclis versus ad sensum laudat sic:

ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις· ἡ μὲν ἐν ἀνδρὸς,
ἡ δ' ἐν γυναικός.

Eodem prorsus modo *Philoponus* ad h. l. fol. 81. b. nisi quod ἀλλὰ omittit. Equidem ambo versus et hemistichium coniungendos putaui, sed etiam paulo aliter, quam vulgo

leguntur, legendos. Nam cum praepositioni ἐν ante genitiuum ἀνδρὸς locum esse non posse intellexissem, pro ἐν ἀνδρὸς reposui τἀνδρὰς, h. e. τοῦ ἀνδρὸς, interprete *Biseto* ad *Aristoph.* Thesmophor. 820. Et sic τἀνδρὸς saepe legitur apud poetas, vt apud *Sophocl.* Trach. 351. 788. etc. Quae ratio si cui displiceat, legat is ἡ μὲν ἄρ' ἀνδρός. Deinde cum versum 245. *Aristoteles* ita laudauerit:

ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι· τὰ δὲ τελέθουσι γυναῖκες,

vbi particula δὲ post ἐν alieno loco posita est: verba ἐν δ' ἐχύθη mutaui in ἐγκέχυται, et deinceps posui θερμοῖσι pro καθαροῖσι, quia nimis contorta videbatur interpretatio, si quis καθαροῖσι construere vellet cum ψύχεος, vt καθαρὰ ψύχεος, *pura a frigore*, dictum esset pro θερμὰ, np. μέρη τῆς μήτρης. Denique quamuis δὲ ante τελέθουσι ferri ob caesuram possit, praetuli tamen δ' ἐπελέθουσι, quo verbo Empedocles vsus est vers. 42. et 101. Quae deinde sequuntur, τὰ ψύχεος ἀντιάσαντα, *quae frigus participant*, significant τὰ ψυχρὰ, vel potius, *quae in frigidiores veteri partes peruenerunt.* Cum vero, ex mea quidem emendatione, quam viris me doctioribus iudicandam relinquo, verborum ordo sit hicce: ἡ μὲν τοῦ ἀνδρὸς φύσις μελέων (*causa existentiae s. ortus membrorum virilium*, h. e. semen, quo mares gignuntur) ἐγκέχυται θερμοῖσι· τὰ δὲ ψύχεος ἀντιάσαντα ἐπελέθουσι γυναῖκες, verba τὰ δὲ — ἀντιάσαντα non ad nomen μελέων pertinere puto, quae olim fuit mea opinio, sed sic explicanda: τὰ δὲ φύσεως μελέων μέρη, *eae vero seminis partes, quae* etc. Si cui tamen aliter interpretari hunc locum placeat, potest is forsitan iis quoque vti, quae dixi §. 14. p. 388 — 396. et in Commentarr. societ. philolog. Lips. Vol. I. p. 262 — 264. Cf. quae sententiae meae opposuit *Buttmannus* Vol. IV. eorundem commentarr. p. 32. sq.

Versum 247. *Plutarchus* quaestt. naturr. 21. T. II. opp. p. 917. C. ideo affert, vt Venerem in homine frigere sine Libero et Baccho ostendat. Puto autem, eum valde cor-

ruptum esse. Certe ego quidem, quomodo intelligendus sit, non capio. Neque enim video, quo pertineat τῷ, neque quid sibi velit εἴτε. Sed τι puto regi a participio ἀμίσγων, quanquam quid spectet illud pronomen, rursus non perspicio; et πέψις haud dubie est *concoctio*. *Wyttenb.* legendum suspicatur:

τοὺς δέ τε καὶ κόθος εἶλε δι' ὄψεως ἄντ' ἀναμίσγων.

Versus 248. extat ap. *Aristot.* de generat. animall. 4, 8. vbi agit de lacte. v. quae de isto loco e *Philopono* attuli §. 14. ad n. 189. p. 406. Vocabulo πύον significatur *pus*.

Versus 249 — 273. *Aristoteles* de respiratione c. 7. (all. c. 5.) tractauit, *Stephanus* poesi philos. p. 17. sq. inseruit, *Vatablus* et *Ios. Scaliger* et *Nic. Leonicus Thomaeus* Latina metaphrasi donarunt, quarum illas e *Stephani* lib. laud. p. 12. sq. supra exhibui §. 14. p. 427. sq. tertiam dabo ad vers. 273. p. 617 Superest vt de verbis singulis videamus.

Vers. 249. sq. ἀναπνεῖν est *respirare*, h. e. spiritum recipere pulmonibus animam attrahentibus, sed ἐκπνεῖν, *exspirare*, h. e. spiritum emittere, cum pulmones animam reddunt. Non igitur huc pertinet definitio ista *Galeni* ad *Hippocrat.* περὶ ὑγιεινῆς διαίτης T. V. opp. ed. Basil. p. 30, 23. ὀνομάζω δὲ ἀναπνοὴν, τὴν διὰ τοῦ στόματος ἔξω τε καὶ εἴσω φορὰν τοῦ πνεύματος. Quae deinceps commemorantur, λίφαιμοι σαρκῶν σύριγγες, *fistulae* s. *canales* s. *venae carnium*, *sanguine carentes*, siue, vt *Leonicus Thomaeus* ad *Aristot.* parua naturalia p. 338. explicat, *non plenae, neque redundantes sanguine*, verisimiliter significant vasa cutanea vel lymphatica. Verba πύματον κατὰ σῶμα τέτανται verto *per extremum corpus expansae sunt*, vel, vt *Leonicus* l. l. *per corporis superficiem*.

Vers. 251. σφιν, *in earum vsum*, pertinet ad σύριγγας. Potest tamen etiam cum *Leonico* ad animalia referri. Verba ἐπὶ στομίοις (ita enim lego pro ἐπιστομίοις, quod a Leonico vertitur *foraminibus*) arbitror sic explicanda: *praeter* s. *iuxta spiracula* s. *emissaria* s. *exitus*, np. τῶν συρίγγων.

Sed πυκνοῖς ἄλοξι τέτρηνται interpretor: *crebris sulcis s. foraminibus perforatae sunt s. patent*, nisi πυκν. iunxeris cum στομίοις. *Leonicus* ἄλοξι reddit *venulis et fistulis.*

Vers. 252. τέρθρα, *summitatos*, bene dedit *Steph.* pro vitioso τέθρα. Ex eiusdem *Stephani* emendatione pro φανὸν, *lucidum*, edidi φόνον, h. e. *sanguinem.*

Vers. 253. verbum πεδθεῖν *Leonicus* vertit *cohibere.* Αἰθὴρ est *aura, aër*, vt vers. 255. Pro εὐκορίαν restituenda forsitan fuerit forma Ionica εὐκορίην. Intelligitur autem *facilis meatus*, h. e. introitus et exitus. Nomine δίοδος significatur *bivium, via duplex*, i. e. *bifidae nares*, interprete *Leonico*, et τετμῆσθαι, *diuisum esse*, est verbum speciei pro verbo generis εἶναι vel παρεσκευάσθαι vel simili.

Vers. 254. ἔνθεν cohaeret cum καταβήσεται. Verbum ἐκαΐσσειν, *irruere*, est *cum impetu et celeriter aduenire. Leonicus* interpretatur *recedere.* Τέρεν αἷμα possit explicari *sanguis humidus* s. *liquidus*, vt τέρεν sit epitheton pene otiosum. quemadmodum apud *Homerum* Il. γ, 142. vbi τέρεν ὕδωρ legitur, scholiastes addidit hoc glossema: τέρεν, τρυφερὸν, ἀντὶ τοῦ ὑγρόν. Cf. ad π, 11. et τ, 323. vbi itidem τέρεν per ὑγρὸν exponitur. Sed potest etiam, et rectius, vt opinor, proprie de *sanguine tenero* accipi, quoniam sanguis, quippe per angustos canales fluens, teneris particulis compositus sit necesse est. *Leonicus* quoque explicat *mollis.*

Vers. 255. παφλάζειν est *aestuare, feruere*, et οἶδμα μάργον, *fluctus* s. *fluxio vehemens, magna celeritas.* Nam proprie vocabula duo priora de mari et vndis dicuntur. *Homer.* Il. ν, 798. κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης. *Hesiod.* theogon. 109. κύντος οἴδματι θύων. Cf. ibid. vers. 131. et infra vers. 272. Sed recte de aëre quoque dici posse, facile quilibet largitur. Μάργος autem, praeterquam quod etiam alia significat, est vel *insanus*, vel *petulans. Hesychius:* μάργος· μαινόμενος, ὑβριστής. Illius notionis exemplum habes ap. *Homer.* Odyss. ψ, 11. vbi

v. *Eustath.* p. 1936, 51. Cf. *Suid.* Petulantiae notio huic vocabulo inesse videtur in loco *Hesiodi* apud *Athenaeum* 10, p. 428. C.

ὅστις ἄδην πίνει, οἶνος δέ οἱ ἔπλετο μάργος,

nempe quia vinum reddit petulantes. Sed rectius, ni fallor, *οἶνον μάργον* interpretari possumus *vinum insigniter multum et copiosum.* Solent enim vocabula insaniam proprie indicantia saepe transferri ad egregiam magnitudinem et multitudinem significandam, in vtraque lingua, vt in nostro loco. Sic in *Lini* quodam loco, qui exstat in *Stobaei* sermonibus p. 135. ed. *Schow.* *ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς.* Caeterum pro *καταβήσεται* Exp. *Harlesius* in historia physiologiae sanguinis p. 42. edidit *καταΐσσεται*, *Fulii Pacii* editionem secutus. Iam quanquam eadem ex vtraque lectione sententia-pronenit, ego tamen cum *Sylburgio* praetuli *καταβήσεται*, quoniam elegantius videbatur, futurum positum esse pro praesenti vel pro *descendere solet.*

Vers. 256. *ἀναθρώσκει*, *ascendit*, *sursum fluit*, quin ad sanguinem referendum sit nemo dubitat. Sed *ἐκπνεῖ* vtrum vertendum sit *exspirant*, *spiritum reddunt*, vt pertineat ad nomen *πάντα*, quod erat vers. 249. h. e. *πάντα τὰ ζῶα*, an *spiritum reddit*, vt ad sanguinem referatur, dubitari potest. Praefero tamen hanc alteram rationem.

Vers. 257. De *πλεψύδραις* dixi §. 14. p. 429. sq. Quia tamen ea, quae *Simplicius* ad *Aristot.* de coelo 2, fol. 127. b. de iis exposuit, non parum conferre putabam ad illustrandum locum Empedoclis, huc ea transscribere placuit. *ἡ πλεψύδρα*, inquit, *ἀγγεῖόν ἐστι στενόστομον, πλατεῖαν ἔχον τὴν βάσιν, μικραῖς ὀπαῖς διατετρυπημένην, ὅπερ ὑδράρπαγα καλοῦσιν· ἀπολυθέντος γὰρ εἰς τὸ ὕδωρ τοῦ ἀγγείου, τοῦ ἄνωθεν στομίου ἐπιπωματισθέντος, οὐκ εἰσέρχεται ὕδωρ διὰ τῶν ὀπῶν, διὰ τὸ ἅμα ὅλον τὸν ἐν αὐτῷ ἀέρα ἀντέχειν τῷ ὕδατι καὶ κωλύειν τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω πάροδον αὐτοῦ, τῷ μὴ ἔχειν δι' οὗ ἂν αὐτὸς διέλθῃ· ἀφαιρεθέντος δὲ τοῦ ἐπιπωματίζοντος τῷ στόματι ἄνω-*

ϑεν, εἰσέρχεται τὸ ὕδωρ, τοῦ ἀέρος ὑποχωροῦντος αὐτῷ. ἀλλὰ καὶ τῆς πλεψύδρας πληρωϑείσης ὕδατος, εἰ ἐπικωματίσει τις τὸ στόμιον ἄνωϑεν, ὥστε μὴ εἰσέρχεσϑαι, οὐκ ἐκρέει διὰ τῶν ὀπῶν τὸ ὕδωρ, ὡς μὴ μένειν τὸ ἀγγεῖον κενὸν, μὴ εἰσερχομένου τοῦ ἀέρος σύτε διὰ τοῦ ἄνωϑεν στομίου, τοῦ ἐπικωμαγιζομένου, οὔτε διὰ τῶν κάτωϑεν ὀπῶν δίοδον τοῦ ὕδατος ἐχουσῶν. Cf. *Heronis* Alexandrini pneumatica; in Mathematicorum veterum operibus, a *Themistio* recensitis, Paris. 1693. fol. p. 145. sq. Pro δι' εὐκετέος rescripsi vno verbo διευκετέος, vt διευκ. χαλκοῖο sint genitiui materiae, atque adeo πλεψύδραι διευκ χαλκ. nihil sint nisi πλεψύδραι χαλκαῖ. Nam διευκετὴς quia idem sit quod εὐκετὴς. *facile cadens* s. *decidens*, *non in superficie supernatans*, h. e. *grauis*, dubitari a nemine potest, nisi si quis nesciat, διευϑετεῖν et διευτυχεῖν et διευλαβεῖσϑαι non differre a verbis εὐϑετεῖν et εὐτυχεῖν et εὐλαβεῖσϑαι. *Leonicus* reddit *conflatum et mallep deductum*.

Vers. 258 αὐλοῦ πορϑμὸς est *fistulae meatus* s. *orificium* s. *cauum*. Verba ἐπ' εὐειδεῖ χερὶ ϑεῖσα vel proprie accipi possunt: *pulchrae manui imponens* s. *admouens*, np. ne aqua effluat, ante quam puella velit, vel sic verti: *pulchra manu occludens* s. *obturans*, vt verba illa dicta sint pro τοῦ χώματος εὐειδεῖ χερὶ ἐπιτεϑέντος πλειουσα. Verum praestat ratio prior.

Vers. 259. coniunctiuus βάπτησι vtrum a coniunctione ὅταν pendere dicendus sit, an ab εὖτε, incertum est. Nam εὖτε non modo indicatiuum sibi iungere solet, sed interdum etiam coniunctiuum. v. supra vers. 4. 115. Sed magis placet, vt βάπτησι referatur ad εὖτε, atque adeo παίζουσα absolute positum sit pro παίζουσα ᾖ, h. e. παίζῃ, cuius generis exempla innumera reperiuntur (v. vel vers. 283. et Lexicon Xenophonteum in v εἶναι nr. 20.). Cum igitur vers. 260 — 263. reuera pertineant ad protasin comparationis, debebant proprie quidem coniunctiui sequi, ἐσέρχηται, εἴργῃ, et ἐσέρχηται. Sed Empedocles versus

istos magis pendere iussit ab aduerbio ὥσπερ, quam a coniunctione εὖτε, ita vt οὐδὲ nihil sit nisi καὶ ὥσπερ οὐ. quae est ratio in comparationibus satis vsitata. Ἀργύφεος est *candidus, splendidus.* Schol. Homer. Il. σ, 50. ἀργύφεον· — λαμπρόν. Sed εἰς ὕδατος τέρεν δέμας, *in aquae tenerum corpus*, nihil aliud h. l. potest significare, quam εἰς ὕδωρ.

Vers. 260. ἔτι significat *adhuc*, atque adeo οὐδὲ — ἔτι, *necdum*. et ὄμβρος est *aqua*, vt vers. 266. v. ad vers. 72.

Vers. 262. ἀποστεγάζειν, *detegere*, videtur h. l. significare *operculum manumue tollere*, atque adeo *libere fluere pati*. Nam πυκινὸν ῥόον, *fluxum per crebra foramina*, puto idem esse quod ὕδωρ ῥέον διὰ τρημάτων πυκνῶν. Sed *Leonicus* aëris fluxum intelligit.

Vers. 263. et 269. πνεῦμα vocatur, quod vers. 261. ἀὴρ, et αἴσιμόν significat i. q. χρήσιμον. *Hesych*: αἴσιμον· — ἀγαθὸν, συμφέρον, καὶ τὰ ὅμοια.

Vers. 264. verba ὡς δ' αὖτως, cum non apodosin, vt vers. 270. sed alteram partem protaseos comparationis constituant, patet verti posse: *quemadmodum item*. Particulae ὅτε coniunctiuum iunctum reperias etiam ap. *Homer.* Il. φ, 323. et Odyss. ξ, 60. vbi tamen indicatiuum habet *Eustathius* p. 1750, 51. Et sane hoc quoque loco mallem ἔχει, quam ἔχῃ, quia sequuntur ἐρύκει et ὑπεκθεῖ, qui indicatiui pendent ab eadem particula. Sed ὅτ' ἔχει κατὰ haud dubie accipiendum est pro ὅτε κατέχει, *cum occupauit, tenet*. βένθεα χαλκοῦ, *fundum vasis aenei*. Ita etiam *Leonicus*.

Versus 265. pene ad verbum verti potest: *meatu ac transitu* (i. e. *orificio*, inquit *Leonicus*) *manu humana obstructo*. Scilicet vel χροΐ de *manu* intelligendum est, vel reponi debet βροτέῃ χερί.

Vers. 266. αἰθὴρ ἐντὸς, *aër extrinsecus*, explicari potest verbis ὁ ἐντὸς ἀὴρ, *aër externus*, vt est ap. *Aristot.* problem. 16, 8. qui locus omnino locum Empedocleum egregie

illustrat. Ad participium λελιημένος supplendus est infinitiuus εἰσέρχεσθαι, vt ἔσω λελ. sit *intro tendens.*

Vers. 267. πύλας interpretor *orificium*, *Leonicus* autem *foramina*, et ἰσθμὸς a *Theodoro Gaza* in loco *Aristotelis* modo laudato vertitur *colum*, *id est*, *foramina inferiora.* Neque ego habebam quod dicerem melius, nisi forte reponendum putes ἡθμοῖο, quemadmodum apud *Xenoph.* memm. 1, 4, 6. interpretes maluerunt ἡθμὸν, quam ἰσθμὰν, quae lectio extat in Cod. Leid. et in ed. Paris. Sed ἰσθμὸς iste videtur ideo vocari δυσηχὴς, *grauiter* vel *male sonans*, quia aqua, dum effluit, strepitum edit; et aër dicitur ἄκρα κρατύνων, *summas partes* s. *superficiem tenens*, vt aqua vers. 264. dicebatur κατέχειν βένθεα χαλκοῦ.

Vers. 268. χειρὶ μεθιέναι, *manu remittere*, est *manum ex parte amouere*, et pertinet, opinor, verbum μεθῇ ad nomen παῖς, quod erat vers. 256. Αὖ πάλιν est notus pleonasmus pro αὖ, sed ἔμπαλιν ἢ κρὶν significat *contra quam antea.*

Vers. 269. De nominibus πνεῦμα et αἴσιμον dixi ad vers. 263. et ὑπεκθεῖν est *sensim effluere.*

Vers. 270. Verba ὡς δ' αὖτως apodosin incipiunt ad protasin vocabulo ὥσπερ versu 256. institutam. De adiectiuo τέρεν, vbi sanguinis epitheton est, v. ad vers. 254. Κλαδᾶν siue κλαδάσσειν est *agitare*, *mouere.* *Hesychius:* κλαδᾶσαι· σεῖσαι. Et διὰ γυίων, *per membra*, iam *Stephanus* vidit reponendum esse pro δι' ἀγυιῶν, quae verba *Leonicus* interpretatur *per latas vias*, *i. e. venas.*

Vers. 271. παλίνορσος est *retrogradus*, *retrocedens.* Sed quamuis neutrum h. l. ad αἷμα referri possit, tamen verterim per aduerbium *retro*, et ἐπαΐσσειν μυχόνδε, *ad intima ruere* s. *ferri.* *Leonicus* addit *deorsum.*

Vers. 272. οἴδματι θῦον est *fluctu aestuans.* Cf. ad vers. 255. *Leonicus* vertit *ceu fluctus a ventis impulsus.* Idem verba ῥεῦμα κατέρχεται explicat *aër ingreditur.*

Vers. 273. ἶσον siue *aequalem portionem* vertas, siue aduerbialiter explices *aequaliter*, *eodem modo*, non peccabis.

Leonicus praetulit posterius. Vertit enim *similiter*, et ὀπίσσω, *extra*, vt ἀναθρώσκειν, *sursum ferri*. Refert autem hoc verbum ad sanguinem, sed ἐπνεῖ ad aërem. Restat vt metricam *Leonici* versionem Latinam, cuius supra mentionem feci, huc transscribam e commentario laudato p. 368. sq.

Sic et respirant alterno animalia motu
Omnia, et exspirant: sic cunctis sanguine cassae
Venae extenduntur summum per corpus, et arctis
Sunt adeo sulcis crebroque foramine fissae
Extremae nares, vt clarum impune cruorem
Compescant: aether vero sibi limite bino
Findat iter facile, vt cum iam discesserit intro
Ipse tenet sanguis, neu detur inane, repente
Descendit reboans animosis fluctibus aër.
Quando autem resilit, vice rursum exspirat anhela:
Vt cum clepsydris fabricatis aere nitenti,
Colludens virgo cultus accommodat hortis
Pensilibus, pulchramque manum superindit hianti
Fistulae, et in liquidis vndis vbi merserit illam,
Non iam continuo fluxu subit imber: at ipsum
Aëris interior ad crebra foramina moles
Illabens prohibet, donec pandantur aperto
Ore viae: demum tum deficiente vicissim
Flamine, pulchra subit crepitanti murmure lympha.
Consimilique modo sedes humore profundas
Aeris habente, manu obstructo candente meatu,
Indugredi cupiens aether extrinsecus imbrem
Arcet circa isthmi portas resonantis, et obstat,
Cuncta extrema tenens: donec lasciua remittat
Nympha manum: tunc rursus aquae contraria moles
Defluit e spissis redeunti flamine riuis.
Nempe modo simili per latas sub cute venas
Ipse tener sanguis turbatus ad intima labens,
Cum retro irruerit, fluxus simul ingruit alter:
Alternosque ciet natura reciproca fluctus.

Cum vero exsiluit sanguis, simul aëra rursum
Exspirare retro parili ratione necesse est.

Omnino legenda sunt, quae *Leonicus* ad illustranda tam Aristotelis quam Empedoclis verba prolixe disputauit p. 337. sq. et p. 340. vbi, postquam p. 336. multam in verbis Empedoclis cum nouitatem et insolentiam, tum in sententiis obscuritatem, licentioso scribendi stylo, reperiri agnouerat, non eum cuiuis e populo, sed sapientibus scripsisse docet, et paucis, qui prima philosophiae mysteria literis mandare decreuerint, ostenditque, si h. l. per *sanguinem* intellexerimus cum calentem tum refrigeratum spiritum, variis pro alterationis modo motionibus excitum, per *venas* autem, et latentes et manifestos corporis meatus, non multum Empedoclis de respiratione opinionem ab iis, quae Anaxagorae et Diogeni et Democrito adscribuntur, distare videri sententiis, eoque rationis modo recte defendi posse.

Versus 274 — 283. desumsi ex *Aristot.* de sensu c. 2. et *Alexandri Aphrodis.* in hunc locum commentario fol. 96. b.

Vers. 274. πρόοδον νοέων explico *in publicum prodire volens*; et ὡπλίσσατο (*Alex. Aphrod.* ὡπλίσατο), *sibi parat. Hesychius:* ὡπλίσατο· παρεσκευάσατο.

Vers. 275. διὰ νύκτα χειμερίην, *propter s. per noctem hibernam.* Verba σέλας πυρὸς, *fulgorem ignis*, pertinent per appositionem ad λύχνον, sed participium αἰθομένοιο videtur epitheton ignis otiosum esse. nisi quis verborum ordinem putet hunc esse: λύχνον, σέλας πυρὸς διὰ νύκτα χειμερίην αἰθομένοιο, vt ignis dicatur eo magis lucere, quo maiorem caliginem nox terrae obduxerit. Quae tamen interpretatio minus placet.

Vers. 276. pro ἀμοργοὺς ex *Alex. Aphrod.* recepi ἀμουργούς. Nam hoc magis Ionicum videbatur, neque solum *Suidas* et *Phauorinus* nomen ἀμουργοὶ explicant nomine λαμπτῆρες, sed *Alexander Aphrod.* fol. 97. a. ita de loco Empedoclis disserit: ἀμουργοὺς λέγοι ἂν τοὺς λαμπτῆρας τοὺς παρεπτικοὺς, ἀπὸ τοῦ ἀπερύκειν (legerim ἀπὸ τοῦ

ἀπείργειν ἤγουν ἀπερύκειν.) τὰ πνεύματα, καὶ σβέσειν τὸ περιεχόμενον ὑπ' αὐτῶν πῦρ· ἢ ἀμουργεῖς τοὺς πυκνοὺς, διὰ πυκνότητα ἀπερύκοντας τὰ πνεύματα. Ex mea quidem sententia λαμπτῆρες ἀνέμων ἀμουργοὶ sunt *lucernae ventos arcentes* a flamma lucernis inclusa, *laternae*, et ἀμουργὸς siue ἀμοργὸς non debet a verbo ἀμέργειν deriuari, quod significat ἐπιέζειν (v. *Eustath.* ad *Homer.* Il. β, p. 218.), sed a verbo εἴργειν siue ἔεργειν. Sed *Schneiderus* V. C. in notis ad Eclogas physicas (Ien. et Lips. 1801. 8.) p. 185. sq. verba παντοίων ἀνέμων putat interpolatori deberi, et nomen ἀμοργὸς negat differre a nominibus μολγὸς, μοργὸς, et Latino *bulga*, ita vt λαμπτὴρ ἀμοργὸς idem sit, quod λ. ἀμόλγινος s. μολγινὸς, *eine Laterne mit Wänden von Blase gemacht.*

Vers. 277. διασκιδνάναι, *dispergere, dissipare*, h. l. est *facere vt venti non vno impetu spirent, sed viribus diuisis*, vt alter ex altera parte ingruat.

Vers. 278. Cum διαθρώσκειν sit *dissilire*, patet, ἔξω διαθρώσκειν significare *exilire* s. *spargi in partes varias.* Ὅσον videtur esse *quatenus*, vt vers. 283. Ταναώτερον vix aliud quid significat, quam μεῖζον. Nam *Alex. Aphrod.* l. l. ταναὸν δὲ, inquit, τὸ πῦρ, τὸ διὰ λεπτότητα τεινόμενόν τε καὶ διεκπίπτειν διὰ τῶν πυκνῶν δυνάμενον. Potest tamen locus, et forsitan rectius, etiam sic explicari, vt ὅσον accipias pro *quanto*, et ante λάμπεσκεν omissa statuas verba τόσον s. τόσῳ μᾶλλον, atque adeo vertas: *quanto maior est*, s. *quanto maiorem flammam habet, tanto magis lucet.*

Vers. 279. pro λάμπεσκεν et ἀπτίνεσσιν *Alex. Aphrod.* habet λάμπεσκε et ἀπτίνεσιν. Neutrum bene. Verba κατὰ βηλὸν interpretanda videntur *in pauimento, in solo, in terra.* Sed *Alexander Aphrod.* dicit: κατὰ βηλὸν δὲ, τὸν οὐρανὸν, np. vt vertendum sit *coelum versus.* Quae explicatio haud dubie *Alexandro* in mentem venit ob locum *Homeri* Il. α, 591. vbi verba ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο Scho-

liastes recte quidem exponit verbis ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, sed statim addit causam, np. quia dii coelo vtuntur pauimento, in quo incedant. Cf. *Eustath.* p. 156. Ἀπτῖνες ἀτειρεῖς, *radii indomiti*, bene tribuuntur flammae, quae, per laternam tuta a vi ventorum, non facile extinguitur, et cui tenebrae, per quas illa penetrat, resistere nequeunt.

Vers. 280. scribendum videri poterat ὣς δε, vt est apud *Alex. Aphrod.* non ὡς δὲ, quia ὣς scribi solet tum, cum significat *sic, similiter*. Omisi tamen accentum, quia *Phauorinus* sine accentu haec habet: ὡς μὲν, ὡς δὲ, καὶ ὡς δ' αὖ, ταυτόν ἐστι τῷ ὡσαύτως. Pro τό τ' parum aberat quin scriberem τὸ, nisi meminissem, quae obseruarunt Grammatici de pleonasmo huius coniunctionis, vt *Phauorinus*: τὸ σύνδεσμος παρὰ μὲν τοῖς κοινοῖς, καὶ τοῖς τραγικοῖς ποιηταῖς, καὶ τοῖς κωμικοῖς, οὔποτε περιττὸν τίθεται· παρὰ δὲ τοῖς τῷ ἡρωϊκῷ μέτρῳ χρωμένοις πολλάκις. De vocabulo μήνιγξ dixi quaedam ad vers. 210. e quibus facile intelligitur, quid h. l. significet, np. *membranam quae oculi pupillam ambit*. Sed diserte *Alex. Aphrod.* l. l. fol. 99. a. μήνιγγα δ' ἂν λέγοι, inquit, τὸν τὴν κόρην περιέχοντα χιτῶνα. Deinde iterum affert versum Empedoclis, ita vero deprauatum:

ὣς δ' ὁπότε μήνιγξιν εἰργόμενον ὠγύγιον φῶς.

Vbi εἰργόμενον apparet glossema esse participii ἐεργμένον, et φῶς nominis πῦρ, quod cur ὠγύγιον, i. e. ἀρχαῖον (v. *Hesych.* in v. ὠγυγίου), appelletur, non facile dictu est. Fortassis, vt intelligatur ignis elementum.

Vers. 281. ὀθόναι sunt itidem, vt paulo ante μήνιγγες, h. l. *velamina, cuticulae, membranulae*. *Alexander Aphrod.* fol. 97. a. πρὸς τὸ ὄνομα τῆς κόρης, inquit, χρησάμενος ποιητικῶς ταῖς ὀθόναις ἀντὶ τῶν ὑμένων. Quod sequitur, ἐχεύατο, passiue accipiendum: *diffunditur*, et ad accusatiuos κύκλοπα κούρην supplenda est praepositio ἀνα, *per circularem oculi pupillam* s. *pupulam*. Caeterum apud *Alex. Aphrod.* λεπτῇσι editum est, et *Eustathius* ad Odyss. a, p.

392, 37. respexit ad Empedoclis verba, ὅτι δὲ, inquiens, ὁ κύκλωψ ὁριμέως ἤτοι μυκέως ἐρρέθη καὶ θηλυκῶς ἐπὶ ὄψεως, δηλοῖ ὁ εἰπὼν κυκλώπια κόρην. Et ad v. 1381, 26. ita de nostro loco disserit: ὡς ἐκ τοῦ Κύκλωπος τοῦ ποιητικοῦ παραποιήσας Ἐμπεδοκλῆς κύκλωπα κούρην ἔφη τὴν τοῦ ὀφθαλμοῦ κατὰ λόγον ὁριμύτητος, ἰδηλώθη καὶ ἀλλαχοῦ. Retulit igitur epitheton κύκλ. ad visum acrem, quod mihi quidem displicere fateor.

Vers. 282. βένθος ὕδατος ἀμφιῤῥόντος, *profunditas aquae circumfluentis*, est *humor pupulam circundans*. Cf. *Lactant.* de opif. Dei 10, 3. Ἀπέσχεγον vertendum videtur *intus coercent* s. *continent*, *non effluere patiuntur*.

Vers. 283. διαθρῶσκον dictum putandum est pro διαθρώσκει, nisi post hunc versum statuas alium excidisse, qui contineret verbum aliquod finitum. v. ad vers. 259. Sed ante ὅσον videtur omissum esse τόσῳ πλέον s. μᾶλλον. Cf. ad vers. 278. Caeterum *Nic. Leonicus Thomaeus* in commentario ad *Aristotelis* parua quae vocant naturalia p. 25. totum locum nostrum ita reddidit versibus latinis:

Ac veluti prudens hyberna nocte viator
Lychnum flagrantis fulgorem praeparat ignis;
Ac prohibitricem ventorum hinc inde frementum
Laternam accendit, qua retropellitur auri
Spiritus efflantis, tum quanto limite fertur
Exiliens lumen, radiis loca senta relucent
Indomitis, adeo vis magna emanat ab igni:
Sic ille antiquus, coelesti fomite nobis
Ingenitus, qui membranis includitur, ignis,
Pupillam velis subtilibus vndique tectam
Continet, et miris communit viribus orbem:
Quae circumfluitantis aquae canaeque profundam
Circumdant sedem: sed longe acerrimus extra
Dissiliens ignis leuioribus emicat alis.

Versus 284. laudatur a *Strabone* 8, p. 364. ed. *Casaub.* vbi plura apocopes exempla collegit, vt Μίσση pro Μεσ-

νήνη, βρῖ pro βριθὺ et βριαρὸν, ῥᾳ pro ῥᾴδιον, λι pro λίαν etc. Et tum eodem modo dicit apud Empedoclem ὄψ legi pro ἡ ὄψις, eiusque verba affert. In *Excerptis e Strabone* (in *Hudsoni* geographiae vet. scriptorib. minorib. T. II.) p. 119. non nisi haec leguntur: Ἐμπεδοκλῆς δὲ, μίαν λέγει συλλαβὴν, ὄψ· τοῦτ' ἔστιν, ὄψις, omissis Empedoclis verbis. *Eustathius* ad Iliad. β, p. 294. sq. vbi a ipse habet eiusmodi apocopes exempla, nomen ὄψ prorsus omisit. *Aristoteles* vero de poet. c. 21. quam ἀποκοπὴν *Strabo* vocat, nominat ἀφῃρημένον, et exempli causa haec addit: οἷον, τὸ πρῖ (pro πρῖνον), καὶ τὸ δῶ (pro δῶμα)· καὶ, Μία γίγνεται ἀμφοτέρων ὄψ, nomine Empedoclis neglecto. Grammatici varia praecipiunt, v. c. *Hesychius*: ὄψ· ὄψις, ὀφθαλμὸς, ἢ φωνή. *Suidas* vero: ὄψ, ἡ φωνὴ, διὰ τοῦ ο μικροῦ. καὶ πλίνεται ὀπός. Item: ὠψ, ὠπὸς, τὸ πρόσωπον, διὰ τοῦ ω μεγάλου· ὄψ δὲ, ὀπὸς, ἡ φωνὴ, διὰ τοῦ ο μικροῦ. Eadem repetit in v. σπυθρωπάζω. *Phavorinus* in v. Λίθιοψ· — τὸ ὄψ ὀπὸς, ὃ σημαίνει τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸ πρόσωπον. At quanquam ex his satis apparet, quam inconstans sit Grammaticorum de hoc nomine traditio: vnice tamen sequendum puto *Strabonem*, vt ὄψ sit *visus*, et ἀμφοτέρων referatur ad oculos, quorum videtur antea fuisse mentio, atque adeo sensus prodeat hic: *duo quidem sunt oculi, verum ambo non ideo pro singulis rebus vident binas, sed communi opera efficiunt, vt singula appareant singula.* Similiter intellexit *Victorius* V. L. 8, 8.

Versus 285. ab *Athenaeo* 8, p. 334. B. affertur, praemissis nonnisi his: οὐ λανθάνει με, καὶ ὅτι κοινῶς πάντες οἱ ἰχθύες καμασῆνες ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους ἐλέχθησαν τῶν φυσικοῦ. De nomine καμασῆνες dixi ad vers. 235. et εἰνάλιος est *marinus*. Verum quo loco totus versus ponendus sit, et quo illud πῶς referendum, haud equidem dixerim.

Versus 286. laudatur ab *Aristot.* de generat. animm. 4, 23. et a *Philopono* ad h. l. fol. 31. a. Vterque legit μικρά. Sed iam supra §. 14. p. 359. ostendi, e *Theophrasti* de causis

plantar. 1, 7. legendum esse μαπρά. Ibidem de loci Empedoclei sententia exposui. Verbum ὠοτοκεῖ verto: *ouorum loco pariunt* s. *producunt*. Comparantur enim oliuae, vel potius arbores omnes, cum auibus.

Versus 287. et 288. exsculpsi ex his verbis *Theophrasti* l. l. 1, 14. Ἐμπεδοκλῆς ἀείφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπά φησι θάλλειν καρπῶν ἀ. π. ἢ π ἔ ὑποτιθέμενός τινα τοῦ ἀέρος κρᾶσιν τὴν ὡρινὴν κοινήν. Et ex his *Plutarchi* sympos. 3, 2, 2. τὸ δ' ἀειφάλὲς τοῦτο, καὶ, ὡς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, ἐμπεδόφυλλον, οὐκ ἔστι θερμότητος. Si cui tamen lectio Theophrastea potior videatur, scribat ille *aleiφυλλα*. Quod δένδρεα addidi, nemo reprehendet, qui e loco *Theophrasti* ad vers. 286. laudato didicerit, Empedoclem de solis arboribus, non de plantis omnibus, exposuisse. Non autem arbores omnes in loco nostro intelligendae sunt, sed praecipue palmae, φοίνικες, quae non solum longissimi inter arbores cunctas aeui ferūntur esse, verum nec folia vnquam abiicere. v. *Cael. Rhodigin.* lectt. antiqq. 5, 6. et *Plin.* H. N. 16, 26. Cf. 13, 4. vbi dicit, semper frutici pomum esse subnascente alio. De similibus arboribus aliis v. Geopon. 11, 1. ibique interpp. Quaeritur vero, quid sibi velint verba κατ' ἦέρα πάντ' ἐνιαυτόν. Olim quidem, in *Commentariis societ. philol. Lips.* Vol. I. p. 266. vbi de hoc loco disputaui, sic illa vertenda putabam: *quotannis tempore verno*. Scilicet quamuis non ignorarem, ἦέρα alias esse accusatiuum nominis ἠήρ, h. e. ἀήρ, non nominis ἦρ, et quamuis probe scirem, hoc nomen, vt Latinum *ver*, esse generis neutrius: tamen accusatiuum ἦέρα aeque recte censebam significare posse *tempus vernum*, ac ἠερινὸς pro ἠρινὸς dicitur, et videbatur Empedocles non minus ἦρ siue ἠήρ in masculino pro ἦρ neutro dicere potuisse, quam σφαῖρον dixit pro σφαῖρος. (v. §. 11. p. 278.) Praeterea verba κατ' ἦέρα, si vertisses *in aëre*, nimis frigere intelligebam, et *Theophrastus* ipse poterat videri de vere illa cepisse, dum dixit: ὑποτιθέμενος — ἠρινὴν κοι-

νήν. His omnibus perpensis, verba θάλλει καρπῶν ἀφθονίῃσι reddideram: *praecipue vberes fructus ferunt.* At cum in praecedentibus diserte ὁ ἀὴρ commemoratus fuerit a *Theophrasto*, cumque idem paulo post memoret τινὰ τοῦ ἀέρος κρᾶσιν, coepi aliter sentire, et totum locum ita intelligendum existimare: *Arbores semper frondentes et perpetuc fructus ferentes* (h. e. palmae), *pro aëris ratione ac temperatura per totum annum fructus ferunt*, ita vt verbis κατ' ἠέρα significetur, palmarum fertilitatem pendere ab aëre, neque eas quouis anni tempore fructus aeque multos ferre, quamuis nullo anni tempore fructibus omnino careant. Haec explicatio parit sententiam, non quidem admodum differentem ab ea, quae proueniebat ex interpretatione olim proposita, sed tamen magis, opinor, verbis et menti Empedoclis congruam. Caeterum *Godofr. Hermannus*, Prof. Eloq. Lips. celeberrimus, in literis ad me datis versum 287. praeclare sic constituit;

δένδρεα δ' αἰείφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα τέθηλε.

Quod multo magis placet, quam quae *Buttmannus* protulit l. l. p. 34.

Versus 289. debetur *Plutarcho* sympos. 5. 8. 2. qui, postquam T. II. opp. p. 685. B. hanc posuerat quaestionem: διὰ τί τὴν μηλέαν ἀγλαόκαρπον ὁ ποιητὴς (*Homerus* Odyss. η. 115. et λ. 588.) εἶπεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὑπέρφλοια τὰ μῆλα; allato versu Empedoclis adiecit haec: τὸ μὲν τῶν σιδῶν ἐπίθετον νοεῖν ἔφαμεν, ὅτι, τοῦ φθινοπώρου λήγοντος ἤδη, καὶ τῶν καυμάτων μαραινομένων, ἐκπέπτουκε τὸν καρπόν· ἀσθενῆ γὰρ αὐτῶν τὴν ὑγρότητα καὶ γλίσχραν οὖσαν οὐκ ἐᾷ λαβεῖν σύστασιν ὁ ἥλιος, ἂν μὴ μεταβάλλειν ὁ ἀὴρ ἐπὶ τὸ ψυχρότερον ἄρχηται· διὸ καὶ μόνον τοῦτό φησι Θεόφραστος τὸ δένδρον ἐν τῇ ψυχῇ βέλτιον ἐκπέπτειν τὸν καρπὸν καὶ τάχιον· τὰ δὲ μῆλα καθ' ἥντινα διάνοιαν ὁ σοφὸς ὑπέρφλοια προσειρήκει, διαπορεῖν, καὶ μάλιστα τοῦ ἀνδρὸς — τὸ ἦπαρ (v. §. 4. ad n. 57. p. 33.) εἰπόντος οὖν ἐμοῦ ταῦτα, γραμματικοί τινες

ἔφασαν, ὑπέρφλοια λελέχθαι τὰ μῆλα διὰ τὴν ἀκμήν· τὸ γὰρ ἄγαν ἀκμάζειν καὶ τεθηλέναι φλοίειν ὑπὸ τῶν ποιητῶν λέγεσθαι. Deinde laudantur loci *Antimachi* (v. *Antimachi Colophonii* reliquiae, primum editae a *Car. Adolpho Gottl. Schellenberg*, Hal. 1786. 8. p. 101.) et *Arati* phaenomm. 335. vbi φλόος significet χλωρότητα καὶ τὸ ἄνθος τῶν καρπῶν, et paucis interiectis Grammatici dixisse leguntur: ἐπεὶ τοίνυν μάλιστα τῶν καρπῶν ἡ χλωρότης καὶ τὸ τεθηλέναι τῷ μήλῳ παραμένει, ὑπέρφλοιον αὐτὸ τὸν φιλόσοφον προσαγορεῦσαι. Tum *Lamprias*, Plutarchi auus, dicit, ὑπὲρ non solum τὸ ἄγαν καὶ τὸ σφόδρον δηλοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἄνωθεν. οὕτω γὰρ ὑπέρθυρον καὶ ὑπερῷον καλεῖν ἡμᾶς, τὸν δὲ ποιητὴν (*Homerum* Odyss. γ, 65.) καὶ πρέα ὑπέρτερα τὰ ἔξω τοῦ ἱερείου, ὥσπερ ἔγκατα, τὰ ἐντός. ὅρα τοίνυν, ἔφη, μὴ πρὸς τοῦτο ὁ Ἐμπεδοκλῆς πεποίηκε τὸ ἐκίδετον, ὅτι τῶν ἄλλων καρπῶν τὸ ἔξωθεν ὑπὸ τοῦ φλοιοῦ περιεχομένων, καὶ τὰ καλούμενα λεπύχανα, καὶ πελύφη, καὶ ὑμένας, καὶ λοβοὺς ἐπικολῆς ἐχόντων, ὁ τοῦ μήλου φλοιὸς ἐντός ἐστι πολλῶδης χιτὼν καὶ λιπαρός, ᾧ προσίσχεται τὸ σπέρμα· τὸ δὲ ἐδώδιμον ἔξωθεν αὐτῷ περιπείμενον, εἰκότως ὑπέρφλοιον ὠνομάσθαι. Haec *Plutarchi*, quae praemittenda putabam explicationi meae, vertit fere *Caelius Rhodiginus* lectt. antiqq. 29, 23. Latine. Meum iam est, vt et ipse quaedam ad illustranda verba Empedoclis afferam. Scilicet σίδαι sunt *mala Punica*. *Hesychius* et *Phaeorin*: σίδαι· ῥοιαί. *Agatharchides* apud *Athenaeum* 14, p. 650. F. dicit, τὰς ῥοιὰς a Boeotis vocari σίδας, quia in confinibus Boeotiae et Atticae regio fuerit, quam Sidas appellassent, et quam Athenienses Epaminondae temporibus vindicare sibi voluissent, malorum Punicorum feracissima, quae inde nomen acceperint. *Casaubonus* ad h. l. p 927. dubius haeret, vtrum hanc traditionem statuat veram esse, an potius copiam σιδῶν loco illi Sidae nomen dedisse arbitretur, sed tamen tandem eo inclinat, vt praeferat senten-

tiam priorem. Ὀψίγονοι vocantur, vt recte explicare *Plutarchus* videtur, quia tarde maturescunt. Vt autem, quid ὑπέρφλοια significent, perspiciamus, primo de verbo φλοίειν videndum est, quod *Plutarchus* refert a poetis ita dici, vt sit *vigere*, *florere*, atque adeo ὑπέρφλοια μῆλα sint *mala egregie vigentia*, *maxime viriditatem floremque seruantia*. Et fateor, mihi hanc interpretationem apprime placere. Nam 1) φλοίειν, vt *Schellenbergius* l. l. p. 102. recte obseruauit, forma quidem, at non potestate, differt a verbis φλέειν, φλίειν, φλείειν, et φλύειν. Iam vero φλέειν *Hesychius* interpretatur verbis γέμειν, εὐκαρπεῖν, πολυκαρπεῖν, et *Aelianus* V. H. 3, 41. τὸ πολυκαρπεῖν, inquit, οἱ ἀρχαῖοι ὠνόμαζον φλύειν, vbi tamen *Perizonius*, cuius nota omnino diligenter legenda est, malit φλέειν. Neque nimium recedere a vero videatur, qui etiam Latinum verbum *florere* cognatum putet. Certe φλόος in *Arati* loco laudato, quod apud *Plutarchum* exponitur ἄνθος τῶν καρπῶν, manifesto est *flos*. 2) Consentit cum hac explicatione non solum locus *Antimachi*, vbi φλοίειν est *florere*, *abundare*, *plenum esse*, sed etiam loci Homerici supra laudati, vbi μηλέαι nominantur ἀγλαόκαρποι. 3) Altera explicatio, quae *Lampriae* tribuitur, quemadmodum valde contorta videtur esse, ita nimis inhaeret vulgari notioni nominis φλοιός, qua *corticem* significat. Poetarum vero est, exquisita et recondita et vetusta sectari. 4) Quamuis negari nequeat, *Lampriae* interpretationem quodammodo insigniter sequi naturam malorum Punicorum, quippe quae constat praeter putamen esui ineptum induta esse cortice, qui esui est, quem corticem recte ait *Lamprias* ὑπέρφλοιον vocari posse: non tamen admissa hac explicatione ratio patet, cur ipsa μῆλα nominentur ὑπέρφλοια. Et hactenus dixi eam posse contortam videri, quoniam epitheton, quod proprie cortici esculento debetur, toti malo tribuatur.

Versum 290. exhibet *Plutarchus* quaestt. naturr. 2. T. II. opp. p. 912. C. praefatus haec: ἡ πέψις ἔοικεν εἶναι σῆψις,

ὡς Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ. Habet item *Stephanus* in poesi philos. p. 26. vbi *Scaliger* p. 216. pro οἶνος legi vult οἶον. Non bene. Nam *Plutarchus* in eodem libro quaest. 31 p. 919. D. dicit: φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, οἶνον ἀπὸ φλοιοῦ κέλεσθαι σαπὲν ἐν ξ. ὕδ. Vtroque loco *Meziriacus* pro ἀπὸ φλοιοῦ legi iubet ὑπὸ φλοιῷ. *Aristoteles* topic. 4, 3. δεῖ τὸ γένος ἀληθεύεσθαι ἀεὶ κατὰ τῶν εἰδῶν. ὁμοίως οὐδ' ὁ οἶνος, ὕδωρ ἐστὶ σεσηπὸς, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι,

σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ·

ἁπλῶς γὰρ οὐκ ἔστιν ὕδωρ. Et *Alexander Aphrodis.* ad h. l. p. 179. τὸ ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους περὶ τοῦ οἴνου λεγόμενον· ὅτι οἶνός ἐστι σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ. Cf. *Hieron. Mercurialis* V. L. 1, 1. qui hoc loco vtitur, vt demonstret, concoctionem more antiquo σῆψιν vocari, atque adeo σαπὲν reddit *concoctum*. Caeterum ordo verborum est: ὕδωρ ἀπὸ φλοιοῦ σαπὲν ἐν ξύλῳ πέλεται οἶνος. Forsitan Empedocles, vt ita sentiret, motus eo est, quod vites vidisset tempore verno lacrymare. Potuit igitur statuere, lacrymas illas vitium, quae in ligno remanent, concoctas fieri vinum. Cf. *Casaub.* ad *Athenae.* 7, 1. p. 475. et *Kuttershus* ad *Porphyr.* vit. Pythag. §. 41.

Versus 291. sq. habet *Philoponus* ad *Aristot.* de generat. animm. 2, fol. 59. a. Ego verborum ordinem paululum immutare debui. v. §. 14. ad n. 275. p. 433. Εὐαρίθμιον, scil. ἐστὶ, *annumerari potest*, significat *facile miscetur*, et ἐθέλει est i. q. alias πέφυκε.

Versum 293. construxi ex his verbis *Plutarchi* de defectu oraculor. c. 41. T. II. opp. p. 433. B. τῆς μὲν πορφύρας ὁ πύαμος, τῆς δὲ κόκκου τὸ νίτρον δοκεῖ τὴν βαφὴν ἄγειν μεμιγμένον· βύσσῳ δὲ γλαυκῆς κρόκου καταμίσγεται, ὡς Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε. Nam corrupta esse Empedoclis verba, quilibet intelligit. Quis enim ferat crocum glaucum s. caesium? aut κρόκον in genere feminino dictum? Et quo referes genitiuum? quomodo versui medeberis? Has difficultates omnes tollit mea emendatio. Si tamen quis ferre

noluerit, quod posui τὸ πρόκου, is rescribere poterit β. δ. γ. πρόκου ἐγκαταμίσγεται ἄ. vel pro πρόκου, legere πόκκου, omisso articulo. Incertum sane est, vtrum pro τῆς πόκκου apud *Plutarchum* legendum sit τοῦ πρόκου, an apud Empedoclem πόκκου pro πρόκου. Sed ἄνθος, h. e. *color*, necessarium videbatur vt adderetur, et poterat illud nomen facile absorberi a sequente ὡς. Commodum succurrit locus *Oppiani* cyneg. 3, 95. vbi lyncibus tribuitur πρόκοιό τε θείου τ' εἴκελον ἄνθος. Et *Euripidis* Hecub. 471. vbi ἀνθοπρόκοι πήναι sunt *tapetes* s. *panni croceo colore*. *Xylander* eodem fere sensu addendum putabat αἴθος, quod formula *Lucretiana* (6, 208.) verti potest *colos flammeus*. Cf. quae de hoc versu dixi in *Commentarr. societ. philol. Lips.* Vol. I. p. 269. sq.

Versum 294. effinxi e loco *Theophrasti* supra §. 14. p. 385. ad n. 124. allato Sed ex alio eiusdem loco, quem ibidem ad n. 123. posui, potest versus etiam ita constitui:

ἥ γε φύσις τα ὑπέρπυρ' ἄγει εἰς ὕδατα ψυχρά.

Vel sic:

ἥ γε φύσις μετάγει τὰ ὑπέρπυρ' ἐς ὕδατα ψυχρά.

Cf. quae dixi in Commentariis modo laudatis p. 267. sq. in quorum Vol IV. p. 35. *Buttmannus* restituere versum non male conatus est sic:

εἰς ὑγρὸν γαρ ἄγει τὰ ὑπέρπυρα γεννήσασα,

vocabulo φύσις e praecedentibus intellecto.

Versus 295 — 299. qui egregium argumentum continent, Empedoclem praeclare de Deo sensisse, quippe quem prorsus carere corpore et nil nisi animum esse statuerit, referuntur ab *Ammonio* ad *Aristot.* περὶ ἑρμηνείας fol. 54. a. ed. *Ald.* Venet. 1503. fol. (fol. 102. b. ed. Venet. 1545. 8) et a *Tzetza* chill. 13, 80. sqq. Et quae ille quidem versibus Empedocleis verba praemisit, habes iam §. 11. ad n. 112. p. 294. sq. *Tzetzes* autem ita praefatus est: Ἐμπεδοκλῆς, τί ὁ θεὸς, τάδε πως ἔπος λέγει. Habet etiam hos versus e *Tzetzae* chiliadibus *Stephanus* in poesi philos. p. 30. et ver-

sus 295 — 297. *Grotius* ad epist. ad Rom. 1, 23. Cur vero eos ad librum tertium retulerim, causa patebit ad vers. 298.

Versu 295. in *Ammonio* et apud *Grotium* legitur nominativus: ἀνδρομέη κεφαλὴ, sed ablativum posui, partim auctore *Villoisono* in literis ad me datis, partim quia *Tzetzes* legit: οὐ μὲν γὰρ βροτέῃ κεφαλῇ, vbi βροτ. minus placebat quam ἀνδρομέῃ, partim quoniam ablativum poscere videbatur verbum πέπασται. Quod verbum si ad Deum referas, prodibit hic sensus: *Neque enim Deus in membris instructus est humano capite.* Sed potest etiam compositum κατεπέπασται per tmesin diuisum statui, ita vt ad γυῖα pertineat, et totus versus vertendus sit sic: *Neque enim eius* (Dei) *membra instructa sunt capite humano.* Quae ratio magis placet. Nam pronomen αὐτοῦ, vel potius οἱ s. αὐτῷ, supplendum etiam est ad versum sequentem, et ad Deum, cuius haud dubie antea mentio facta, pertinere putandum. Videtur igitur Empedocles declarare voluisse, Deum ex ipsius sententia neque corpus habere, neque, etiamsi haberet, humana id praeditum esse figura.

Vers. 296. apud *Ammon.* legitur δύω. At formae Atticae (v. *Fischer.* ad *Weller.* grammat. Gr. Vol. II. p. 156. sq.) non erat hic locus. Κλάδοι sunt *brachia*, atque adeo ἴσσειν, quod alias *prorumpere* significat, h. l. est *enasci*. Sic ap. *Hesiod.* theog. 150. 152. ἴσσοντο et ἐπέφυκον fere idem valent.

Versu 297. *Ammonius* et *Tzetzes* male exhibent γοῦνα, Grotius γοῦν. Sed γοῦν' scribendum esse, h. e. *genua*, non tantum *Villoisonus* vidit, sed iam ante eum *Scaliger* in notis ad *Stephani* poes. philos. p. 216. qui praeclare emendauit γοῦν', οὐ pro γοῦνα καὶ, quod habet *Tzetzes*. Μήδεα λαχνήεντα sunt *pudenda hirsuta*.

Versus 298. et 299. leguntur etiam in alio *Tzetzae* loco chill. 7, 526. sq. (v. §. 11. p. 295.) vbi diserte dicuntur petiti esse e libro physicorum tertio. *Ammonius*, postquam

hos versus attulit, addit hoc interpretamentum: διὰ τοῦ ἱερῆ, καὶ τὴν ὑπὲρ νοῦν αἰνιττόμενος αἰτίαν, vbi *Villoisonus* pro αἰτίαν legi vult οὐσίαν, quae coniectura firmatur verbis *Tzetzae* supra allatis: τίς ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ. Ἀθέσφατος est *ineffabilis*, et pro ἔπλετο in editione *Ammonii* Aldina perperam extat ἔπλαττον. Verba κόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα puto verti posse: *totum mundum peruadens*, vel *in totum mundum descendens*. Caeterum *Tzetzes* vtroque loco habet θοῆσιν.

Versus 300. et 301. extant apud *Clementem Alexandr.* stromm. 5, p. 615. A. etiam in *Stephani* poesi philos. p. 28 De vocabulo πραπίδων *Heynii* verbis exposui §. 15. p. 447. Sensus est: *beatus est, qui sibi amplam comparauit et claram rerum diuinarum scientiam, miser vero, cui obscura de diis opinio placet.*

Versus 302 — 304. suppeditarunt *Clemens Alexandr.* l. l. p. 587. B. et *Theodoretus* de curat. Graec. affect. diss. I Vol. IV. p. 713. e quo recepi cum *Stephano* in poesi philos. l. l. πελάσασθ', οὐδ' pro πελάσασθαι ἐν, Sed ad πελάσ. intelligendum esse τῷ θείῳ, docet *Clemens*. Ostendit ergo Empedocles, numen diuinum esse inaccessum, nec conspici oculis aut manibus prehendi posse. Nam ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτὸν proprie esset: *ad quod peruenire potest oculis*. Verbum ἐστὶν, pro quo apud *Theodoret.* non minus recte (v. ad vers. 45.) legitur ἔστι, ad ἐφικτὸν relatum, significat *est*, sed ad πελάσασθ' et λαβεῖν, *licet*. Verba ᾗπερ — πίπτει significant: *qua maxime ratione hominibus persuadetur s. homines persuadere sibi de re aliqua possunt, s. credere aliquid solent*. Nam ἀμαξιτὸς μέγίστη proprie est *via latissima*, improprie *ratio frequentissima*, et πίπτειν aeque bene dici via potest, ac φέρειν et ἄγειν. Pro τε malim γε, vt ᾗπερ γε sit *quae quidem*.

Versus 305 — 311. debemus *Athenaeo* 12, p. 510. C. et *Porphyrio* de abstinent. 2, p. 157. e quo eosdem exhibet *Stephanus* in poesi philos. p. 29. sq. vbi etiam habet versus

312 — 314. ex eodem *Porphyrio*, qui versum 312. affert p. 158. et 172. in quo posteriore loco ei adiungit versus 313. et 314. Hi tres versus postremi leguntur item apud *Eusebium* de praep. euang. 4. 14. p. 152. Videtur autem Empedocles tribus versibus primis, qui apud *Eustathium* quoque ad *Homer.* Il. χ, p. 1261. extant, demonstrare voluisse, priscos homines non nisi vnum numen diuinum coluisse, non Martem, quia bella non gesserint, non Iouem, neque Saturnum, neque Neptunum, quia nec horum beneficiis auxiliisque eguerint, quippe in aetate aurea viuentes, sed Venerem solam, tanquam vitae et generationis et amoris voluptatisque non minus quam amicitiae et cuiuslibet coniunctionis causam. In reliquis versibus ostendit, etiam sacrificia, quibus Venus olim placaretur, ex solis frugibus, iisque sponte nascentibus, non caesis animalibus, facta fuisse. Caeterum locum hic ita exhibui, vt eum legendum putabam, supra vero (§. 15. p. 464. sq.), vt apud *Porphyrium* legitur, nisi quod potiora sphalmata ibi quoque sustuli. Eligat iam lector, quae ipsi visa fuerint magis Empedoclea.

Vers. 305. *Κυδοιμὸς* ex mea opinione non est *bellum* aut *tumultus bellicus* proprie dictus, sed *deus tumultus bellici*, vt apud *Homer.* Il. σ, 535.

Vers. 306. verba *οὐδὲ Κρόνος* desunt apud *Eustathium*. Deleui autem cum *Athenaeo* articulos ante *Κρόνος* et *Ποσειδῶν*, quoniam iis prorsus non opus erat.

Vers. 308. *εὐσεβῆ ἀγάλματα* interpretor *simulacra, pietatis argumenta.*

Vers. 309. *γραπτὰ ζῶα, animalia picta*, explicat *Dalechampius* ad *Athenae.* l. l. de columbis ad currum Veneris iunctis. Non male. Sed *Schweighäuserus* ζώοισι rectius explicari putat *formis, figuris.* Ante ζώοισι e *Porphyrio* pro δὲ reposui τε, quia haec particula saepius sequitur. Sed δαιδαλεόδμοις verius putaui quam δαιδαλεόσμοις, quoniam ὀδμὴ erat dialecti Ionicae.

Vers. 310. eandem ob causam haud dubie verum est ἀκρήτου apud *Athenaeum*. Cf. vers. 148. 312.

Vers. 311. ἐουθῶν iam *Casaubonus* ad *Athenae.* l. l. p. 826. poeticum putabat pro ἐανθῶν, quod *Athenaeus* habet. Eadem de causa *Athenaei* ῥίπτοντες postposui Porphyriano ῥιπτοῦντες. Quod vero idem *Casaubonus* dicit, melius scribi e *Porphyrio* μέλιθα pro μέλιττα, non ego capio. Nam apud *Athenaeum* editur μελίτων, vt sit genitiuus pluralis nominis μέλι. Quodsi *Casaubonus* voluit μελιτῶν, vt apud *Porphyrium* legitur, plane consentio. Nam μελιτὸν, auctore *Hesychio*, est πηρίον, h. e. *fauus*, vel τὸ ἐφθὸν γλεῦκος, h. e. *mulsum*, quae explicatio perquam apta est ad nomen σπονδάς, quod constat de libamentis vini aliisque liquidis dici.

Vers. 312. vocabulo φόνος non *caedes* significatur, sed potius *sanguis*, vt vers. 252. Adiectiuum ἀκρήτοισι, quod *Scaligeri* ingenio debetur, possit quis ad copiam sanguinis referre, vt apud *Thucyd.* 2, 49. διάῤῥοια ἄκρατος est *profluuium insigne et assiduum*. At locus non est omnino similis, et intelligi potius debet *sanguis merus*, quemadmodum alias vinum merum libari solebat. Neque offendere debet pluralis. En enim locum prorsus similem *Sexti Empirici* adu. Mathemm. 9, 128. Pythagorei ἀσεβεῖν ἔφασκον τοὺς ἀνθρώπους,

βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρων θερμοῖσι φόνοισι.

Vigerus ad *Euseb.* l. l. illud ἀκρίτοισι *Porphyrii* explicat de *caedibus promiscuis* vel *iniustis*, quasi miserae animantes indicta causa damnatae iugularentur. Sane haec posterior interpretatio valde mihi probaretur, si versus ferret ἀκρίτοισι.

Vers. 313. μῦσος est *piaculum*, *scelus*.

Vers. 314. θυμὸν ἀποῤῥαισειν significat *animam* s. *vitam adimere* s. *destruere*. Idem fere esset, si quis pro corrupto ἀποῤῥέσαντας reponeret ἀποῤῥήξαντας. Sed praetuli ἀποῤραισαντας, non solum quia sic facilius patet, quomodo

illud pro hoc scribi potuerit a librariis, qui etiam saepius confudisse inter se reperiuntur αι et ε, sed etiam quia Empedocles hac ipsa formula θυμὸν ἀποῤῥαίειν iterum vsus est vers. 389. Caeterum ἐέδμεναι est *edere*, *vesci*, et ἠΰς, *bonus*, vel potius *pinguis*.

Versus 315 — 317. laudat solus *Porphyrius* apud *Stobaeum* ecl. phys. p. 1026. nisi quod versum 317. etiam *Etymologicum Magnum* habet in v. αἷμα, vbi tamen male legitur ἀνθρώποισι, et ὅπισσω est ἐστι. Omnino v. §. 15. inprimis p. 441. sqq. et *Menag.* ad *Diog. Laert.* 7, 159.

Vers. 315. αἵματος ἐν πελάγεσσι (*Canterus* perperam πελάγεσι) nihil aliud esse, quam ἐν αἵματι, facile patet, licet πέλαγος proprie dicatur *altum* s. *profundum maris*. Pro vitioso τετραμμένον bene *Grotius* et *Heeren* emendarunt τεθραμμένη, *nutrita*, *quae nutritur*, ita vt hoc participium referatur ad nomen ψυχὴ, vel νόησις, vel simile, cuius haud dubie antea mentionem Empedocles fecit. Ἀντιθροῶντος *Heeren* recte recepit e Codice MS. pro ἀντιθρῶντος, et aeque recte explicat *ebullientis*, quoniam θροεῖν proprie omnino est *strepitum edere*, *turbare*, non tantum *loqui*. Fortasse tamen malit quis ἀντιθροοῦντος.

Vers. 316. τῇ est *vbi*, et νόημα significat non solum *cogitata*, sed etiam *mentem*, *vim cogitandi*, vt vers. 317. Κυκλίσκεται, *versatur*, *voluitur*, egregie e Codd. restituit *Heeren* pro vitioso κικλήσκεται, *nomen habet*.

Vers. 317. αἷμα περικάρδιον, *sanguis cordi vicinus*, *cor complectens*, a *Cicerone* Tusc. 1, 9. vertitur *cordi suffusus*.

Versus 318 — 320. edidi ex *Aristot.* de anima 1, 2. et metaphys. 2, 4. et *Philopono* ad *Aristot.* de generat. et corrupt. 2, 6. fol. 59. b. Consentit de lectione *Sextus Empir.* adu. Mathemat. 7, 92. et 120. nisi quod in priore loco vers. 320. habet δέ γε pro δέ τε. Sed idem 1, 303. legit ἠέρι δ' ἠέρα δῖον, et apud *Philoponum* l. l. perperam editur δῖαν. *Chalcidius* ad Timaeum non solum p. 305. Latine red-

didit versus 318. et 319. (v. §. 15. ad n. 33. p. 443.) sed etiam p. 131. omnes tres:

Terram terreno comprendimus, aethera flammis,
Humorem liquido, nostro spirabile flatu,
Pacem tranquillo, Litem quoque litigioso.

Quae ille praeterea ad rem ipsam illustrandam addidit, habes iam §. 9. ad n. 183. p. 205. sq. *Argyropylus* eosdem versus paulo melius ita vertit:

Terram nam terra, lympha cognoscimus aquam,
Aetheraque aethere, sane ignis dignoscitur igni,
Sic et amore Amor, ac tristi Discordia lite.

Vbi in primo versu librarios *vndam* scribere debuisse pro *aquam*, iam *Erasmus* animaduertit chill. 1, 2, 20. qui postquam attulit istam versionem, etiam suam adiecit, quae quia tanto viro dignissima est, itidem afferenda videbatur. Est autem haec:

Terra quidem terra sentitur, lymphaque lympha,
Aetherque aethere purus, at igni noxius, ignis,
Dulcis amore Amor, atque odio funesta Simultas.

Versum 318. saepissime veteres afferunt, vt *Galenus* περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων 7, p. 316. T. I ed. Basil. *Philoponus* ad *Aristot.* de anima lib. 1. E, 4. (fol. 34. b.) bis: γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν. F, 2. (fol. 41 b.) eadem verba, et rursus: γαίῃ μὲν γαῖαν ὀπώπ. ὕδ. δ' ὕδωρ. F, 3. (fol. 42. a.) γ. μ. γὰρ γαῖαν ὀπ. καὶ στοργῇ δὲ στοργὴν, νείκος δέ γε νείκεϊ λυγρῷ. Lib. 3. P, 5. (fol. 115. a.) γαίῃ — ὕδατι ὕδωρ. R, 11. (fol. 134. a.) γαίῃ γαῖαν ὀπώπαμεν. *Themistius* ad *Aristot.* de anima 1, fol. 66. b. ὡς γαίῃ μὲν γαῖαν ὀπ. ὕδ. δ' ὑ. fol. 67. b. γαίῃ μ. γὰρ γ. ὀπώπ. ὕ. δ' ὑ. fol. 72. a. γαίῃ μὲν οὖν γαῖαν ὀπώπ. καὶ ὕδατι ὕδωρ. *Proclus* ad Timae. 3, p. 232. γαίῃ μ. γ. γ. ὀπ. ὕδ. δὲ ὕδωρ, καὶ στοργῇ στοργὴν, νεῖκος δέ γε ν. λ. omisso versu 319. Sensus versuum satis supra fuit a me declaratus, etiam ipsorum veterum

verbis. Scilicet docere Empedocles voluit, animum humanum compositum esse e quatuor elementis, atque adeo, cum in qualibet re, quam cognoscimus, elementa ista mixta sint, quodlibet elementum, quod est in animo, seruire cognoscendis singulis elementis eius rei, quam cognoscimus. Sed Στοργὴν h. l. vocauit, quam alias nominat Φιλότητα vel Ἁρμονίαν vel Ἀφροδίτην vel Κύπριδα.

Versus 321 — 323. debentur *Aristoteli* inprimis (de anima 3, 3. et metaphys. 3, 5.). De ratione locum interpretandi, non minus quam de corrupta eiusdem lectione emendanda satis exposui §. 15. ad n. 189. sqq. p. 493. sqq. ita vt nihil hic addendum sit, nisi noua interpretationis meae confirmatio ex his verbis *Clementis Alexandr.* stromm. 5, p. 589. C. ἡ μάθησις κατ' Ἐμπεδοκλέα —

τὰς φρένας αὔξει.

Si cui tamen non placet, vt, quamuis mecum pro μετέφην legatur μετέην, h. e. μετῆν, hoc verbum ad omissum pronomen τις referatur, accipiat ille per me licet μετέην pro μετῆσαν. *Bisetus* enim ad *Aristoph.* Lysistr. 1262. σημείωσαι δὲ, inquit, τὸ ἦν ἀντὶ τοῦ ἦσαν κατὰ συγκοπὴν εἰρῆσθαι. οὕτω καὶ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Τραχιν. (vers. 529.) ἦν δὲ ἀμφίκλεκτοι πλίμακες, ἀντὶ τοῦ ἦσαν. καὶ Ἡσίοδος (theogon. 321.), τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. *Moschopulus* ad *Hesiod.* l. l. p. 44. ed. *Heins.* τὸ ἦν ἀντὶ τοῦ ἦσαν, laudato eodem *Sophoclis* loco, vbi cf. *Schol.* v. etiam *Casaub.* ad *Athenae.* 7, 5. p. 498. et *Wolf.* ad *Hesiod.* l. l. qui opinatur, formam hanc, quae postea Atticis propria mansit in nominibus neutrius generis, ab iis poetis, qui sermonem nondum accuratae grammaticae legibus adstrinxerant, promiscue primum adhibitam, deinde aliis etiam subinde placuisse, qui ad illorum imitationem se componerent. Verum quid multa? Recorderis modo, Graecam formulam esse ἔστιν οἳ pro εἰσὶν οἳ, *sunt qui*, h. e. *nonnulli*. Possit etiam, si quis κατίσταται verius putet quam κατί-

σταται, ita legi: ὅσσόν κ' ἀλ. μετέῃ, vt dictum sit pro ὅσον ἄν τις ἀλλοίοις μετῇ.

Versus 324 — 332. seruauit *Sextus Empiricus* adu. Mathematt. 7, 123. sq. Quomodo illi emendandi viderentur, dixi §. 15. ad n. 174 — 178. p. 487. sq. Videamus iam de iisdem explicandis.

Versus 324. verti potest: *Arcta s. arctis finibus circumscripta facultas intelligendi per corpus diffusa est.* Nam haud raro παλάμη est *ars s. ratio astute excogitata*, vt apud *Aristoph.* Vespp. 643. Vnde *Bisetus* ad eiusdem Nubb 176. verbum παλαμᾶσθαι interpretatur verbis τεχνᾶσθαι et μηχανᾶσθαι. Cf. infra vers. 347. Ex Empedoclis autem philosophia facultas cognoscendi sane dici potest per totum corpus diffusa. v. vers. 315 — 317. Caeterum propter hunc, quem tractamus, locum *Lactantius* diuinn. institutt. 3, 28, 12. scripsisse putandus est, quae p. 486 sq. retuli.

Versu 325. ἔπεσον mihi placere pro ἔπεα, iam supra monitum fuit. Ita sensus est: *multa mala incidunt s. accidunt.* Sic *Pindar.* Olymp. 12, 14. πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν. vbi Schol. ἔπεσεν interpretatur συνέβη, et dictum esse ait ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πύβων. Si tu tamen ἔπεα malueris, δεινὰ ἔπεα erunt *solerter dicta.* *Meursius* h. l. interpretor *studia quae in vero inueniendo collocantur*, atque adeo ἀμβλύνειν, *impedire.*

Vers. 326. ἀθρεῖν, *videre, contemplari*, poetice dictum est pro *frui.*

Versum 327. habet etiam *Plutarchus* de Is. et Osir. c. 24. sed nomine auctoris omisso.

Versum 328. verto: *non niſi id persuasum s. exploratum habentes, in quod casu quisque incidit*, ita vt huius versus sententia parum differat a sententia versuum 322. et 323. Cf. supra vers. 182. Scilicet vers. 326. sqq. nihil aliud significatur, quam quod Apostolus 1. Corinth. 13, 9. scripsit: ἐκ μέρους γινώσκομεν, aut, quod vulgo iactatur: „Vita brevis: ars longa.“ Ostendit enim Empedocles, vitae

humanae breuitatem obstare cognitioni rerum omniúm, atque adeo cognitionem humanam semper esse mancam et imperfectam: quare cuilibet satis esse debere, si ea saltem, quae forte cognoscere liceat, cognouerit. Videtur igitur hic locus non recte referri ad philosophi nostri de fide sensibus parum habenda sententiam, ad quam illum a *Sexto Empirico* relatum fuisse supra vidimus.

Vers. 329. πάντοσ' ἐλαυνόμενοι, *dum undiquaque agitantur.* Videntur haec referenda esse ad perpetuam animi humani, vel elementorum, e quibus ille compositus est, per elementa rerum, in quas incidit et quas cognoscere studet, agitationem. (v. quae monui ad vers. 6.) Sed possunt etiam eo pertinere, quod animus humanus in tanta vitae breuitate coactus est multarum rerum contemplatione quasi distrahi, ita vt ad singula parum attendere nec nisi pauca e tanta rerum copia cognoscere possit. Verba sequentia, τὸ δὲ οὖλον — αὖτωσ, intelligenda sic puto: *totum vero s. vniuersum inuenire s. cognoscere optat quilibet frustra.* E praecedentibus enim repeti debet ἕκαστος.

Vers. 330. sq. οὐδ' ἐπιδερκτὰ — περιληπτὰ, *et homines haec neque oculis auribusue percipere, neque mente assequi possunt.* Etiam *Plato* in Timaeo T. III. p. 28. A. dixit νοήσει — περιληπτόν.

Vers. 331. sq. σὺ οὖν — ὄρωρε, *cum igitur sic erraueris s. circumuagatus fueris* per res multas earumque elementa, vel *cum huc deuerteris s. veneris, audies s. intelliges haec: Plus non efficere solet mortalium prudentia s. ingenium.*

Versus 333 — 335. exhibet *Clemens Alexandr.* stromm. 5. p. 549. B. atque inde *Stephanus* in poesi philos. p. 27. qui versu 333. legit ἔκ τ' ἀληθείη, vt *Potterus*, pro qua vitiosa lectione vir quidam doctus in *Villoisoni* epistolis Vinariensibus (Turici 1783. 4.) p. 96. reponi iubet ἔν τ' ἀληθείῃ, quae coniectura sensum quidem iuuat, metrum violat. In editione Colon. 1688. legitur ἔτ', quae lectio etsi non est

omnino contemnenda, minus tamen bona videbatur, quam δτ', quae *Hoeschelio* debetur. Verbum πάρα, vt alias, explico per πάρεστι, *inest*, et μῦθοι sunt *verba*, *oratio*.

Vers. 334. male *Steph.* pro ἐγὼ scripsit ἔγωγ', melius *Hoeschelius*: γ' ἐγώ. Ἀργαλέος est *molestus*; et τέτυκται, vt saepius apud poetas, i. q. ἐστί.

Vers. 335. verba ἐπὶ φρένα poterant abesse. Δύσζηλος est *inuidiosus*, *inuisus*; et ὁρμὴ vel *studium* reddi potest, vel *impetus*, vt πίστιος ὁρμὴ sit periphrasis nominis πίστις, sicuti etiam apud Latinos interdum nomen *impetus* facit eiusmodi periphrasin, v. c. apud *Cic.* Manil. 12. „belli „impetus nauigauit" apud *Lucret.* 5, 201. „impetus coeli." Sic *Parmenides* vers. 66. ed. *Fülleborn.* πίστιος ἰσχύς. Sensus igitur horum versuum est: Mihi persuasum est, me vera dicere: sed non nisi difficulter et inuiti homines fidem dictis habent, quae pertinent ad res non sensuum imperio subiectas.

Versus 336 — 338. idem *Clemens* seruauit stromm. 5, p. 554. C. et ex eo *Stephanus* l. l. p. 27. sq. *Clemens* ita explicat verba prima: τοῖς μὲν γὰρ πακοῖς τοῦτο σύνηθες, φησὶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, τὸ ἐθέλειν κρατεῖν τῶν ἀληθῶν διὰ τοῦ ἀπιστεῖν. At quomodo haec erui sententia possit, me perspicere nego. Immo κρατέοντα, *vincentia*, interpretor *ea quae refutare argumentis ipsi nequeant*. Nam talibus quoque rebus, quae quin vere dictae sint dubitare nemo sanus potest, fidem denegare solent homines maligni, qui omnia, quae ipsi non dixerint, male peruerseque dicta et fide indigna putare non erubescunt. Itaque πέλει explico: *hic mos est*. Sic *Iulianus* in Caesaribus p. 28. ed. *Heusinger.* τοῦτό γέ ἐστι καὶ τοῖς πονηροτάτοις λέγειν, *hoc etiam pessimi solent dicere*. Firmatur interpretatio mea his verbis *Theodoreti* diss. I. de Graec. affect. Vol. IV. p. 712. Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος εἴρηκεν· Ἀξύνετοι ἀκούσαντες κωφοῖς ἐοίκασι· φάτις αὐτοῖσι μαρτυρεῖ, παρεόντας ἀπεῖναι. ἔνε-

φωνεῖ δὲ τῷ Ἐφεσίῳ καὶ ὁ Ἀπραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς, λέγων ὧδε·

ἀλλὰ — ἀπιστεῖν·

ὧδε γὰρ ἡμ. — Μούσης.

τῆς τῶν καπῶν ἄρα μεριδος, κατὰ τὸν Ἀπραγαντῖνον, οἱ ἄπιστοι.

Versus 337. et 338. sensum fundere existimabam hunc: *Me vero Musa iubente argumentis validis et fidem conciliantibus vti, cognosce ipse, vbi orationem meam tecum per singula momenta expenderis.* Nam σπλάγχνα, vt καρδία et φρένες et πραπίδες, non raro apud poetas significant *animum*, (v. *Vorst.* de Hebraismis N. T. 2, 12.) διατέμνειν autem proprie est *dissecare*, atque adeo improprie *per singulas partes considerare*. Similis est Latinorum formula, cum dicunt *sententiam diuidere*, de qua v. *Brisson.* de formulis 2, 59.

Versus 339 — 351. extant apud *Sextum Empir.* adu. Mathematt. 7, 124. v. §. 15. ad n. 179 — 185. p. 489. sq.

Vers. 339. μανίη γλώσσης est γλῶσσα μαινομένη, *sermo furens* s. *furente potius quam sano dignus*, et ἀποτρέπειν verti debet *auerruncare*. Genitiuus τῶν haud dubie pertinet ad homines vanos, qui se plura cognoscere aiunt, quam fas esse mortalibus constat.

Vers. 340. ὅσια στόματα, *ora sancta*, significant os hominis sancti nec scelere polluti. Fortassis Empedocles seipsum significauit. Καθαρὰ πηγὴ est h. l. καθαρὸς λόγος, *oratio pia*.

Vers. 341. Musa, scientiae literarum praeses, recte vocari potest πολυμνήστη, siue explices: *a multis tanquam a procis ambita*, siue intelligas: *multum memoria valens*.

Vers. 342. ordinem verborum arbitror hunc esse: ἄντομαι ἀκούειν ἐπείνων, ἃ ἄντεσθαι θέμις ἐστὶν ἐφημερίοισιν, *supplex rogo, vt audias, quae rogare licet breuis aeui hominibus*.

Vers. 343. verba πέμπε et ἐλάουσ' videntur alterum alterius notionem tollere. Qui enim currum mittit, is non ipse

eum agit, et contra. Quare aliquando rescribendum putabam ἐλεοῦσ', *miserata, misericordia commota.* Verum nec hoc mihi satis placet, et potest πέμπειν verti *ducere*, vt in formula πομπὰς πέμπειν. Scribendum ergo potius duxi πέμπε πάρ', vt dictum sit pro παράπεμπε, *deduc.* Ita vers. 264. erat ἔχῃ κατά. Cf ad vers. 153. 389. 391. 392. et saepius. Certe hoc verius puto, quam vt e vulgari scriptura genitiuus εὐσεβίης pendeat a praepositione παρ'. Tum enim παρ' εὐσεβίης accipiendum foret pro π. εὐσ. δοθὲν, vt vers. 345. ad verba πρὸς θνατῶν suppleri potest δοθέντα siue δωρηθέντα. Caeterum ex hac versione: *deduc ipsa agens currum pietatis, moderate currentem*, videtur haec enasci sententia: *fac vt aeque pie ac docte loquar, nec temeritate mea delinquam.* De comparatione meditationis philosophicae cum itinere per arduas vias ope currus suscepto, et cum rebus vehicularibus, v. *Fülleborn.* ad *Parmenid.* vers. 1. Cf. *Plat.* Phaedr. T. III. opp. p. 253. sq. et *Plutarch.* quaestt. Platon. 9, 1.

Vers. 344. ἄνθεα τιμῆς εὐδόξοιο significant i. q. τιμὴ εὔδοξος. Sed tamen nomen ἄνθος potissimum seruire inusum fuit ipsi circumscriptioni et ornatui poetico, quia coronis vel struppo ornatus incessisse Empedocles legitur. v. §. 7. p. 99. sqq. Nam cum Musam suam alloquitur, se ipsum alloqui putandus est. Sic *Eustathius* ad *Homer.* Il. a, p. 9. ἐν τῷ ἀειδε θεὰ, θεὰν ὁ ποιητὴς τὴν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ γνῶσιν λέγει, τερατωδέστερον τὸν λόγον ὑφώσας. θεῖον μὲν γάρ τι ἡ γνῶσις, ὥσπερ καὶ ἡ ψυχὴ, οὐ μὴν θεά. ὅλως δὲ, ἡ ποιησις πᾶν τὸ παρηλλαγμένον καὶ ξενίζον καὶ ἐξαίρετον καὶ τεράστιον ἢ καὶ τερατῶδες, εἰς τε θεῖον γένος καὶ εἰς θεὸν ἀποπαθίστᾳ. ταυτὸν δὲ ἐστιν ἐνταῦθα, θεὰν εἰπεῖν καὶ Μοῦσαν. Cf. quae ille plura in hanc sententiam disputat. Itaque continetur hoc versu et sequenti consilium nihil nisi vera et pia et quae dicere fas sit dicendi, quicquid ei honoris obtulerint populares. Verbum βιάζεσθαι, sequente infinitivo, recte

dici posse pro ἀναγκάζειν, *mouere, impellere*, nemo negare ausit.

Vers. 345. Ad verba πρὸς θνατῶν supplendum putabam δοθέντα vel δωρηθέντα vel simile participium. Nam, ex mea quidem ratione, infinitiuus ἀνελέσθαι, *suscipere, aggredi*, pendet a verbo βήσεται, atque adeo εἰπεῖν pendet ab ἀνελέσθαι. Sed ἐφ' ᾧ — εἰπεῖν dictum videbatur pro πλέον ἐπ' ἐκείνῳ ὃ εἰπεῖν ὅσιη ἔσσι, h. e. *dicere plura quam fas est*. Nam ἐπὶ cum datiuo significat *praeter*. Caeterum *Clemens Alexandr.* stromm. 5. p. 576. A. qui hunc versum cum praecedente attulit suppresso Empedoclis nomine, habet θνητῶν et ὁσίης. Potest etiam hic verborum ordo constitui: μηδὲ ἄνθεα τιμῆς εὐδόξοιο πρὸς θνατῶν ἀνελέσθαι, βήσεταί σέ γ' ἐφ' ᾧ — εἰπεῖν, vt ἄνθεα τ. εὐδ. π. θ. ἀνελ. sit *honora mortalibus tibi exhibitus*, atque adeo ἀνελέσθαι sit *accepisse*, ad hunc infinitiuum supplebatur articulus τὸ, neque post θν. sed post ἀνελ. sit interpungendum, et ὁσίης cum *Clemente* legendum, quod pendeat a comparatiuo πλέον, denique ἐφ' ᾧ θ' simpliciter significet vt. Quae fortassis vera et lectio et interpretatio fuerit. Praecedunt autem apud *Clementem* haec: ἴσως δὲ καὶ τὸ διττὸν ἐκεῖνο εἶδος τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὸ ἐν τοῖς λόγοις ἔνδοξόν τε καὶ (quae particula vulgo abest) ἐπιστημονικὸν καλούμενον, οὐκ ἀπήλλακται, διαιρεῖν δόξαν ἀπό τε εὐκλείας καὶ ἀληθείας. Quae me non magis intelligere fateor, quam quae versus Empedocleos sequuntur: αἱ γοῦν Ἰάδες Μοῦσαι (qua formula alias significatur *Homerus*) διαῤῥήδην λέγουσι, τοὺς μὲν πόλλοὺς καὶ δοκησισόφους δήμων ἀοιδοῖσιν ἕπεσθαι, καὶ νόμοισι χρέσθαι, εἰδότας ὅτι πολλοὶ κακοὶ, ὀλίγοι δὲ ἀγαθοί· τοὺς ἀρίστους δὲ τὸ πλέας μεταδιώκειν· αἱρεῖνται γάρ, φησὶν, ἐναντία πάντων οἱ ἄριστοι, πλέος ἀέκνυον θνητῶν· οἱ δὲ πολλοὶ πεκόρηνται ὅκως κτήνεα, γαστρὶ καὶ αἰδοίοις καὶ τοῖς αἰσχίστοις τῶν ἐν ἡμῖν μετρήσαντες τὴν εὐδαι-

μονίαν. Formula ὁσίη ἐστὶ infinitiuo iuncta legitur ap. *Herodot.* 2, 45.

Vers. 346. σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάσεις, *in sapientiae vertice sedebis* (v. *Plutarch.* de aud. poet. c. 5.), h. e. *sapientiam consequeris quantum potest summam.* Similis loquendi forma est apud *Platon.* in Timaeo T. III. opp. p. 20. A. φιλοσοφίας ἐπ' ἄκρον ἀπάσης ἐλήλυθε. it. apud *Pindar.* Isthm. 7, 25. σοφίας ἄωτον ἄκρον ἐξίκηται, sed alio sensu.

Vers. 347. Cum ἀθρεῖν sit *videre*, παλάμῃ ἀθρεῖν est *mente contemplari, considerare.* v. ad vers. 324. Pro πῃ scripsi πῇ, h. e. *quomodo, qua ratione.* Nam vers. 351. pro eo est ᾗ.

Vers. 348. τιν' ὄψιν ἔχων, *aliqua videndi facultate* s. *acie praeditus.* Fortassis pronomen illud additum fuit, vt declararetur, quam imperfecta sit rerum cognitio per visum, quamuis acrem. Πίστει accipio pro imperatiuo verbi πιστεῖν, atque adeo reddo *crede.* Cum enim ἀπιστεῖν dicatur, quidni etiam πιστεῖν? Praepositio κατὰ verti potest *per.*

Vers. 349. ad verba ἀκοὴν ἐρίδουπον repete participium ἔχων, sed ὑπὲρ τραυώματα γλώσσης dictum est pro πίστει πλέον ἢ κατὰ τραυ. γλ. Adiectiuum ἐρίδουπος, *valde sonans*, reddi h. l. potest *facilis, bonus, laises Gehör.* Τραυώματα γλώσσης, *indicia linguae*, est proprie *oratio disserta.* Cf. Ies. 35, 6. et Sapient. 10, 21. Sed h. l. omnino intelligenda videtur *oratio.* Sensus igitur versus vtriusque est: *noli visui quamuis excellenti magis fidem habere, quam auditui, nec auditui quamuis egregio magis crede, quam orationi* s. *narrationi aliorum.* Cf. *Parmenidis* vers. 32. sqq.

Versum 350. vbi iterum ad τι supplendum est ἔχων, ita intelligo: *neque vllo alio sentiendi instrumento instructus, quo intelligi aliquid potest.* Nimirum τῶν ἄλλων refero ad ea, quae similia sunt ὄψει, ἀκοῇ, et γλώσσῃ, et κόρος

ἐστὶ est i. q. ἔεστι. Vnum, ὁπόσῃ me torquet, quanquam video idem esse quod ᾗ, atque adeo verti posse *ex quo, vnde.* Mallem ὁπόσοις, *per quae*, vt pertineat ad τῶν ἄλλων.

Vers. 351. γυίων πίστιν ἔρυκε, *corporis fidem cohibe*, significat *noli temere corporeis cognoscendi instrumentis*, h. e. *sensibus, fidem habere.*

Versus 352. et 353. vnus *Clemens Alexandr.* stromm. 3. p. 432. B. nobis seruauit, e quo etiam *Stephanus* eos inseruit poesi philos. p. 29. vbi *Scaliger* in notis p. 216. legendum esse monuit ὦ δειλὸν, vt ego edidi, non ᾗ δ. vt vulgo apud *Clementem* legitur. *Sylburgio* etiam vel ἃ placebat, vel ὦ. Δειλὸν. h. l. *miserum* esse, non est quod demonstretur; et ἔριδες, *lites*, sunt vires naturae sibi inuicem aduersantes, s. partes Φιλότητος et Νείκους, quarum fere viginti commemoratas vidimus vers. 11 — 17.

Versus 354. particula extat in *Porphyrii* scholiis ad *Homer.* Il. ω, 54. (ad calcem fabularum *Syntipae*, ed. Cel. *Matthaei*, Lips. 1781. 8. p. 94.) et apud *Eustathium* ad Il. ω, p. 1338, 46. qui minus honeste Empedoclem locutum esse quam Homerum, ostendere per hunc versiculum conatur. Apud *Homerum* enim l. l. cadauere Achillis circa sepulcrum Patrocli tracto Apollo dicit: κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων. Sed Empedocle auctore mortui magis eliciendi sunt et magis eiiciuntur ac contemnuntur, quam stercora. *Scholiastes Villoisoni* ad Il. l. l. dicit haec: καλῶς τὸ ἀναίσθητον γῆ παρείκασεν· ᾗ ὅτι ἀπὸ γῆς τὸ σῶμα, καὶ ὅτι βαρὺ καὶ γεῶδες, καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι, νέκυες κοπρ. ἐκβλ. Caeterum versus mutilus, qui iterum, sed sine auctoris nomine, ab *Eustathio* affertur ad *Homer.* Il. γ. p. 384. restitui ita possit, vt ab initio ponantur verba: εἰς δὲ τέλος, et in fine addatur γε. Memoriae autem errore factum videtur, vt *Stephanus* in thes. ling. Gr. T. I. p. 677. D. Heraclito tribueret verba Empedoclea.

Versus 355. petitus est e *Plutarcho* de exilio c. 17. *Stobaei* sermone 38. p. 230. ed. 3. *Gesner.* et *Clement. Alexandr.* strömm. 4, p. 479. C. v. §. 15. ad n. 58. sq. p. 450. *Μῆκος ὄλβου* dictum est pro *μέγεθος ὄλβου*, et praepositio *ἐξ* omninoque vniuersa orationis forma satis declarant, nonnulla ad plenam sententiam deesse. Voluit enim Empedocles haud dubie demonstrare, quanta felicitate exciderint animi *θεόθεν φυγάδες* (v. vers. 7.) in corpora humana ingredientes.

Versus 356 — 359. suppeditarunt *Plutarchus* et *Eusebius.* (v. §. 15. ad n. 73. sqq. p. 454.) Habet etiam *Arsenius* in praeclaris dictis philosophorum etc.

Vers. 356. *αἰθέριον μένος* est *αἰθὴρ*, *aër;* et *πόντονδε*, *in aquam.*

Vers. 357. *χθονὸς οὖδας* est *terra.*

Vers. 358. *ἀκάμας*, *indefessus*, est vsitatum et facile intellectu Solis epitheton. Sed *αὐγαὶ ἠελίου ἀκάμαντος* hoc quidem loco significant nil nisi *πῦρ* elementum, vt deinceps *αἰθέρος δίναι* iterum per periphrasin poeticam indicant *aërem.* Male *Arsenius: γαῖα δ' ἐσαῦθις.*

Versus 360. apud *Simplicium* ad *Aristot.* phys. 2, fol. 74 b. legitur sic:

τῇδε μὲν ἰότητι τύχης πεφρ. ἄκ.

Sed cum nomen *ἰότης* antepenultimam et penultimam semper corripere soleat, malui versum vno pede claudum esse, quam prorsus non posse incedere. Poteram tamen ita rescribere:

τῇδέ γε δὴ ἰότητι etc.

Caeterum *ἰότης* significat quidem alias *consilium*, sed h. l. vt quilibet facile perspicit, cum nomini *τύχης* iunctum sit, de consilio explicari nequit, sed *ἰότης τύχης* est i. q. *τύχη*, *casus fortuitus*; *πεφρόνηκεν* autem explico: *vim intelligendi acceperunt.*

Versus 361. debetur *Sexto Empirico* adu. Mathemat. 8, 286. qui, *ῥητῶς*, inquit, *ὁ Ἡράκλειτός φησι τὸ μὴ εἶναι*

λογικὸν τὸν ἄνθρωπον, μόνον δ' ὑπάρχειν φρενῆρες τὸ περιέχον. ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἔτι παραδοξότερον πάντα ἠξίου λογικὰ τυγχάνειν. καὶ οὐ ζῶα μόνον, ἀλλὰ καὶ φυτὰ, ῥητῶς γράφων·

πάντα γὰρ etc.

Vbi νώματος αἶσα est *pars intelligentiae*. Nam νῶμα dictum est pro νόημα.

Versus 362. et 363. satis tractati sunt §. 15. ad n. 116 — 130. p. 466 — 471. Nihil igitur addo, nisi eos Latine sic versos esse a *Chalcidio* ad Timaeum p. 286.

Namque ego iam dudum vixi puer, et solida arbos,
Et tali sexu inde animal, tum lactea virgo.

Grotius, qui *Chalcidii* locum inseruit libello de fato p. 134. ed. Amst. 1648. 12. eosdem versus ita vertit:

Ipse fui quondam iuuenis virgoque frutexque,
Atque auis, eque mari portatus piscis ad ignem.

Quae ipsa *Grotii* versio extat in Anthologia Graeca ab *Hieronymo de Bosch* edita Vltraiecti 1795. 4. T. I. p. 339. Praetermittere tamen non possum, *Arsenium* in praeclaris dictis philosophorum etc. hos ipsos versus ita attulisse: Ἐμπεδοκλέους δ' εἰπόντος,

ἤδη γ. π. ἐ. γ. κ. τ. κ. τ. θ. τ' οἰ. τ. ἀ. εἶν ἁ. ἔ. ἰχθύς,

Εὐριπίδης οὕτω λέγει·

θνήσκει δ' οὐδὲν τῶν γιγνομένων,
διακρινόμενον ἄλλο πρὸς ἄλλο,
μορφὴν ἑτέραν ἀπέδειξεν.

Est hoc nobile fragmentum ex deperdita tragoedia Chrysippa, (cf. *Clem. Alex.* stromm. 6. p. 627. D. e quo *Arsenius* videtur sua hausisse, nisi quod *Clemens* scripsit: κατ' ἐκεῖνο τὸ Ἐμπεδοκλέους, — Εὐριπ. ἐν Χρυσίππῳ μεταγράφει, Θνήσκει — γινομένων, διακρ. δὲ) quod extat T. II. p. 435. ed. Col. *Beck.* vbi quaedam lectionis varietas notata est e variis scriptoribus. Apparet ex hoc *Arsenii* loco,

eum metempsychosin Empedocleam aeque ac me interpretatum esse improprie. Ne quid tamen dissimulem, in loco Euripideo alii pro ἑτέραν legunt ἰδίαν, quam lectionem si quis praetulerit, minus ad id, quod volo, demonstrandum valebit. Caeterum ἔλλοπος reddo *mutus* (cf. §. 16. ad n. 19. p. 509.), quae versio quam praeclare in piscem conueniat, docet vel prouerbium illud: ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων, de quo v. *Erasm.* chill. 1, 5, 29. Codex *Diogenis* Vindobon. habet ἔμπειρος.

Versus 364. 365. et 367 — 74. seruauit *Diogenes Laert.* 8, 62. qui sect. 54. vbi affert verba ὦ φίλοι — πόλεως, diserte dicit, Empedoclem haec posuisse ab initio τῶν Καθαρμῶν. Cf. §. 7. ad n. 51. p. 111. Habet eosdem versus *Stephanus* in poesi philos. p. 23. et in Anthologia Graeca p. 117. vt *Brodaeus* p. 169. et Latine *Grotius* l. l. sic vertit:

O quibus excelsa sedes Acragantis in arce est,
Egregii ciues, solidae virtutis amantes,
Viuite; non vobis homo nunc ego, sed Deus expers
Mortis ago; sic me sancto venerantur honore,
Et vittis populi sertisque virentibus ornant.
Nam simul intraui florentes ciuibus vrbes,
Femineae gentes atque agmina magna virorum
Accurrunt, et opem deposcunt rebus egenis,
Seu quibus oraclis opus est, seu corpora quorum
Vstà diu variis quaerunt solatia morbis.

Vers. 364. quaeri potest, quinam sint illi amici, quibus poeta carmen istud sacrauerit. Et ego quidem intelligendos putabam Pausaniam et Telaugem, de quibus v. ad vers. 1. sq. Quo minus enim omnes Agrigentini intelligantur, impediri videtur non solum nomine φίλοι, sed etiam verbis ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλιος, *habitatis in summa vrbis parte*, vbi certe non omnes ciues habitasse putari possunt, quanquam omnino vrbs in monte Acragante posita fuit (v. *Virgil* Aen. 3, 703.), denique magna illa laude, qua h. l. ornantur illi amici. Nam Agrigentinos in vniuersum ipse Empedocles

reprehendisse legitur ob nimiam securitatem et luxuriam. v. supra §. 4. ad n. 2. p. 21. et §. 7. ad n. 55. p. 113. Agrigentum autem recte vocatur *μέγα ἄστυ*. Nam *Diodorus Siculus* 13, 84. *κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον*, inquit, nempe Olymp. 93, 3. atque adeo triginta fere annis post Empedoclis tempora, *Ἀκραγαντῖνοι μὲν ἦσαν πλείους τῶν δισμυρίων, σὺν δὲ τοῖς κατοικοῦσι ξένοις οὐκ ἐλάττους τῶν εἴκοσι μυριάδων*. *Wesselingius* ad h. l. lectionem *δισμυρίων* defendit contra *Bochartum* (Phaleg 4, 20. p. 286. sq.), qui volebat *δεκακισμυρίων*. *Diogenes Laert.* 8, 63. Agrigentum dicit habitatam fuisse adeo per *μυριάδας ὀγδοήκοντα*. Sed *Bochartus* l. l. recte *ὀγδοήκοντα* mutari iubet in *εἴκοσι*. Librarios enim perperam *π'* scripsisse pro *κ'*. Caeterum *Ἀκράγας* est h. l. fluuius, id quod vel epitheton docet, et Codex Vindob. LIX. pro *οἳ μέγα* dat *ἢ μέγα*.

Vers. 365. *ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων* sunt *bonorum operum s. virtutis studiosi*. Pro *πόλεως* Codex Vindob. in priore loco habet *πόληος*, in altero *πόλευς*, quam formam Aeolicam (v. *Eustath.* ad Odyss. 1, p. 1630, 43.) non solum habent *Steph.* et *Brod.* in anthologia, sed etiam *Mendgius* obtrudere Empedocli voluit, qui in altero tamen loco edidit *ναίετ' ἄκρην πόλεως*, et in priore *v. ἂν ἄκρα πόλεως*. Equidem dedi Ionicam formam *πόλιος*, auctore *Brunkio* lect. in Analecta poetar. Graecor. p. 216. Sic *Villoisonus* ap. *Homer.* Il. *β*, 811. (catalog. nauium v. 318.) e Codice MS. *πόλιος* pro *πόλεως* edidit. Quod vero h. l. dicitur *ἄκρα πόλιος*, id illustrari potest ex oraculo antiquo ap. *Apollodor.* 3, 15, 6. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 494. *πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι*, coll. *Schol. Eurip.* Med. 679. qui habet *πρὶν γοῦνὸν Ἀθην. ἀφικέσθαι*." Saltem sic edi solet. Sed vix dubito, quin auctor scholii scripserit *βουνὸν*, quod esset interpretamentum vocabuli *ἄκρον*.

Versum 366. qui apud *Diodor. Sicul.* 13, 83. legitur, interponere ausus sum, quoniam illo auctore pertinet et ipse ad Agrigentinos, et praeclare iungi praecedentibus videba-

tur. Empedocles autem populares suos et amicos appellat αἰδοίους λιμένας ξείνων, partim quod egregie hospitales erant, quippe qui plures in aedibus ξενῶνας, plura coenacula, habébaut, et ad portas vrbis collocabant seruos, qui omnes hospites s. aduenas inuitarent ἐπὶ ξενίᾳ, quod etiam alii opulenti Agrigentini fecerunt, teste *Diodoro* l. l. partim quod ipsi se de hac humanitate et liberalitate non efferebant, sed verecundi et modesti erant, omninoque vitiorum (κακότητος) expertes.

Versum 367. habet praeter *Diog. Laert.* 8, 66. etiam *Sextus Empir.* adu. Mathemaat. 1, 302. qui sequentem quoque versum vsque ad τετιμένος addidit, et *Lucianus* pro lapsu inter salutandum T. I. p. 496. sed hic tamen omisso Empedoclis nomine. Nam, τὸ χαίρειν, inquit, ἔλεγον — καὶ ἤδη ἀπιόντες ἀπ' ἀλλήλων, ὡς τὸ, χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν 9. ἄ. οὐκ ἔ. 9. Habent item *Philostratus* vit. Apollon. 1, 1. p. 2. et *Suidas* in Ἐμπεδοκλῆς, in quo vtroque loco scriptum est, probante *Menagio*, ὔμμιν pro ὑμῖν, quod a reliquis exhibetur. *Cedrenus* vero T. I. chronic. p. 157. pessime corruptum dedit sic: χαίρετε, ἐγὼ ὅδ' εἰμὶ θεὸς ἄμβρ. etc. Male etiam *Anthologia Steph.* ἡμῖν. Caeterum ὑμῖν istud vel redundat, vt saepius datiuus commodi et incommodi, vel pendet a sequente praepositione μετὰ, *inter*, imperatiuum autem χαίρετε non e mente *Luciani* vertendum arbitror *valete*, sed *saluete*, cum non sit abituri h. l.

Versus 368. vt iam dixi, extat etiam, praeter duo vltima verba, apud *Sextum Empir.* l. l. vbi ante *Fabricium*, vt in Cod. Vindob. *Diogenis*, legebatur τετιμημένος, quod manifesto est glossema nostri τετιμένος. Πωλεῦμαι est *versor*. Codex Vindob. male πολεῖμαι, et ἔοικα.

Vers. 369. ταινίαι, *fasciae*, *infulae*, sunt fere i. q. στέμματα, de quibus dixi §. 7. p. 102. sq. *ornamenta lanea*, qualia maxime sacerdotes gestabant in capite. *Hesych.*: ταινία· στέμματα τῶν ἱερέων, διαδήματα ἀρχιερατικὰ etc. Cf. lexicon Xenophont. in h. v. Quemadmodum autem h. l.

ταινίαι iunguntur στέφεσι θαλείης (*Anthолog.* θαλείοις), *coronis conuiualibus:* ita saepius iungi solent ταινίαι et στέφανοι. v. *Muret.* ad *Cornel. Nep.* Alcib. 6, 3. et *Bosius* in indice. Caeterum τε inter ταινίαις et περίστεπτος posui praeeuntibus *Stephano* in anthologia et in poesi philos. et *Brodaeo.*

Vers. 370. τοῖσιν refero ad στέφεσιν, et ἅμα, vt multis aliis in locis, dictum est pro ἅμα σὺν, ita vt τοῖσιν ἅμα idem sit, quod σὺν οἷς, siue οἷς περίστεπτος. Ἄστεα τηλεθόωντα sunt *vrbes florentes, opulentae.*

Vers. 371. ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ est notus Graecismus pro ὑπ' ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν.

Vers. 372. πρὸ μύριοι, *decem millia*, cum *Stephano* in poesi philos. scripsi μυρίοι, *innumeri, permulti. Ammonius:* μύριοι, ἐπὶ ἀριθμοῦ· μυρίοι δὲ, οἱ πολλοί. Ἐξερέοντες, *interrogantes, percontantes.* Ὅπῃ πρὸς κέρδος ἀταρπὸς, intell. ἄγῃ vel φέρῃ, *vbi via ad lucrum ferat.*

Vers. 373. μαντοσυνέων κεχρημένοι, *vaticiniis indigentes, vaticinia postulantes.* Deinceps vulgo legitur οἱ δέ τι νούσων. Iam si τι verum est, vix verti Latine potest, nisi reddere velis *forte*, quod non placet, et Genitiuus νούσων explicandus videtur *de morbis*, vt suppleatur περί. Fortasse tamen praestat, δέ τι mutare in δ' ἐπὶ, vt ἐπὶ νούσων παντοίων significet *variis morbis vexati*, vel potius simpliciter *in* (*bey*) *variis morbis.* Neque enim ipsi aegroti doctrinam Empedoclis ad recuperandam valetudinem suam petiisse dicuntur ex mea opinione, sed homines lucri cupidi ad morbos aliorum sanandos. Firmatur coniectura mea verbis *Clementis Alexandr.* stromm. 6, p. 630. D. quae tamen et ipsa corrupta sunt: παραπολουθεῖν τε αὐτῷ ἔλεγον (leg. ἔλεγεν, np. Empedocles, de quo antea dixerat *Clemens*), τοὺς μὲν μαντοσυνῶν κεχρημένους, τοὺς δ' ἐπὶ νοῦσον σιδηρὸν δὴ χαλεποῖσι πεπαρμένους. vbi facile patet, *Clementem* scripsisse ἐπὶ νούσοισι δηρὸν δὴ χαλεπαῖσι πεπ. atque adeo verba Empedoclea ad ipsos aegrotos per-

peram retulisse. Sed patet tamen etiam, eum δ' ἐκὶ legisse, non δέ τι. Itaque illud edidi.

Vers. 374. ἐπύθοντα πλύειν, *interrogant vt audiant.* Intelligi enim ad infinitiuum debet coniunctio ὥστε, atque adeo sensus est: *audire cupiunt.* Βάξις εὐήκης est *sermo acutus, oratio* s. *institutio prudens, docta.* Neque enim opus videbatur coniectura *Rittershusii* ad *Porphyr.* vit. Pythag §. 29. p. 37. qui legendum putat εὐηχέα. In anthologia Steph. vitiose editum extat βάξειν.

Versus 375. et 376. seruauit *Sextus Empiricus* l. l. Verba τί τοῖσδ' ἐπίκειμαι interpretor: *cur his incumbo, cur haec vrgeo.* Περίειμι, *supero, antecello.* Πολυφθορὴς videtur h. l. nihil aliud significare, quam βροτὸς s. θνητός. Quia tamen praecedit nomen θνητῶν, quaerendum est, annon πολυφθορεῖς ἄνθρωποι significare possint *homines multorum interfectores*, vt spurii medicorum filii intelligantur, quos vulgo medicastros vocant, qui inscitia sua ac temeritate leto dant multos.

Versus 377. et 378. debemus *Porphyrio* de abstinent. 2, p. 181. Ὅτ' accipio pro ὅτι, vt vers. 333. Νηλεὲς ἦμαρ, *immisericors dies*, est *inexorabile fatum.* Sensus verborum πρόσθεν πρὶν — μητίσασθαι est: *priusquam carnibus animaliam vescerer.* Nam σχέτλια ἔργα βορᾶς interpretanda sunt *nefaria opera* s. *actio edendi.* περὶ χείλεσι, *circa labia, in labiis, in ore.* μητίσασθαι, *cogitare, aggredi, moliri.*

Versus 379 — 381. petii ex *Aristot.* rhetor. 1, 13. cuius haec sunt verba: Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ τοῦ μὴ πτείνειν τὸ ἔμψυχον· τοῦτο γὰρ οὐ τισὶ μὲν δίκαιον, τισὶ δὲ οὐ δίκαιον, e quibus verbis effinxi versum 379. quem tamen etiam sic poteram constituere: τοῦτο γὰρ οὐ τοῖς μὲν δίκαιον, τοῖς δ' οὐ θέμις ἐστί. Duo sequentes versus exhibet etiam *Neander* op. aur. T. I. p. 526. sed legit πρῶτον pro πάντων, et καὶ ἁπλέτου pro διά τ' ἀπλέτου. Εὐρυμέδων αἰθὴρ, *aether late regnans, late diffusus*, et ἄπλετος αὐγὴ, *ingens lux*, nempe solis, faciunt periphrasin mundi.

Ἡνεκέως est *diu, ex multo tempore*, vel *continua neque interrupta serie*; (v. *Steph.* in indice thesauri.) et τέτανται, *expansum est*, *sparsum* s. *diuulgatum est*. Quae *Bruckerus* hist. crit. philos. T. I. p. 1120. de hoc loco disseruit, exscribere nolo. De nomine αὐγὴ v. ad vers. 71.

Versus 382—389. exhibet *Sextus Empir.* adu. Mathemm. 9, 129. et inde *Stephanus* in poesi philos. p. 24. v. omnino supra §. 15. ad n. 107 — 109. p. 463.

Vers. 382. φόνος δυσηχὴς, *caedes horrisona*, videtur intelligi debere de caede, cui iunctus est horribilis animalium, quae mactantur, clamor. Verbum compositum ἐσορᾶτε accipio pro simplici ὁρᾶτε, h. e. γιγνώσκετε, συνίετε. Recte autem, id quod satis notum est, huic verbo comes addi potuit nominatiuus participii, δάπτοντες, ita vt verti possit: *annon intelligitis, vos deuorare.* Quod genus loquendi constat etiam Latinos scriptores, maxime poetas, saepe imitari, vt *Horat.* 3, od. 27, 73. *vxor inuicti Iouis esse nescis.* v. *Vechner.* hellenolex. p. 368. sqq. ed. *Heusinger.*

Vers. 383. ἀκηδείη est *incuria*, *socordia.*

Vers. 384. μορφὴν ἀλλάξαι dicitur filius, cuius animus in bestiae cuiusdam corpus immigrauit. Sed siue proprie intelligas istam metempsychosin, siue improprie, verba illa non vertenda sunt *formam mutasse*, quippe quod appareat non in cuiusquam potestate situm esse, sed *formam mutatam* s. *aliam accepisse* s. *habere.* Pater dicitur filium ἀείρειν, *tollere*, nempe in altare.

Vers. 385. ἐπευχόμενος, *preces addens.* Οἱ δὲ, *alii*, videntur ii esse, qui sacrificio epulisque intersunt.

Vers. 386. pro λισσόμενοι cum *Stephano* scripsi λισσόμενον, vt referatur ad victimam, cuius corpus habitet anima filii, et quae clamando quasi supplicet, ne mactetur. Ex hac ratione ἀνήκουστος, np. pater, est *non exaudiens vocem supplicem*, sed ὁμοκλέων, *minaciter inclamans.*

Vers. 387. πατὴρ ἀλεγύνατο δαῖτα, *parat* s. *apparat epulas funestas* s. *impias.*

Vers. 389. quid sit θυμὸν ἀποβρύειν, dixi ad vers. 314. et praepositio κατὰ per tmesin seiuncta est a verbo ἔδουσι. Caeterum hos versus Empedocleos in mente habuisse *Ouidium* met. 15, 130 — 140. et 158 — 175. obseruauit iam *Vossius* de theologia gentili 3, 41. p. 471. ed. Amst. 1668. fol.

Versum 390. dubitanter posui inter Empedocleos. Nam a nonnullis ille affertur suppresso auctoris nomine, vt a *Clemente Alexandr.* stromm. 3, p. 435. D. μυστικῶς ἀπαγορεύουσι Pythagorei πυάμῳ χρῆσθαι· οὐχ ὅτι πνευματοποιόν, δύσκεπτον, καὶ τοὺς ὀνείρους ταραγμένους ποιεῖ καὶ τὸ ὄσφριον· οὐδὲ μὴν ὅτι ἀνθρώπου κεφαλῇ ἀκείκασται κύαμος, κατὰ τὸ ἐκύλλιον ἐκεῖνο, i. τ. κ. τ. κ. τ. τ. μᾶλλον δὲ ὅτι κύαμοι ἐσθιόμενοι ἀτόκους ἐργάζονται τὰς γυναῖκας. vbi pessimum interpretem egisse *Clemens* videtur. Similiter a *Plutarcho* sympos. 2, 3, 1. ἐνέχεσθαι δόγμασιν Ὀρφικοῖς, ἢ Πυθαγορικοῖς, καὶ τὸ ᾠὸν, ὥσπερ ἔνιοι καρδίαν καὶ ἐγκέφαλον, ἀρχὴν ἡγούμενος γενέσεως ἀφοσιοῦσθαι· καὶ προὔφερεν Ἀλέξανδρος ὁ Ἐπικούρειος ἐπὶ γέλωτι τὸ, i. τ. κ. ἔσθειν κ. τ. τ. ita vt τοκῆες sint *aues* sua parientes. Item ab *Athenaeo* 2, p. 65. F. οἱ φιλόσοφοι, φάσκοντες τοὺς αὐτῶν (np. ἐγκεφάλων ποιρείων) μεταλαμβάνοντας ἴσον καὶ κυάμ. τρ. κεφαλάς τε οὐ τοκήων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων βεβήλων. Ab aliis *Orpheo* tribuitur, vt a *Didymo* in Geoponic. 2, 35, 8. quam rationem sequitur *Niclas* ad h. l. vbi ostendit, Pythagoreos adoptasse quaedam Orphica. *Pythagorae* denique esse dicitur a *Caelio Rhodigino* antiqq. lectt. 27, 17. *Iohannem Chrysostomum* forsitan secuto. v. supra §. 3. ad n. 13. p. 14. Ego vero neque ab Orpheo, neque ab Empedocle, neque fortasse ab ipso Pythagora, versum putabam profectum esse, sed cum *Casaubono* ad *Athenae.* l. l. p. 136. omnino scholae Pythagoricae scitum fuisse, cuius auctorem indicare velle temerarium foret, quanquam omnium minime mihi displicere eorum rationem profiteor, qui ipsum Pythagoram agnoscunt auctorem. Quemadmodum enim *Hierocles* ad

aurea carmina p. 318. ed. *Needham.* haec docet non vnius auctoris, sed ὅλον τοῦ ἱεροῦ συλλόγου ἀπόφθεγμα ποινὰν fuisse: ita, etiam hunc versum arbitror incertae esse originis, quippe ab omnibus Pythagoreis adhibitum, quorum alius eum aliter attulit, vt modo vidimus, prorsus vt iusiurandum illud, quod infra retuli vers. 425. sq. Cf. vers. 396. sq. Nam 1) nullus veterum, praeter *Didymum*, centum quendam versiculi auctorem nominauit. 2) *Athenaeus* simpliciter et in vniuersum laudat τοὺς φιλοσόφους, haud dubie Pythagoreos intelligens. 3) *Clemens* nominat versum simpliciter ἐπύλλιον, tanquam omnibus notum, quippe Pythagoreis omnibus solemne. 4) *Eustathius* ad *Homer.* Il. ν, p. 948. itidem simpliciter dicit: τοῖς παλαιοῖς λόγον φασὶν εἶναι ἱερὸν τοιοῦτον, ἰ. τ. πυάμους τε φαγεῖν κ. τ. τ. Atqui τοῦ ἱεροῦ λόγου constat eandem rationem esse, quam aureorum carminum et iurisiurandi Pythagorici. Alii enim eum *Pythagorae* ipsi, alii *Telaugi*, alii *Cercopi* tribuebant. v. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 8, 7. 5) Alludunt ad hunc versum, quasi omnium ore celebratum, etiam alii scriptores, v. c. *Lucianus* in dialogo Menippi et Aeaci, Pythagorae et Socratis: ΠΥΘΑΓ. φέρε ἴδω, εἴ τι τοι ἐδώδιμον ἡ πήρα ἔχει. ΜΕΝΙΠ. πυάμους, ὦ γαθὲ, ὥστε οὐ τοῦτό σοι ἐδώδιμον. ΠΥΘΑΓ. δὸς μόνον· ἄλλα παρὰ νεκροῖς δόγματα (ἔμαθον γὰρ) ὡς οὐδὲν ἧσον πύαμοι καὶ κεφαλαὶ τοκήων ἐνθάδε. Recepi tamen versum inter Empedocleos, partim quia probabile est, eum, vt alios Pythagoreos, illo vsum esse in suis carminibus, partim propter haec verba *Hieronymi* lib. 2. adu. Iouinian. T. II. opp. p. 52. D. „probabo, non Empedoclis et Pythagorae „nos dogma sectari, qui propter μετεμψύχωσιν omne quod „monetur et viuit, edendum non putant: et eiusdem ori„minis reos arbitrantur, qui abietem quercumque sueci„derint, cuius parricidae sunt et venefici." quae saltem ex parte pertinere ad hunc versiculum videntur, partim quia viri me multo doctiores Empedocli eum tribuere non

dubitarunt, v. c. *Vossius* de philosophorum sectis 6, 38. p. 43. ed. Ien. 1705. 4. *Needham* ad Geoponic. l. l. *Fabricius* biblioth. Graec. Vol. I. p. 160. ed. *Harles.* vbi p. 159. legitur κυάμων φαγέειν, et τοκείων. Hoc quidem vitiose Aeque male in edit. Colon. *Clementis Alexandr.* legitur κνάμου, cum accusatiuus κεφαλὰς sequatur. Sed *Schweighäuserus* ap. *Athenae.* κυάμων et κεφαλῶν dedit. De ipso dogmate Pythagorico v. ad versum sequentem.

Versum 391. Empedocli tribuit *Gellius* N. A. 4, 11. sed Orpheo *Didymus* l. l. *Marcilius* ad aur. carmina v. 21. ipsi Pythagorae. *Gronouius* vertit:

O miseri, miseri, tactum vitate fabarum.

Sed *Erasmus* chill. 1, 1, 2.

Ah miseri, a cyamo, miseri, subducite dextras.

Scilicet prudenter seruauit nomen Graecum, quia non satis constat, quid per κύαμον intelligendum sit. Sunt enim, qui proprie accipiant de legumento, vt *Gellius* dicit, v. c. *Cicero* de div. 1, 30. *Plutarch.* sympos. 8, 8, 2. *Diogenes Laert.* 8, 33. *Plinius* H. N. 18, 12. *Didymus* in Geopon. 2, 35, 6. Et sane videatur haec sententia non solum per versum praecedentem confirmari, sed etiam per ea, quae *Herodotus* 2, 37. de Aegyptiis narrat, quippe ex quorum placitis haurire potuit Pythagoras. Sed, eodem *Gellio* auctore, „qui diligentius anquisitiusque carmina Empedocli „arbitrati sunt, κυάμους hoc in loco *testiculos* significare „dicunt, — iccircoque et Empedoclem versu isto (Ita *Gronou.* pro *iccirc. in Empedocli versu isto*) non a fabulo edendo, sed a rei Venereae proluuio, voluisse homines deterrere." Possit iam quis vtramque rationem coniungendam putare, et ideo fabis vesci vetitum fuisse dicere, quod eae flatus illae flatus pariant, atque adeo libidinem Veneream et coitus appetitum excitent. Quam in rem conferri possunt, quae *Plutarchus* de Is. et Osir. c. 5. de sacerdotibus Aegyptiis tradit. Aliam causam elici posse ex alio *Plutarchi*

loco, ostendi §. 5. ad n. 20. p. 42. Alias causas ad vers. 390. retuli e *Clemente Alexandr.* *Didymus* et *Plinius* ll. ll. fabarum esum vetitum a Pythagora aiunt, *διὰ τὸ καὶ ἐν τῷ ἄνθει αὐτῶν εὑρίσκεσθαι πένθιμα γράμματα.* Auctor libelli de pueror. educatione, qui vulgo *Plutarchi* tribuitur, 17, 11. *κυάμων ἀπέχεσθαι* interpretatur *οὐ πολιτεύεσθαι, magistratus fugere*, quoniam magistratus olim suffragiis per fabas latis creabantur. Similiter *Eudocia* p. 368. formulam *κυάμους μὴ ἐσθίειν* explicat verbis: *μὴ προδιδόντας τὸ δίκαιον, δωροδοκεῖσθαι χρήμασιν*, quod Athenis olim iudices in condemnando usi sint fabis pro calculis. Alterutra interpretatio placeret, si certum esset, etiam Agrigenti aliquando hunc morem fuisse. *Diogenes Laërt.* 8, 24. et ex eo *Suidas* in *Πυθαγόρα τὰ σύμβολα· τῶν κυάμων ἀπέχεσθαι, διὰ τὸ πνευματώδεις ὄντας μάλιστα μετέχειν τοῦ ψυχικοῦ· καὶ ἄλλως, κοσμιωτέρας ἐργάζεσθαι* (*Suid. ἀπεργ.*) *τὰς γαστέρας, μὴ παραληφθέντας* (quae si sana sunt, accipi debent pro *μὴ* sine *τοὺς μὴ παραλελημένους*) *καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς καθ' ὕπνους φαντασίας, λείας τε καὶ ἀταράχους ἀποτελεῖν.* Vt autem redeam ad *Gellii* locum, qui omnino legendus est, probatur eius sententia *Mongitori* in bibliotheca Sicula. Et *Gronouius* e *Pausania* (8, 15. p. 630.) ostendere conatur, certe fabam in sacris Eleusiniis nominari fas non fuisse, (Cf. *Salmas.* ad *Solin.* p. 527. sq.) ac tandem videtur eo inclinare, vt pudendum femininum intelligat, cuius formam fabam referre dicit *Aristoteles* apud *Diog. Laert.* 8, 34. Cf. *Lucian.* in vitarum auctione T. III. opp. p. 104. ed. Basil. 1619. 8. Vnde *κυαμίζειν* dicuntur puellae, quae maturae virum appetunt (v. *Aristoph.*), et Iacchus *κυαμήτης* nominabatur (*Hesych.* et *Phauorin.* *Κυαμήτης· ὁ Πάγκος καλούμενος.*) a muliebris membri contrectatione, cuius Orphica meminerunt apud *Clement. Alexandr.* admonit. ad gentes p. 13. C. Ita *κύαμος* dicerstur a verbo *κύειν*, prorsus vt *Gellius* ostendit, *κυάμους testiculos* appellatos esse more Pythagorae operte atque sym-

bolice, quia sint εἰς τὸ κύειν δεινοὶ καὶ αἴτιοι τοῦ κύειν, et geniturae humanae vim praebeant. Eodem modo *Caelius Rhodiginus* l. l. et *R. R.* de Pythagorae Κυάμῳ, in Obss. Misc. Crit. Vol. VI. T. III. p. 417 — 451. intelligunt ova quod in iis sit animalium κύησις. Sic *Plutarchus* sympos. 2, 3, 1. vbi laudauit versum 390. subiungit haec: ὡς δὴ κυάμους τὰ ὠὰ διὰ τὴν κύησιν αἰνιττομένων τῶν ἀνδρῶν, διαφέρειν δὲ μηδὲν οἰομένων τὸ ἐσθίειν ὠὰ τοῦ γρῆσθαι τοῖς τίκτουσι τὰ ὠὰ βώρις. Omnino alii aliter explicant. v. *Pseudo-Origenis* philosophum. c. 2. p. 42 — 44. *Erasm.* l. l. *Neander* in opere aureo T. I. p. 78. *Phil. Caroli* animaduerss. in *Agell.* 4, 11. p. 265. sq. *Castani Wormii* diss. de faba Pythagorica, Haun. 1696. 4. *Iust. Gotofr. Rabeneri* amoenitates hist. philolog. Lips. 1695. 8. dissert. 26. p. 200. sqq. *Niclas* ad Geopon. ll. ll. et ad §. 4 vt multos alios taceam. Non vero praetermittenda est singularis illa sententia *Iacobi Windeti* de vita functorum statu sect. 5. (p. 64 — 88. ed. *Cren.*) qui proprie quidem interpretatur de legumine fabaceo, sed cum Pythagoras in Aegypto institutus fuerit, et *Pausanias* l. l. Aegyptiaco isti instituto subesse dicat sacram quandam s. arcanam rationem, putat vnice verum esse quod *Diogenes Laert.* 8, 34. ex *Aristotele* retulit, fabas a Pythagora vetitas esse, ὅτι ὅμοιοι εἰσὶν ᾅδου πύλαις· ἀγόνατον γὰρ μόνον, h. e. *sola enim faba geniculis et articulis caret*, qui in aliis sarmentis ac segetibus extant. (*Grotius* ad Matth. 16, 18. interpretatur: *nihil de se gignit.*) Vnde apud *Lucian.* l. l. pro πρῶτον μὲν γὰρ τὸ πᾶν γονή εἰσι (np. οἱ κύαμοι) legendum putat π. μ. γ. ἀγόνατοί εἰσι. *Mericus Casaubonus* de verbis *Diogenis* ita exponit, vt inclementiam opinetur sub hoc inuolucro vetari. Supplices enim genua eius, cui supplicarent, prensasse, genibus autem carentes fabas, quasi misericordiae clementiaeque spe praeclusa, eo nomine portis Inferni similes euadere, ideoque illis Pythagoram abstinuisse. *Windetus* vero, hac interpretatione refutata, postquam multa de Pythagoreorum

ἐχεμυθίᾳ et silentio disseruit, vt ostenderet, non sine arcana quadam causa eos rationem, our, fabis abstinendum esset, vel vitae periculo ac dispendio celasse, exponit Pythagorae opinionem illam, qua animos dixit primo in puro aethere degentes stellis vti vehiculis, et sic mundum vniuersum vna administrare (v. *Proclus* ad Timae. 5. p. 326), deinde in sequiorem naturam propensos Lethaeum fluuium ad ebrietatem vsque potantes, suique mox oblitos et πτῆσιν ῥοῤῥύησιν passos, per foramen septentrionale, qua circulus lacteus ad Tropicum Cancri cum Signifero committitur, in orbem inferiorem delabi, atque adeo plagam septentrionalem esse sedem daemonum malorum, quam ipsam ob eam causam in templo augurali dispertiundo pro infausta habita sit regio septentrionalis, et apud *Homerum* (Odyss. ν, 109 — 112) antrum Nympharum habeat ianuam septentrionalem animabus in humana corpora descendentibus. Porro qui in his terris honeste vixerit, iterum ad συννόμους (*conjuges*) stellae contubernium redire vita beata fruiturum; qui praue, secunda generatione sexum mutare, terrea pronus homine exuto pro scelerum indole brutescere (v. *Plato*. Timae. T. III. opp. p. 42. B. et *Timaeus* de anima mundi; in *Platonis* opp. T. III. p. 104. D. E.), sensimque a malo ad peius lapsum tandem degenerare ad plantam vsque deterrimam, inde autem per easdem periodos ad deos redire. Et sursum quidem tendentes animas recta ad Deum recedere, sed deorsum tendentes recta εἰς βόθρον καὶ εἰς κάμινον βαπτισμὸν ferri. (v. *Nicomachus Gerasenus* in quinario.) Cum autem ᾅδης (localiter) sit *regio naturae corruptibilis*, animas coeleste solum vertentes atque ἰούσας εἰς γένεσιν, dici etiam κατελθεῖν εἰς ᾅδου (cf. *Plato* l. l. p. 44. C.), et animam mori dici, quando vitam illam vitalem, qua in coelo fruebatur, deserat et amittat, voluptatis corporeae illecebris inescata, atque tum eam descendere in regionem hanc corruptibilem atque infimam. Itaque operam dandam esse, vt animae separentur a natura corporea, et duram sortem per-

petuae reciprocationis in hoc orbe experiri desinant, vt quam citissime ad pristinam in coelo patriam redeant. Iam cum Pythagoras per symbola tradere res sublimiores solitus fuerit, fabam quoque ei fuisse symbolum generationis recta tendentis, propterea quod faba fere sola ex plantis semini conferentibus scapo penitus perforato sit, nec vllibi articulorum (γονάτων) interpositis obturationibus impedito, perinde ac porta inferni nunquam oppessulata animabus εἰς γένεσιν πατιούσαις perpetuo pateat. Pythagoram ergo, fabas vetando, cauisse a generatione continua ac perpetua, insinuantem suis, satius fuisse, pollutum corruptibilis huiusce regionis hospitium nunquam intrasse, sed quando id integrum iam non fuerit, saltem vt, admissi, quam primum generationem sistant, atque ad superiora redire nitantur. Haec *Windeti* sententia, quam, nisi obscurius, non poteram referre breuius, probata fuit *Baylio* in Dictionnaire hist. et crit. T. III. p. 744. sq. ed. Amst. 1730. fol. *Lomeiero* in Epimenide s. de veterum gentilium lustrationibus c. 24. p. 302. aliisque. Quaenam vero ex his omnibus vera sit explicatio, non equidem dixerim. Caeterum perperam in antiquioribus *Gellii* editionibus legitur ἐλέσθαι. Nam ἄχο — ἔχεσθαι constat per tmesin dici pro ἀπέχεσθαι, et possit hic infinitiuus pendere ab omisso verbo χρὴ vel δεῖ, vt saepius apud poetas. Recepi tamen ἔχεσθε e Geoponicis. Cf. *Gesner.* chrestomath. Graec. p. 194. Pro δειλοὶ, πάνδειλοι *Neander* l. l. habet δειλοί πως δειλοί. *Marcilius* autem in aurea carmm. 21. verba illa exponit verbis ἀκοὶ, παγκάκιστοι.

Versum 392. exhibet *Plutarchus* sympos. 3, 1, 2. v. omnino supra §. 14. ad n. 48. sqq. p. 559. sq.

Versus 393. extat apud eundem de ira cohibenda T. II. opp. p. 464. B. (T. IX. p. 451. ed. *Hutten.*) Iam cum νηστεύειν sit *ieiunare*, patet metaphorice significare posse *non gustare, non participem esse, abstinere.* Cf. *Cael. Rhodigin.* antiqq. lectt. 14, 5. p. 732. E.

Versus 394. et 395. petii e *Clement. Alexandr.* protrept. p. 17. A. a quo eosdem poesi philosoph. p. 27. *Stephanus* intulit. *Χαλεπαὶ πακότητες* sunt *saeua* s. *atrocia vitia*, et verbum *ἀλύειν* verti potest vel *turbatum esse*, vel *anxium esse*, vel *furere*. v. *Xylander* ad *Plutarch.* de audiendis poetis c. 5. vbi *ἀλύειν* quidem bene explicat *vexari et angi*, sed quod *πακότητα* de *miseria* interpretatur, minus mihi probatur, quanquam sic est ap. *Homer.* Odyss. τ, 360. Cf. *Plutarch.* l. l. Potest autem syllaba λύ in verbo *ἀλύειν* recte produci, quia duae breues praecedunt. Cf. ad vers. 405. et 45. et *Theognis* 230. Malim tamen *ἀλύσσοντες*. *Hesych*: *ἀλύσσειν· τρέμειν.*

Vers. 395. *λωφᾶν ἀχέων δειλαίων* reddi potest: *requiescere* s. *liberari a curis miseris*, vel, si nomen *δείλαιος* nomine *timidus* explices, *a solicitudinibus iunctis cum timore*, np. ne poena sequatur vitia. Accusatiuus *θυμὸν* pendet ab omissa praepositione *κατά*.

Versus 396. et 397. vulgo vltimum locum occupare constat in aureis carminibus, quae *Pythagorae* auctori adscribuntur, sed quorum auctorem Empedoclem esse *Fabricius* ad *Sext. Empir.* adu. Mathematt. 1, 302. p. 283. ideo statuit, quia diserte ei in *Iamblichi* theologumenis arithmet. tribuantur versus duo a me hic positi. Iam etsi nondum, quod ego sciam, ille *Iamblichi* liber, quem se in Bibliotheca Graeca edituruum esse promisit *Fabricius* (Biblioth. Graec. Vol. V. p. 770. ed. *Harles.*), editus fuerit: possumus tamen facile viro fide dignissimo fidem habere, quanquam non opus est, vt aurea carmina pro Empedoclis opere habeamus. v. quae dixi ad vers. 390. Possit illa *Fabricii* coniectura confirmari videri per hunc locum *Luciani* in Icaromenippo T. II. p. 195. ed. *Graeu.* *ἐφίσταταί ποτέ μοι ὁ σοφὸς Ἐμπεδοκλῆς, ἀνθρακίας τις ἰδεῖν, καὶ σποδοῦ πλέως, καὶ κατωπτημένος. κἀγὼ μὲν, ὡς εἶδον, — ὑπεταράχθην, καί τινα σεληναῖον δαίμονα ὠήθην ὁρᾶν. ὁ δὲ, θάρρει, φησίν, ὦ Μένιππε·*

οὔτίς τοι θεός εἰμι. τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

qui est versus *Homericus* Odyss. π, 187. Et pluribus ibi in hanc sententiam ridetur Empedocles, quod deus immortalis haberi cupiuerit. Quam infirmam vero vim habeat hic locus ad confirmandam opinionem Fabricianam, non opus est verbis. Ad rem illustrandam non solum ea faciunt, quae *Hierocles* ad aur. carmm. p. 226. sqq. ed. *Needham.* annotauit, et quae in praefatione attuli, sed etiam haec *Plutarchi* de defectu oraculor. c. 10. extr. ἐκ μὲν ἀνθρώπων εἰς ἥρωας, ἐκ δὲ ἡρώων εἰς δαίμονας; αἱ βελτίονες ψυχαὶ τὴν μεταβολὴν λαμβάνουσιν. ἐκ δὲ δαιμόνων ὀλίγαι μὲν ἔτι χρόνῳ πολλῷ δι' ἀρετῆς καθαρθεῖσαι παντάπασι θεότητος μετέσχον. Versiculos nostros *Chalcidius* ad Timae. p. 219. ita Latine reddidit:

Corpore deposito cum liber ad aethera perges,
Euades hominem, factus deus aetheris almi.

ita vt legisse videatur ἐλεύθερος pro ἐλεύθερον. Et sane nominatiuum arbitror esse aptiorem. Similes locos attulit, praeter alios, *Tennulius* ad *Iamblichi* commentarium in Nicomach. Gerasen. p. 208. Caeterum si ponamus, Empedoclem hos duo, de quibus agimus, versiculos in carmen suum recepisse; aptissime illi cohaerent cum iis, quos statim subiunxi, 398. sqq.

Versus 398 — 406. suppeditant *Diogenes Laert.* 8, 59. *Eudocia* p. 170. *Suidas* in v. ἄπνους, *Tzetzes* chill. 2, 906. sqq. *Stephanus* in poesi philos. p. 23. primum versum etiam *Neander* in opere aureo T. I. p. 524. Cf. supra §. 5. p. 49. sq.

Vers. 398. *Tzetzes* habet φάρμακα ὅσσα, *Neander* φ. θ' ὅσ. Γεγᾶσι, h. e. γεγάασι, verbi γάω, interpretor *extant, reperiuntur.* Κακῶν, *morborum, aduersus morbos.* Dubium tamen videtur, vtrum φάρμακα putandum sit subiectum, et κακῶν — ἄλκαρ praedicatum, vt apud *Tzetzem* editum est, an φάρμ. cum κακῶν iungendum, atque adeo post hoc nomen interpungendum. Equidem illam rationem prae-

tuli. Ita enim sensus est: *medicamina saluberrima quaeque, quae et morbos sanant, et vires roborant, vt ad senectutem possis peruenire.*

Vers. 399. πεύσῃ simpliciter est *cognoscas*; πραυέω autem vel *perficio* reddo potest, vel potius *perficiam*. In editione *Diogenis*, quae Coloniae Allobrog. 1615. 8. prodiit, perperam legitur πραυόω. Cui autem Empedocles se haec praestiturum esse promittat, difficile dictu est. Potes tamen Pausaniam intelligere, quippe qui non solum medicus fuit (v. vers. 415.), sed etiam Empedoclis amasius (v. *Diog. Laert.* 8, 60.), cui ille opus περὶ φύσεως certe inprimis inscripsit. v. ad vers. 1. et 2.

Versus 400—402. habet etiam *Clemens Alexandr.* stromm. 6, p. 630. D.

Vers. 400. pro μένος *Suidas* per glossema exhibet βίας. Codex *Diogenis* Vindob. totum versum ita corrupit: παύσῃ δ' ἐκ καμάτων ἀναειμένος.

Vers. 401. *Tzetzes* habet ἀρούρας, sed *Clemens Alex.* ϑνητοῖσι καταφϑ. ἀρούραις. Quorum illud satis bonum, hoc corruptum esse patet. Nam debebat hic quoque ἀρούρας scribi, quod etiam extat in Codice *Diog.* Vindob. litera $\bar{\nu}$ tamen supra literam $\bar{s}$ posita.

Vers. 402. verba καὶ πάλιν apud *Clementem*, *Suidam* et *Eudociam* separata sunt a verbis Empedoclis reliquis, vt significetur, illum alio in loco iterum similia scripsisse. Ego vero putabam esse Empedoclis, atque adeo πάλιν vertebam *contra*. Pro ἤν κ' ἐϑέλῃσϑα *Clemens* non male habet εὖτ' ἐϑέλῃσϑα, et apud *Suidam* vitiose editum est ἐϑέλεσϑα. Idem *Clemens* legit πνεύματα ϑήσεις pro πνεύματ' ἐπάξεις, et apud *Tzetzem* male extat ἐπάξῃς. Pro παλίντιτα (Cod. Vindob. παλίντητα), quod adiectiuum fortassis de ventis *reuertentibus* potest intelligi, vel etiam pro aduerbio πάλιν accipi, *Tzetzes* habet πάλιν τι τὰ, sed *Suidas* παλίντονα, quae fieri potest vt vera sit lectio. Nam παλίντονα πνεύματα explicare potes *ventos frementes iam, qui*

antea quieuerant, vel *contra se inuicem frementes*; et comparare *Virgilii* Aen. 1, 53. *luctantes ventos tempestatesque sonoras.* Commendari haec lectio videatur etiam his verbis *Plutarchi* de Is. et Osir. c. 45. *παλίντονος γὰρ ἁρμονίη κόσμου, ὥσπερ λύρης καὶ τόξου, καθ' Ἡράκλειτον.* Cf. *Homer.* Il. 9, 266. et *Sophocl.* Trach. 514. sq. Possit quis etiam *παλίντυπα* reponendum putare, h. e. *ventos repercussos*, vel *πάλιν τε τὰ* legere, quod si cui placuerit, debebit etiam *ἐκάεψης* recipere.

Vers. 403. *Tzetz.* *στήσεις*, *Suidas* *στήσει*, qui etiam *ῥόον παίριον* dedit pro *παίριον αὐχμόν.* Ἐξ h. l. et vers. 404. valet *post.*

Vers. 404. *Tzetzes* iterum habet *στήσεις* pro *θήσεις*, et male *θέρειον* pro *θερείου.* *Suidas* autem *θερείου* prorsus omittit, et totum versum sic legit: *αὐχμὸν ἀνθρώποις, θήσεις δὲ κ. ἐξ αὐχμοῖο.*

Versu 405. nullum interpretum offensum fuisse, valde miror. Nam *ῥεύματα δενδρεόθρεπτα* haud dubie explicari debent *torrentes* s. *imbres* s. *humores, quibus arbores nutriuntur.* Nemo autem nouit vnquam *torrentes flantes* s. *spirantes*, et tamen participium *ἀήσαντα* neque aliter videbatur explicari posse, neque ad nomen *πνεύματα* referri, quippe quod vers. 402. legitur, atque adeo nimis remotum est, neque *ῥεύματα* in *πνεύματα* mutari, quia diserte opponuntur *ὄμβρος* et *αὐχμὸς* aeque atque *αὐχμὸς* et *ῥεύματα.* Quo magis miror, *Maium* in Obss. sacr. P. III. p. 35. vertere potuisse: *fecundos flatus ventorum, qui aestate spirare solent.* Peperit fortassis haec difficultas varietatem lectionis. Nam *Tzetzes* habet: *ῥ. δ. τά τ' αἰθέρια θήσονται*, et *Suidas: ῥ. δ. τά τ' ἐν θέρει ἔσονται.* Quarum lectionum neutra satisfacit. Nec magis probatur, quod ipse aliquando cogitaueram reponere, *αὐανθέντα*, *flauii* s. *torrentes qui aestate exarescunt.* Nam nimis longe recederet hoc a lectionis receptae vestigiis. Quae cum ita sint, et cum nec Codex Vindobonensis LIX. quicquam auxilii praestet, legens

τά τ' ἐν θέρ. ἀήσαντα, nec inuent quae in *Scholiis ad Hermogenis rhetor.* p. 390. ed. *Ald.* leguntur: τῆς γῆς πολλὰς ἐχούσης ῥωχμὰς καὶ διασφάγας, τὸ ὕδωρ εἰσδυόμενον τίκτει πνεῦμα· restat vt interpretatione locum iuuare conemur. Nullam autem adhuc meliorem excogitare potui, quam quae iam in Commentarr. societ. philolog. Lips. Vol. I. p. 272. a me fuit proposita, nimirum vt vertatur *fluenta s. torrentes, qui aestate vapores exhalant*, quemadmodum *Ouidius* met. 13, 602. sq. dixit: *flumina natas exhalant nebulas*. Cf. *Lucret.* 5, 464. Cum vero multa verba actiua passiue interdum ponantur, possit quis forsitan participium ἀήσ. cum Latino *vaporatus* conferre, quando idem est quod *exsiccatus, arefactus*, vt apud *Columellam* de R. R. 2, 16. extr. „quod solidiores glebas diutius sustineat et suspendat, vt „eae *solibus aestiuis vaporatae* resoluantur." Verum, vt dixi, omnia hic mihi incerta videbantur, et fortassis vnice verum est, quod *Ioach. Kühnius* ad *Diog.* l. l. statuit, vnum vel alterum versum post hunc nostrum deesse. Caeterum neminem, opinor, offendet prima syllaba verbi ἀήσαντα h. l. producta, quanquam aliis tam ab aliis poetis, quam ab ipso Empedocle vers. 277. corripitur. Est enim eadem ratio, quam dixi vers. 394. esse in verbo ἀλύειν. His diu scriptis vera lectio videbatur mihi haec esse: τά τ' ἐν θέρει ἀτμίζοντα, *et quae aestiuo tempore vaporant s. vaporem emittunt*. Commendat enim hanc lectionem non solum orationis nexus et rei ipsius natura, sed etiam similitudo scripturae Codicis Vindob. Quare non dubitaui sic rescribere. *Hermannus* supra laudatus per epistolam mihi significauit, se veram lectionem putare τά τ' αἰθέρι' αἰθύσσονται, *quae in auris mouentur*. h. e. pluuia. *Buttmannus* l. l. p. 35. emendat — τά τ' αἰθέριν' ἀΐσσονται.

Vers. 406. ἐξ Ἄϊδαο dictum esse pro ἐξ Ἅιδου δόμων vel χώρας, et μένος ἀνδρὸς pro ἄνδρα, satis notum est. Sic vers. 400. ἀνέμων μένος. Ostendendum potius est, Empedoclem sine vlla arrogantiae specie recte e philosophiae

Pythagoricae sententia hos versus scribere potuisse, neque vllo modo γοητείας accusari propter illos debere a quoquam. Scilicet non loquitur de hac vita, quae in his terris vinitur, sed de illa, quam philosophus omninoque vir probus agit, vbi ad deum reuersus est, vbi animi, vt vtar verbis *Procli* ad Timae. 6, p. 326. ἀΰλοις καὶ καθαροῖς καὶ ἀστροειδέσιν ὀργάνοις χρῶνται, καὶ συμπεριπολοῦσι μετὰ τῶν θεῶν, καὶ συνδιοικοῦσι τὸν ὅλον κόσμον. Cf. quae *Windeto* maxime duce dixi ad vers. 391. Cf. etiam vers. 409. Agitur igitur de ἀνόδῳ seu ascensu hominis in Deum Pythagorico, de quo *Iuh. Friedem. Schneiderus* peculiarem dissertationem edidit Hal. 1710.

Versus 407 — 409. debentur *Clementi Alexandr.* stromm. 4, p. 534. C. et *Theodoreto* de curat. Graec. affect. diss. 8. T. IV. opp. p. 911. Extant etiam in *Stephani* poesi philos. p. 27.

Vers. 107. ὑμνοπόλοι sunt *poetae*. Hos autem non minus quam medicos in egregio honore habitos a Graecis fuisse, nimis notum est. Sed quod prima nominis ἰητροὶ syllaba, quae non solum ab *Homero* et aliis, sed etiam ab ipso Empedocle vers. 415. produci solet, h. l. et vers. 413. corripitur, id nouum est. Idem tamen factum apparet a *Diogene Laert.* 3, 45.

Vers. 408. πρόμοι, qui alias sunt i. q. πρόμαχοι, *antesignani*, h. l. significant omnino *duces*, *praesides*, *magistratus*.

Vers. 409. *Theodoretus* minus bene legit ἔνθ' ἀναβλαστάνουσι. Nam ἔνθεν refero ad vitae genera modo commemorata, atque adeo explico: *inde*, *vbi haec permigrauerint*. Sed ἀναβλαστεῖν, *renasci*, recte dicuntur hominum sapientum animi, quoniam ante quoque fuerant daemones. Cf. omnino ad hos versus, quae dixi §. 15. ad n. 95 — 103 p. 459 — 461. *Tiraquellus* apud *Fabric.* biblioth. Graec. Vol. XIII. p. 149. sic vertit:

Hymnidici vates, artis medicaeque periti
Mortales cunctos primi post terga relinquunt,
Sunt vbi dii superi magnis in honoribus aucti.

Versus 410. sq. seruarunt *Clemens Alexandr.* stromm. 5, p. 607. B. et *Eusebius* praep. euangel. 13, 13. Habet etiam *Stephanus* in poesi philos. p. 28. De varietate lectionis et virorum doctorum emendationibus satis supra exposui §. 15. ad n. 99. et 100. p. 460.

Vers. 411. *εὔνιες ἀνδρείων ἀχέων* sunt, ni fallor, *expertes dolorum quibus affici homines solent*; et *ἀπόκηροι, fato non obnoxii, immortales*, i. q. *ἀτειρεῖς, nunquam intereuntes* s. *interituri*. Nam verbum *τείρω* est Latinum *tero*. Teri autem et consumi et perdi et interire sunt verba fere idem valentia. Cf. ad vers. 412. Videtur menti Empedoclis, haec scribentis, obuersatus fuisse locus *Homericus* Odyss. λ, 601. sq.

— *αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι*
τέρπεται ἐν θαλίῃς. —

Versum 412. *Theon Smyrnaeus* in eorum, quae in Mathematicis ad Platonis lectionem vtilia sunt, expositione, notis illustrata ab *Ismaele Bullialdo*, Paris. 1644. 4. cap. 1. p. 19. ita laudat: *καὶ ἡ πολιτικῶν* (all. *ποιητικῶν*) *λόγων παράδοσις, τὸ μὲν πρῶτον ἔχει καθαρμόν τινα· οἷον ἡ ἐν τοῖς προσήκουσι μαθήμασιν ἐκ παίδων συγγυμνασία· ὁ μὲν γὰρ Ἐμπεδοκλῆς,*

πρηνάων ἀπὸ π. ἀνιμῶντα, φησὶν, ἀτηρεῖ χαλκῷ
δεῖν ἀποῤῥύπτεσθαι· ὁ δὲ Πλάτων ἀπὸ πέντε μαθημάτων δεῖν φησι ποιεῖσθαι τὴν κάθαρσιν. ταῦτα δέ ἐστι, ἀριθμητικὴ, γεωμετρία, στερεομετρία, μουσικὴ, ἀστρονομία. *Büllialdus* p. 224. nihil fere annotat, nisi in tribus codd. regiis legi *ἀπειρεῖ*, sed legendum esse *ἀτειρεῖ χ. indomito aere*, qua formula Empedoclem dicit propterea vsum esse, vt constantiam et perseuerantiam necessariam ostenderet, quodque religioni sacrisque ritibus haec materia aptior credita fuerit. Laudat eam in rem *Seruium* ad *Virgil.* Aen. 1, (448.) vbi flaminem Dialem ait aereis cultris tonsum fuisse. Item *Scholiasten Theocriti* 2, (36.) et *Eustathium* ad Il. π, 408. quorum ille sic disserit: *ὁ χαλκὸς — ἐνομίζετο καθα-*

πρὸς εἶναι καὶ ἀπελαστικὸς τῶν μιασμάτων. διόπερ πρὸ πάσαν ἀφοσίωσιν καὶ ἀποπάθαρσιν αὐτῷ ἐχρῶντο, ὡς φησι καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν. *Eustathius* in: ἤνοπα λέγει τὸν ἔνοπα, ὅ ἐστι, ἔμφωνον. μόνος γὰρ τῶν ἀψύχων δοκεῖ φωνὴν ἔχειν, καὶ Πυθαγορικοί φασι τὸν χαλκὸν παντὶ συνηχεῖν θειοτέρῳ πνεύματι, διὸ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι τρίπους τοιοῦτος ἀνάκειται. Multa alia huius generis attulit *Lomeierus* in Epimenide c. 25. et res est satis nota. De reliquis vero Empedoclis verbis, quae multo difficiliora videntur, nihil *Bullialdus* monuit. Itaque quid ego statuerem de quinque fontibus, e quibus hauriendum sit ei, qui velit ablui, h. e. purgari a vitiis, breuiter ostendendum putaui. Neque enim Platonica quinque μαθήματα, quae *Theon* huc illustrandi causa attulit, locum habere arbitrabar, et *Plutarchi* commentarius in Empedoclem περὶ τῆς πέμπτης οὐσίας (v. §. 9. n. 3. p. 135.), qui fortassis rem omnem explanauerat, per temporis iniuriam nobis periit. Scilicet haud dubie Empedocles in mente habuit Pythagoricam de numeris, atque adeo de quinario, doctrinam. Hunc autem numerum, qui, si secum vel cum praecedentibus iungitur, efficit numeros sequentes, 6, 7, 8, 9, 10, inprimis *iustitiae* nomine ornarunt Pythagorei, vt δικαιοσύνη sit δύναμις ἀποδόσεως τοῦ ἴσου καὶ προσήκοντος, ἐμπεριεχομένη ἀριθμοῦ τετραγώνου περισσοῦ μεσότητι, quae definitio Pythagorica legitur apud *Iamblichum* in *Nicomachi* arithmeticam p. 20. *Camerarius* in explicatione in lib. 2. arithmet. *Nicomachi* p. 48. omittit καὶ post ἴσου, et legit ἐμπεριεχομένης — μεσότητος, et totam definitionem sic vertit: *iustitia est vis s. facultas tribuendi aequalitatem cuique congruentem, comprehensi medii quadrato numero impari.* Imo legendum est ἐμπεριεχομένη — μεσότητι, et in versione ponendum *comprehensa medio.* Verum quanquam *Camerarius* locum perperam scriptum inuenit et male Latine reddidit, tamen bene explicuit designatione iugi in libra s. trutina, in quo esset examen medium 5. Quam interpretationem

apud ipsum legi, quam hic exscribi, satius est. Sed si illam definitionem sequimur, potest haec prodire ex Empedoclis verbis sententia: *cum constantia quadam studendum est iustitiae* (quo pertineat symbolum Pythagoricum: *τὸν ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν*), *vt a vitiis sceleribusque purus euadat animus.* At, dixerit quis, si tu ita explicare velis, debebat Empedocles scribere *ἀπὸ πέμπτης ῥήνης.* Audio. Sed quidni *ἀπὸ πέντε ῥηνάων* scribere potuerit eodem sensu? Nam vnum numero cuique applicatur, duo duobus siue addita siue multiplicata efficiunt numerum perfectum 4 non minus, quam duo addita tribus, qui et ipse, cum ex vno et duobus prodeat, putabatur perfectus numerus, efficiunt 5, quo numero praecedentes cum ipso comprehenduntur. Vix igitur, hoc quidem in loco, differre videantur quinque numeri a numero quinario, quoniam hic, vt dixi, quinque complectitur. Cum tamen ipsi mihi paulo contortius haec dicta videantur, videndum est, an non alio modo, et fortassis rectius aeque ac facilius, locum interpretari possimus. En igitur duas rationes alias. Primo enim Pythagorei, cum quinque componantur e duobus, primo numero pari, et tribus, primo impari, cumque pares numeri omnes ab iis dicerentur feminini, impares autem mares, quinarium numerum (etsi alii etiam senarium, vt *Iamblichus* l. l. p. 47. Cf. *Tennul.* p. 131. sq.) fecerunt symbolum coniunctionis virium naturae, atque adeo *Γάμον* et *Ἀφροδίτην* nominarunt. Cumque natura per varias mutationes semper gignere soleat eadem, vt numerus quinarius per se ipsum multiplicatus producit 25, et sibi ipsi impariter additus semper se ipsum producit, v. c. ter quinque sunt 15, septies quinque 35, (v. *Plutarch.* de defectu oraculor. c. 36.) fecerunt etiam symbolum naturae semper in sese redeuntis, et *Φύσιν* vocarunt. v. *Plutarch.* de *EI* apud Delphos c. 8. qui rem ita illustrat: *ὡς γὰρ ἡ φύσις λαβοῦσα πυρὸν ἐν σπέρματι καὶ χεαμένη, πολλὰ μὲν ἐν μέσῳ φύει σχήματα καὶ εἴδη, δι' ὧν ἐπὶ τέλος ἐξάγει τὸ*

ἔργον, ἐπὶ πᾶσι δὲ πυρὸν ἀνέδιξεν, ἀποδοῦσα τὴν ἀρχὴν ἐν τῷ τέλει τοῦ παντός· οὕτω τῶν λοιπῶν ἀριθμῶν ὅταν αὐτοὺς πολλαπλασιάζωσιν εἰς ἑτέρους, τελευτῶντων τῇ αὐξήσει, μόνος ὁ τῶν πέντε καὶ ἓξ γενόμενος τοσαυτάκις αὐτοὺς ἀναφέρουσι καὶ ἀναστώζουσιν. ἑξάκις γὰρ τὰ ἓξ, τριακονταὲξ, καὶ πεντάκις τὰ πέντε, εἰκοσιπέντε γίνεται. v. quae ille plura in hanc sententiam disputat. Omnia enim transscribere non potui. Videatur igitur versus Empedocleus ad doctrinam de ortu et interitu pertinere, quam supra passim tractauimus, et πέντε κρῆναι intelligi fortassis possint de aetate infantis, pueri, adolescentis, viri et senis, quas aetates perlustrare oportet hominem, donec a vitiis liberetur. Trahi huc possunt verba *Plutarchi* de *EI* ap. Delph. c. 18. φθείρεται μὲν ἀκμάζων γινομένου γέροντος, ἐφθάρη δ' ὁ νέος εἰς τὸν ἀκμάζοντα, καὶ ὁ παῖς εἰς τὸν νέον, εἰς δὲ τὸν παῖδα τὸ νήπιον. Verum nec haec ratio satis placet. Forsitan igitur intelligenda sunt quatuor elementa et coelum siue aether. Spectat huc eiusdem *Plutarchi* locus ex eodem libro c. 11. vbi hunc mundum dicit quodammodo ἐκ πέντε συγκείμενον πόσμων καὶ συνηρμοσμένον εἶναι, ὧν ὁ μέν ἐστι γῆς, ὁ δὲ ὕδατος, τρίτος δὲ πυρὸς, καὶ τέταρτος ἀέρος· τὸν δὲ πέμπτον, οὐρανὸν, οἱ δὲ φῶς, οἱ δ' αἰθέρα καλοῦσιν, οἱ δ' αὐτὸ τοῦτο, πέμπτην οὐσίαν, ᾗ τὸ κύκλῳ περιφέρεσθαι μόνῃ τῶν σωμάτων, κατὰ φύσιν ἐστὶν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης οὔτ' ἄλλως συμβεβηκότος (np. τοῦ κύκλῳ περιφέρεσθαι). Ex hac ratione locus noster pertinebit ad doctrinam de metempsychosi, secundum quam animis peragranda sunt elementa, (v. §. 15.) atque e singulis semper et constanter ea haurienda, quae ad augendam rerum cognitionem inprimisque ad animum emendandum faciant. Iam ex his interpretationibus eligat quisque, quam volet. Equidem praeferebam hanc, quam vltimo loco posui.

Vers. 413. sq. afferunt, praeter *Diogenem Laert.* 8, 65. etiam alii, quos iam §. 7. ad n. 33 — 38. p. 107. memoraui.

Secutus autem sum *Diogenem*. Reliqui ἰατρὸν legunt. De *Acrone* cf. *Plutarch.* de Is. et Osir. c. 79. Accusatiuus ἄκρον et Genitiui ἄκρου et ἀκροτάτης, (pro quo *Menagius*, qui etiam ἰατρὸν probat, malit ἀκροτάτας,) id quod facile patet, intelligendi sunt, vt in Latina lingua *vir summus*, de nominis celebritate et meritorum tam magnitudine quam multitudine. Fortassis etiam verba κατρὸς ἄκρου verti possint: *summo loco natus*. Sed κρημνὸς ἄκρος est *tumulus excelsus*. Totum enim epigramma iocose scriptum esse putari debet, et *Fabricio* biblioth. Gr. Vol. XIII. p. 33. illud propter allusionem ad nomen Graecum Acronis et Agrigenti reddi Latine nisi frigide videtur vix posse. *Grotius* tamen periculum fecit, et hanc quoque eius versionem ex Anthologiae Boschianae T. III. p. 333. huc transscribere non piguit:

Summus erat medicus, summo patre, summa sed hora
Venit: Acron acram nunc Acragantis habet.

Vel sic:

Venit: summa tenet nunc Acragantis Acron.

Quae de potestate nominis ἄκρος metaphorica monui, confirmari tum aliis locis multis possunt, quae lexica suppeditant, tum his *Euripidis* Phoeniss. 433. et 1251. vbi ἄκροι sunt *viri principes*, atque *Plutarchi* de genio Socr. c. 12. vbi ἄκρος διαλέγεσθαι est δημηγορικώτατος, vt vtar forma *Xenophontis* memorr. 4, 5, 12. Sic Mercurius ap. *Lucian.* in vitarum auctione T. III. p. 102. ed. Basil. 1619. 8. Pythagoram vocat μάντιν ἄκρον. De prosodia nominis ἰητρὸν monui ad vers. 407.

Versus 415 — 418. seruauit *Diogenes Laert.* 8, 61. Habent etiam *Stephanus* in poesi philos. p. 31. et Anthologiae, Stephaniana quidem p. 240. Wechseliana p. 348. Boschiana T. II. p. 148. Brunckiana T. I. p. 163. et ex hac *Koeppen* grisch. Blumenlese T. III. p. 196. sed tres priores inter ἄδηλα.

Vers. 415. *Anthol. Steph. Wechel. Bosch.* habent Παυσανίαν ἰητρὸν, et Ἀγχίτεω υἱὸν, quam posteriorem lectionem sane praetulerim. *Brunck.* et *Koeppen:* Παυσανίαν ἰατρὸν — Ἀγχίτου υἱόν. De Anchito et de Pausania medico dixi §. 5. ad n. 92 — 98. p. 65 — 67. Cf. ad vers. 399. *Koeppen* ad illustrandum vocabulum ἐκώνυμον apte laudauit *Homer.* Il. ι, 558.

Vers. 416. Ἀσκληπιάδην interpretor *artis medicae peritum.* Tales enim constat Aesculapii filios fingi a poetis. Pro Γέλα, quae fuit nobilis vrbs Siciliae, ad Gelam fluuium sita, *Anthol. Steph.* et *Bosch.* habent κόνις. Sed eaedem et *Brunck.* et *Koeppen* pro ἔθρεψε, quod in reliquis extat, aptius exhibent ἔθαψε, quod edidi.

Versu 417. μογεροὶ πάματοι sunt *aerumnosi morbi.* Antholog. ὃς πλείστους πρυεραῖσι μαραιν. ὑπὸ νούσοις.

Versu 418. ἀποστρέφειν reddendum putabam *liberare a.* Codex Vindob. LIX. ἀπέστρεψε. Pro Περσεφόνης ἀδύτων *Brunck.* et *Koeppen* ex Anthologia dedere Φερσεφόνας θαλάμων. quae lectio neque per se bona, neque genuina videbatur, sed ex eius ingenio profecta, qui fortasse perperam statueret, Empedoclem Dorica lingua scripsisse, in quo eodem errore est *Menagius* ad *Diog. Laert.* 8. 65. v. ad vers. 413. sq. Totum epigramma *Grotius* in anthologia Boschiana T. II. p. 149. sic vertit:

Hic iacet in patria, cuius pater Anchita, gentis
Phoebigenae, vero nomine Pausanias.
Multos quippe virûm morbis crudelibus vtos
Abstinuit thalamis, Persephonea, tuis.

Alia versio extat in *Fabricii* biblioth. Graec. Vol. XIII. p. 359.

Versus 419 — 424. exhibent *Porphyrius* in vita Pythagorae §. 30. et *Iamblichus* vit. Pyth. §. 67. quorum ille haec praemisit: αὐτὸς (Pythagoras) τῆς τοῦ παντὸς ἁρμονίας ἠκροᾶτο, συνεὶς τῆς καθολικῆς τῶν σφαιρῶν καὶ τῶν

κατὰ ταύτας κινουμένων ἀστέρων ἁρμονίας. — τούτοις καὶ Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων περὶ αὐτοῦ, ἦν δέ τις etc. *Iamblichus* autem haec: τοῦτο φαίνεται καὶ Ἐμπεδοκλῆς περὶ αὐτοῦ αἰνίττεσθαι, καὶ τῆς ἐξαιρέτου καὶ θεοδωρήτου ὑπὲρ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως, ἐν οἷς φησιν· ἦν δέ τις etc. Versus 419. et 420. habet etiam *Diogenes Laert.* 8, 54. et *Stephanus* in poesi philos. p. 30. Omnes ad Pythagoram pertinere aiunt has laudes, nisi quod, teste *Diogene*, nonnulli ad Parmenidem retulere. *Porphyrius* et *Iamblichus* allatis his versibus addunt ista: τὸ γὰρ, περιώσια, καὶ, τῶν ὄντων πάντων λεύσσειν ἕκαστον, καὶ, πραπίδων πλοῦτον, καὶ τὰ ἑοικότα, ἐμφαντικὰ (*Porphyr.* ἐμφατ.) μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστέρας παρὰ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως ἦν, ἔν τε τῷ ὁρᾶν, καὶ τῷ ἀκούειν, καὶ τῷ νοεῖν, τοῦ Πυθαγόρου. (Verba τοῦ Πυθ. omisit *Iambl.*)

Versu 419. verba ἐν κείνοισιν, *inter illos*, quo pertineant, non liquet. Περιώσια εἰδώς, *eximia sciens*, est *longe doctissimus*.

Versu 420. μήκιστος πραπίδων πλοῦτος, *amplissimae mentis diuitiae*, est *subtilissima et amplissima rerum cognitio*. Comparari potest formula Paulina Rom. 11, 33. βάθος — σοφίας.

Versu 421. παντοίων ἔργων σοφῶν μάλιστα ἐπήρανος, *variarum rerum ad sapientiam spectantium studiosissimus*, h. e. *in varias sapientiae humanae partes studiosissime incumbens*. Significat Empedocles, non soli philosophiae, aut medicinae, aut disciplinis mathematicis, sed his omnibus, operam dedisse.

Versu 422. πάσῃσιν ὀρέγεσθαι πραπίδεσσι (*Iambl.* πάσαισιν ὀρ. πραπίδεσσιν) est *tota mente appetere* s. *studere*.

Versu 423. λευσέσκειν significat *videre*, *perspicere*, *intelligere*. *Iamblichus* habet ἕκαστον.

De versu 424. dixi ad vers. 6.

